This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

CH LIBRARIES
7577730 4

FEB 5 -

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

AD LECTOREM.

Libro huic, jam primum latiali habitu in lucem publicam prodituro, dum præfabimur, I. de ſcripti nomine & argumento, II. de genere dicendi, ac momento, III. de auctore atque ætate, IV. de editionis noſtræ hiſtoria, V. denique de iis, qvos illa ſeqvitur, codicibus, qvantum res Lectoris poscere, & noſtra pati viſa eſt, ordine disqviretur.

Hiſtorica de rebus patriæ monumenta, qvæ literis olim tradiderunt Islandi, in tres commode claſſes diſpesti debere non inficiabitur qvisqvam in his monumentis vel obiter verſatus. Aut enim totius Islandiæ res, & qvæ certo tempore, ſive brevius illud fuerit, uno vel pluribus annis metiendum, ſive productius ad unum vel plura ſecula ſe extenderit, uspiam in hac inſula contigerunt, pertractant; aut qvæ in hac vel illa inſulæ parte, majori minorive, præfectura ſcilicet, tractu aut tribu geſta ſunt, recenſent; aut priva denique unius vel paucorum fata & facta perſeqvuntur. Iſtas Islandiæ hiſtorias *Generales*, illas *Particulares* ſ. *Tribuarias*, has *Singulares* ſ. *Biographicas* nuncupare fas fuerit. Primum harum genus conſtituunt *Landnama* & *Chronicon Islandiæ Magnum*, qvod *Sturlunga* ſolet appellari, qvibus *Arii Multiſcii Schedæ* & *Chriſtniſaga* ſ. *Hiſtoria Religionis Chriſtianæ in Islandiam introductæ* ſunt adjiciendæ. Ad ſecundum genus referendæ ſunt, qvæ, ut ſupra modo dictum, circa res intra certum qvendam inſulæ tractum peractas

verſantur, a qvo tractu, isl. *hverfi*, *hreppr*; præfectura, isl. *fysla*, vel tribu, isl. *herat*, plerumque etiam ſunt denominatæ. Huc pertinent *Eyrbyggiaſ. Laxdælaſ. Svarfdælaſaga*, & plures aliæ; ſunt enim noſtro qvidem judicio in univerſum duodecim. Tertiæ claſſis narrationes, qvæ virorum celebrium vitas exhibent, *Biographicas* dici vulgo notum; in hunc cenſum veniunt Vita *Fimbogii Robuſti*, *Vigaglumi*, *Thordi Hrædæ* I. *Terrifici*, & aliæ complures; hæc enim claſſis duas priores numero longe ſuperat. Etſi vero tripartita hæc diviſio ſuo non careat fundamento, minime tamen diffitendum, dari qvasdam Islandorum hiſtorias, qvæ ad ſecundam atque tertiam claſſem pari fere jure & merito referri ſoleant; ex qvo factum, ut hæ & nunc & olim binomines duplicem præferant titulum, qvorum alter *Tribuarius*, alter vero eſt *Biographicus*. *Binomines* illæ Islandorum *Hiſtoriæ* ſunt ſeqventes: 1. *Fliótsdælaſaga* etiam *Droplaugarſonaſaga* dicitur; 2. *Flóamannaſaga* alio nomine *Saga af Thorgils Orrabeinſtiúpi*; ſ. *Thorgilſis Plagipedis privigni Vita* vocatur; 3. *Isfirdingaſaga*, Torfæo nominata, ſub *Biographico* titulo, *Saga af Hávardi Isfirding* ſatis nota; 4. *Liósvetningaſaga* etiam *Reikdæla* nominatur, qvorum titulorum uterque eſt *Tribuarius*, cum *Biographicus* revera ſit *Vita Thorgeiris & filiorum*; 5. *Thorſkfirdingaſaga*, cujus mentio apud Torfæum occurrit, etiam *Gullthorisſaga* nuncupatur; 6. *Vapnfirdingaſagam*, *Broddhelgii* qvoque *Vitam* appellari, harum rerum peritos non præterit; 7. *Kialnesingaſaga* in edit. Holenſi dicta, *Búaſaga* apud Torfæum audit in *Ser. Reg. Dan. L. I. C.* 1. Qvamvis autem iſta Buii Vita, ut id paucis hic adnotemus, a commentis non ſit immunis, fabulasque redoleant, qvæ de *Eſiæ nutricis* præſtigiis, qvæve de *Dofrio gigante*, vel gigantum, ſi diis placet, rege, *montis Dofrini* eponymo, narrantur; *montis* enim *Dofrini* in Norvegia nomen ævo Pulchricomi, cujus nutritius *Dofrius gigas* fuiſſe perhibe-

hibetur, omni procul dubio longe eſt antiqvius; haud inficianda tamen veritatis hiſtoricæ criteria ſuis in locis prodit hæc hiſtoria. Nec prorſus dèſunt *Hiſtoriæ Binomines*, qvarum utrumque nomen vel eſt *Tribuarium*, vel *Biographicum*. *Reikdælami* ſ. *Liósvetningaſagam*, gemino præditam nomine *Tribuario*, nuper tetigimus; huic addimus *Fóſtbrædraſagam*, qvæ & altero *Biographico* nomine *Saga Thormódar Kolbrúnarſkalds* a Torfæo & aliis inſignitur. Verum earum exempla ſunt freqventiora, qvæ & *Tribuario* & *Biographico* gaudent titulo.

Iſta qvorſum ſpectent qvo magis lector intelligat, id ſciat nobis nunc agi, ut hiſtoriam, qvæ *Biographico* nomine *Nialsſaga*, nempe *Vita Niali & filiorum* nuncupari ſolet, *Tribuario* etiam *titulo Fliótsblidingaſaga*, vel *Hlídveriaſaga*, i. e. *Fliotsblidenſium Hiſtoriam* olim dictam fuiſſe lectori credibile reddamus.

Idoneum ſatis, qvi hanc viam nobis aperuerit, ducem habemus *Egerhardum Olavium*, qvi *Vitam* hanc *Niali*, qvam Torfæus & alii vulgo *Nialam* vocant, *Fliotsblidingaſagam* diſerte nominat, eamque aſſerit eſſe hiſtoriam fide perdignam; vide ejusdem *Reiſe igiennem Island. P. II.* §. 877. *pag.* 947. Illud Hiſtoriæ nomen ſuopte ingenio commentus credi non debet vir æqve verax ac antiqvitatum & hiſtoriæ patriæ peritus; nec utique hunc titulum *Nialæ* noſtræ dediſſet, niſi noſſet, illum *Vitæ Nialinæ* ab antiqvioribus inditum fuiſſe. Huic viri teſtimonio, qvod omnibus, qvi illum noverunt, magni certe pendi meretur, *Laxdælaſaga cap.* XXI. ſuffragatur, ubi, poſtqvam *Nialsſagam* expreſſe memoraverat, hæc addit verba: *þaraf bófuz deilor þeirra Laxdæla oc Fliótsblidinga*, i. e. *inde ortæ ſunt lites Laxdælenſes inter & Fliotsblidingos*. Hinc prono velut alveo ſeqvitur, hanc hiſtoriam utroque qvondam nomine fuiſſe gaviſam; iisdem enim fere, qvaſi conceptis verbis hiſtorias allegare, earumque titulos, imprimis *Tribuarios*, indigitare, cum auctores

ſtadur, hic in ejusdem tribus prædio *Hlídarende*, qvæ inclyta Gunnari in Niala ſedes, nati ſunt, de qvibus & horum virorum Vitæ, & *Húngurvaka*, nec non *Finni Johannæi Hiſt. Eccl. Island. T. I. Per. II. Sect. III. cap.* IV. *& Sect. IV. cap.* I. conſulendæ.

Verum enimvero, ut ad hiſtoriam regrediamur, paulo propius inſpicientibus talem ſe Niala præbet, ut univerſus narrationis tenor, non tam biographiam ſpiret atque ſapiat, qvam hiſtoriam tribuariam. Solent nimirum Islandorum Biographiæ non ſolum ea, qvæ heroi, cujus fata referenda ſibi ſumſere, in adoleſcentia & juventute ſcitu digna contigerint, verum etiam geſta majorum & imprimis parentum præcipua, commemorare; qvod *Gretteri*, *Vigaglumi*, *Gisłii Surſonii* & aliorum exempla commonſtrant. Noſtra vero hiſtoria de Nialo vel puero vel adoleſcente, de parentis ejus aut majorum geſtis, etſi ex nobili ipſe in Norvegia proſapia fuerit ortus, nihil qvicqvam profert; qvæ enim de his memorantur, genealogico magis, qvam hiſtorico, more traduntur. Hiſtoria qvippe, circa vel infra medium vitæ Niali curriculum, ſuam de Nialo narrationem cap. XX. auſpicatur, Nialo ſcilicet jam adulto, & ex uxore *Bergthora* VI. liberorum patre, qvi ab auctore denuo cap. XXV. producti, non puberes modo, ſed & conjugio maturi ſiſtuntur; qvæ vero Nialo ipſi puero, adoleſcenti vel juveni evenerint, alto premuntur ſilentio. Hoc non facturus fuiſſe auctor ſcripti videtur, ſi legitimam Niali vitam de induſtria ſcribere ſibi propoſuiſſet. Ex iſthoc hiſtoriæ ſilentio ſiqvis colligere velit, nihil dignum relatu Nialo adoleſcenti contigiſſe, locus *Eddæ* recentioris, qvæ *Snorroni Sturlæſonio* vulgo adſcribitur, docet plane contrarium. Locum hunc Eddæ, in codice Regio pariter ac Wormiano obvium, utpote notabilem, huc transſcribere non piget. Hic auctor, dum Maris Synonyma poëtica, *Sævarheiti*, recenſet, & hæc inter *húmr*, qvod nauteam

ceam *f.* ſententiam ſignificat, unde vocis danicæ *Thumſkbed* origo forſitaſſis arceſſenda, ad Niali noſtri, qva poëtæ, auctoritatem provocat his verbis:

Húmr, ſem Brennu-Niáll qvað,	*i. e. Nautea, ut cecinit Nialus incendio peremtus:*
Senn iófv ver ſvanni	*Simul baufimus, mulier tenella,*
ſextán en brimi vexti	*ſedecim, ſed æstus increbrescens*
dreif á haſſkips húfi	*impete verberavit navis convexa,*
húm í fiórvm rúmvm.	*ſententiam in qvatuor interſcalmiis.*

Suæ hic navigationis meminit poëta Nialus, in qva tantum vitæ periculum adierit, ut navis, qva oceanum trajecit, unde *haffkip* poëtæ dicitur, aqva marina adeo impleretur, ut nautea a ſedecim vectoribus, ſententiam per qvatuor interſcalmia ſimul exhaurientibus egeri vix potuerit, parumque abfuerit, qvin ipſa navis fluctibus ingruentibus abſorpta mergeretur. Verum hic obſervare nobis integrum, qvippe qvod ad noſcendum Niali ſolum natale non eſt mullius momenti, qvod initio cap. xx., ubi Niali parentes memorantur, varia lectio, qvam ab interprete neglectam miramur, poſt *Asgerdæ* ejusque patris *Arii* (*Askilli*) nomen, Membranis B. D. & E. ut & Codd. chart. H. & N. communis, habeat: *hon hafdi komit út hingat til Islands*, qvod ad Asgerdam Niali matrem; reliqvi vero Codd. Chartacei, ut & Torfæi exſcriptum, numero omnes octo, legant: *hann hafdi komit* etc., qvod ad Arium Asgerdæ patrem referendum. Si ultima lectio potior cenſenda, non ipſe modo Nialus, ſed & ipſius mater Asgerda in Islandia nati & edutati ſunt credendi; ſolebant enim hi coloni Norvegi ad concordiam novorum incolarum ſtabiliendam in Islandia primum uxores ducere. Sin prior lectio, ab *Olavio* expreſſa, verior, Asgerda qvidem in Norvegia nata fuit; ſed, ſive innupta, ſive vidua illinc emigraverit, in Islandia primum nupſiſſe videtur Niali patri *Thorgeiro Golnero*, utpote cujus pater *Thorolfus*

jam tum in Islandia habitavit, villamque, *Thorolfsfellum*, Nialo deinceps hæreditariam, & de suo nomine dictam, incoluit. Unde, qvin Nialus ipse saltem in Islandia natus adoleverit, nullum relinqvitur dubium. Utrum vero inde juvenis in Norvegiam, an ad alias terras exteras, peregrinatus fuerit, & qvid porro in ista peregrinatione præter memoratum naufragii periculum ipsi obtigerit, Niala reticens incertos nos relinqvit. Id certe allatum nos hemistichium perdocet, navigasse Nialum, dum usus anthiæ navalis apud nautas boreales nondum invaluit, *dælu-austr* veteribus dictus; adeo ut haustris sentinam Nialus & comites evacuare sint coacti, qvem actum *byttu-austr* vocant historici. Illud qvoque hinc discimus, qvod Musis patriis junior Nialus operam navaverit; id qvod eo magis est mirum, cum ne unicum qvidem ejus versiculum Niala nobis dederit, etsi *Skarphedini*, filii ipsius natu maximi, plures attulerit.

Qvamvis porro in iis, qvæ ad Nialum & filios pertinent, valde occupata sit Niala, haud minorem tamen partem aliorum rebus gestis concedit. Neqvid enim de *Gizsure Albo*, *Thrasino*, *Asgrimo Ellidagrimsonio*, *Mardo*, *Kario*, *Flosio* & aliis dicam, *Gunnari* certe de *Hlidarenda*, qvod prænobile tribus Fliotshlidanæ olim prædium, facinora Nialinis adeo non sunt inferiora, ut potiorem historiæ partem sibi vindicent. Gunnarus ille, fatente vel ipsa Niala cap. XIX., tot animi & corporis dotibus erat instructus, ut paucos illi pares vetus Islandia genuerit. Fortitudine & magnanimitate prorsus heroica, candore animi omnis vafritiæ & fraudis abditæ nescio, in amicis colendis fide atque constantia, viribus & forma corporis exteriore conspicuis, manuum promtitudine, nec non gymnasticis atque athleticis, qvæ pugnanti prosunt, qvæque suo ævo, ut par est, permagni fuerunt, artibus & exercitiis, omnes fere æqvales est supergressus. Si juris patrii consultissimam

utilia

utilia & funeſtum nunquam fructum amicis fundendi ſolertiam, qvæ proverbiali inter Islandos: *Niáls hefta rádin*, i. e. *Niali conſilia ſuccedunt*, vel *mordent*, (*adverſariis ſcilicet metuenda*,) locutioni dedit originem; ſi profundam, & fere plusqvam naturalem divinandi atque futura providendi ſagacitatem, qvibus reliqvos omnes facile vicit Nialus, exceperis, nullius ſane viri Niala meminit, cui Gunnarus ſit poſthabendus. At ne hæc nimis prædicare videamur, ad doctiſſimum *Arngrimum Jonæ* lectorem amandamus, qvi in *Crymogæa*, *Libr. II. pag.* 153-160. characteri & geſtis Gunnari exponendis duplo prolixiorem impendit operam, qvam Nialo & filiis, qvorum tamen laudibus hiſce dictis nihil qvicqvam nos qvidem detractum volumus. Æqviſſimus pariter ac peritiſſimus harum rerum æſtimator P. F. Suhmius, dum piraticæ Gunnari per mare balticum expeditionis mentionem injicit, Gunnarum de Hlidarenda *magnum heroa Islandicum* nominat; vid. *Hiſtor. af Danm. III. T. pag.* 232. Verum ne Vitæ Niali, qvam *Binominem* qvondam fuiſſe, viri gravis auctoritatem ſecuti, cum argumento hiſtoriæ, tum aliis rationibus inducti, probatum hactenus dedimus, titulus nos diutius detineat, ad genus dictionis & momentum ejusdem hiſtoricum paucis dijudicandum nunc accingimur.

Dictionem Nialæ tot ſane veneres & virtutes exornant, ut inter veteres Islandorum hiſtorias paucas aut nullam dederis, qvæ hoc nomine cum Niala poſſit componi. Auctorem illud coarguit, non modo doctum atque diſertum, ſed ingenioſum qvoque & mirum in characteribus ad vivum pingendis artificem, utpote qvi in obſervando perſonarum decore tantæ ſit dexteritatis, ut verba ingenio & animo loqventis cummaxime congruant. Tantus nimirum eſt dictionis lepor & proprietas, ut qvaſi viventium colloqviis intereſſe lector ſibi videatur. Ea porro eſt narrationum ipſis facetiis admiſta, & non injucunda gravitate tem-

perata, nec tamen ſinceritati inimica, feſtivitas, ut, qvid horum maxime miretur, lectorem incertum relinqvant. Et hic iterum in ſcenam produci meretur illuſtriſſimus Septentrionis Dano-Norvegici ſcriptor Summus, cujus viri æſtimium nulli non, cui hiſtoria & antiqvitates patriæ fuerint cordi, qvantivis debet eſſe pretii. Ita vero ille de Niala noſtra judicat: "genere ſtyli par eſt ipſi Snorroni; narrandi vero arte illo eſt ſuperior." Honorificum illud de Niala teſtimonium iis porro vir vaſtæ lectionis verbis concludit, qvod pauci fuerint libri, qvos majori cum voluptate perlegerit; vid. *P. F. Suhms critiſk Hiſtorie af Dannark, B. IV. Fortale pag.* XI. & Ejusd. *Tabeller til crit. Hiſt. af Dann. pag.* 371.

Momentum Vitæ Nialinæ duplex eſt; unum Juridicum, alterum Politicum non immerito dixeris. Juridicum hiſtoriæ momentum vel inde cernitur, qvod hic tot juris antiqvi formulæ, tot cavillationes & exceptiones occurrant, ut Juris Proceſſualis, qvale in Septentrione olim viguit, formam qvaſi in ſpeculo repræſentet. Operæ certe foret pretium, leges priſcas Dano-Norvegicas cum iis, qvæ in hac hiſtoria leguntur, contendere; nec dubium, qvin haud parum inde uſus & lucis ad eos redundare qveat, qvi in Juris antiqvi Borealis ſtudium incumbunt; qvibus & hæc penitius excutienda relinqvimus. Politicum hujus ſcripti momentum ſi conſideres, ea profecto *Vitæ Nialinæ* dos eſt, ut Reipublicæ Islandicæ, qvalis vergente ſeculo decimo & undecimo ineunte floruit, ſtatus, ut incolarum res oeconomica, mores, ritus & inſtituta haud aliunde melius, qvam ex hac hiſtoria diſcantur. Verum uſus Nialæ hiſtoricus intra Islandiam non continetur, ſed ad res exteras, eas ſcilicet, qvæ in Dania, Norvegia, & inprimis in Scotia ac Hibernia contigerunt, ſe extendit. *Sigurdi* Orcadum Comitis, cui *Craſſi* cognomen adhæſit, prælia & res in Scotia geſtas, qvibus Cataneſiam, Roſſiam,

ſiam, Moraviam, Suderlandiam, Daliam, adeoque dimidiam circitet regni Scotici partem, in ſuam redegit poteſtatem, Hæbudasque inſulas ſibi reddidit vectigales, iisque ſororis *Svanlogæ* maritum *Gillium* præfecit. *Buchananus* & alii rerum Scoticarum ſcriptores, qvantum nobis qvidem conſtat, aut ignorant, aut diſſimulant. Horum igitur notitia noſtræ Niali hiſtoriæ, cap. LXXXVI. & LXXXVII. debetur, paucis tamen ex *Orkneyingaſaga* deſumtis. Torfæus ipſe Rerum Orcadenſium Hiſtoriæ Libri I. cap. x. plusqvam dimidium, & cap. XI. integrum fere ex Niala noſtra eſt mutuatus.

Nec minorem rebus Hibernicis, & illis maxime, qvæ ad *Brianis* Hiberniæ regis, qvem *Boroum Waræus*, *de Boirumbe* reliqvi ſcriptores indigenæ cognominant, cum Oſtmannis Dublinenſibus non procul a Dublino prælium pertinent, lucem haud exiguam affundit Niala. Complures hujus belli circumſtantias, qvas ſcire tamen lectoris intereſt, omittunt ſcriptores Hiberni & Angli, in geſtis Brianis, & hoc maxime prælio, referendis cætera ſatis operoſi, qvorum adeoque memoriam ſola Niali Vita ad poſteros propagavit. Sic *Kormladam*, *Olavi Qvaranis* viduam, & poſt illius mortem ipſi nuptam Briani, ſed ab eo jam grandævo repudiatam, ne nominant qvidem, etſi præcipua hujus ipſiſſima belli fax & tuba fuerit. Hanc *Sigtryggi* ex Olavo Qvarane Dublini rege, cujus ſororem *Gydam* uxorem habuerat Olaus Tryggvinus, Norvegiæ deinceps rex inclytiſſimus, matrem, *Murchardi* fuiſſe filiam, utpote *Malmurrii* Lageniæ regis ſororem, ex *Abb. Ma-Geoghegani Hiſtoire d' Irlande P. II. ch.* VI. concludere licet; de qvo vel ipſi Torfæo, qvi hunc auctorem, ſua ætate necdum forſitan editum, legere neqvivit, nihil ſuboluit. Neutiqvam igitur mirum, ſi Kormlada, ob repudium Briani infenſa, ac vindictæ cupidine flagrans, & Sigtryggum filium & fratrem Malmurrium, qvi contra populares dimicans in pugna Brianica

devolvi potuit, qvippe nec nimiæ locorum, nec temporum longinqvitati obnoxia.

Genealogias porro, qvæ in Niala crebræ ſunt, ſiqvis aliqvanto curatius conſideret, harum plures ad Sæmundum Multiſcium deductas, & in Oddenſis familiæ recenſu infra Multiſcium hunc Sæmundum nullam deſcendere reperiet, qvod & ipſe SUHMIUS obſervavit, vid. *Tabeller til ævit, Hiſt. loc. cit. pag.* 372. Qvæ qvidem ſingula eo conſpirant, ut auctorem hiſtoriæ vel Sæmundum, vel alium Sæmundo ævo ſupparem, qvaſi indigitent. At ne hæc gratis aut temere dicta videantur, ipſa dabimus genealogiarum exempla, ex hiſtoria noſtra pleraque depromta. *Ulfi Aurgodii*, cujus ex fratre nepos *Mardus Valgardi filius*, qvi in Niali & filiorum Vita etſi non optimam, magni certe momenti perſonam ſuſtinet, ſtemma ad Sæmundum recta deductum cernitur cap. XXV. Ad *Asgrimi Ellidagrimſonii*, viri in hac perinde ac aliis hiſtoriis ſuo ævo clariſſimi, cujus filiam *Thorhallam* uxorem habuit *Helgius Niali filius*, fratrem, genus ſuum referre Sæmundum, Niala cap. XXVI. teſtatur. *Gudmundus* ille *Potens*, cujus in vindicanda Niali & filiorum cæde ſatis heroicæ fuerunt partes, & cujus in multis Islandorum hiſtoriis memoria perqvam freqvens & inclyta, Oddenſis familiæ & ipſius Sæmundi progenitor dicitur Nialæ cap. CXIV. confer. Landnama ed. Havn. pag. 206. Qvin & *Hallum de Sida*, cujus gener erat *Floſius Incendiarius*, qvique Hallus in Niali hiſtoria optimi viri & civis partes tuetur, inter majores ſuos numerat Sæmundus, utpote cujus ex filia *Ingvilda* fuit pronepos; vid. Landnama ed. Havn. pag. 305. Neqvis autem objiciat, eodem ex fundamento, *Arium*, cognomine *Frode* etiam nobilitatum, Nialæ auctorem poſſe ſtatui; erat enim ſcriptor Schedarum Arius Halli de Sida ex *Thorſteino* filio, ſupra nobis memorato, pronepos, teſte Landnama loc. cit. Verum & vicinia locorum, & genus dicendi, ab Arii Schedis ablu-

abludens, &, qvod ad hanc qvæſtionem dirimendam vel ſolum ſufficit, manifeſtus auctoris Nialæ ab Ario diſſenſus, cui in recenſenda *Snorronis Pontificis* familia palam refragatur, cap. cxv. Sæmundum, qvi Nialæ ſcriptor habeatur, Ario præferendum eſſe, cuivis cordato homini facile perſvaderit. Nos igitur minime miramur, ſi Sæmundum, cui cum viris in Niali hiſtoria præcipuis tanta ſangvinis vincula fuere, ut hoc nomine Niala Oddenſi familiæ, atque ipſi adeo Sæmundo, qvaſi gentilitia dici mereatur, hæc ipſa neceſſitudo ad eorum res geſtas literis & poſterorum memoriæ commendandas pepulerit.

Ante Sæmundi ævum ſcriptam eſſe Nialam nemo facile crediderit. Etſi enim literaturam runicam Islandis Sæmundo antiqvioribus neutiqvam abjudicare velimus; runarum tamen uſum carminibus antiqvis conſervandis, non vero monumentis hiſtoricis conſignandis inſerviiſſe, plusqvam probabile nos qvidem autumamus; maxime cum inter omnes rerum peritos conſtet, literarum gothicarum & angloſaxonicarum uſum Sæmundum atque Arium in Islandia fere primos adhibuiſſe; etſi latinas forte prior *Islevus* Epiſcopus, Scalholtenſis, qvam ipſe aperuit, ſcholæ diſcipulos docuerit. Verum nec Sæmundi ævo admodum inferiorem credi debere auctorem Nialæ, qvæ perſvadeant, ſupra allatis hoc unicum adjicimus. Proximos Sæmundi poſteros noſſe ſiqvis discupit, luculentam *Sturlungorum hiſtoriam*, eamque ſecutum Hiſtoriæ Eccleſ. Island. ſcriptorem *Finnum Johannæum* conſulere poterit. His etenim magiſtris diſcet Sæmundo in ſacerdotio Oddenſi ſucceſſiſſe *Loftum*, qvi Regis Norvegiæ *Magni Nudipedis* filiam naturalem, nomine *Thoram*, uxorem ducendo & ſe & poſteros adeo nobilitavit, ut regia hac affinitate Oddenſi familiæ ingens claritatis incrementum acceſſerit. Hunc excepit filius *Jonas*, omnium ſuo tempore Islandorum, qva divitiis & potentia, qva auctoritate facile princeps, regiis natalibus &

Opus denique eo usque absolutum *Collegio Sevirali*, antiqvitatibus patriæ e Bibliotheca Arna-Magnæana in lucem publicam edendis a Rege præfecto, gratis concessit, qvod historiam cum apparatu supra memorato typis exprimi Arnæ-Magnæani Legati impendiis deinceps curavit. His jam expositis, reliqvum est, ut ad Codicum, qvi huic editioni adornandæ sunt adhibiti, notitiam lectori tradendam deveniamus.

Codices in universum membranei VII., Fragmenta itidem membranea IX., & Codices insuper chartacei X. adfuerunt. Codices membranei V. Fragmenta vero & chartacei omnes, ex penu Arna-Magnæana, qvæ Bibliothecæ Universitatis Havnienſis est peculium, sunt commodati. Reliqvi II. codices membranei Bibliothecam Regiam Majorem exornant. His codicibus in variis lectionibus brevitatis ergo seqventia Johnsonius dedit nomina. Membranei codices prioribus VII. alphabeti literis majusculis A. B. C. D. E. F. G. sunt notati; & ubi duo posteriores F. & G. inter se concordant, communi nomine R. i. e. *Regii* vocantur. Fragmenta literis a. b. c. d. e. f. g. h. i. sunt insignita. Chartacei autem codices H. I. K. L. M. N. O. P. Q. S. sunt dicti; & sicubi omnes vel plerique consentiunt, literis chh. vel chh. pl. notantur. Dabimus nunc singulos cum ipsius Johnsonii descriptione & censura.

I. Codices Membranei Bibliothecæ Universitatis.

Codex A. Hunc editor Olavius ut plurimum secutus est, utpote reliqvis locupletiorem & qvovis respectu præstantiorem, etsi a mendis exstantioribus, sibi cum aliis membraneis interdum communibus, non prorsus sit immunis, ex. gr. Pag. Vers. 214. var. u. & Pag. 408. var. æ. Orthographia & Anglosaxonicis literis majusculis usus est hic codex, qvod ipse Olavius annotavit & expressit. Qvantum ex orthographia æstimare licet, ineunte seculo XIV. vel prius, scriptus videtur. Oculis

eum

eum nunqvam uſurpavit interpres Johnſonius, qvippe qvi nec ſub num. 298, qvem indicavit Olavius, nec alio qvopiam reperiri potuit, & vel repetita indagine ſibi fruſtra qvæſitus; cujus cauſam Oedipo conjectandam relinqvit. Formam qvoque hujus codicis, tacente Olavio, ignorare cogimur.

Codex B. in fol. No. 133, etiam egregius eſt, & ab ornata manu. Qvantum ex orthographia caſta & claſſica concludere datum, circa medium ſeculi XIV. ſcriptus Johnſonio videtur. Exteras literarum formas non ſectatur; habet tamen aliqvot arabicas numerorum figuras, (ex. gr. pag. verſ. 40. var. u. & pag. 202. var. æ), qvæ in membranis, maxime junioribus, infreqventes occurrere ſolent. Illud qvoque huic Codici eſt peculiare & notatu dignum, qvod minutiora narrationem ſigna diſtingvant; videlicet cola, ſemicola & commata hic paſſim viſuntur. Hæc cum membranis antiqvioribus prorſus ſint ignota, haud levem ſuſpicionem movere videntur, de ætate ſcriptionis ſupra memorata aliqvanto inferiore. Huic codici, uti & fragmento a. verſus debentur, qvi Textus Islandici pag. 60, verſionis autem pag. 116. leguntur, reliqvis omnibus, qvæ ad manum fuerunt, exemplaribus ignoti. Lacunas, in parte præſertim poſteriore, habet hic codex, majores & minores, qvæ ſuis ſunt ſingulæ locis annotatæ; de qvibus, qvæ ad Cod. H, porro dabuntur, conferri poſſunt.

Codex C. in fol. 132. Olavio *Kálfalækiar-bók* perperam vocatur, qvippeqvod nomen codici proxime præcedenti proprie competit. Notiſſimus eſt hic codex, utpote qvi complures hiſtorias Islandicas ſuo volumine complectitur; in Præfatione ad *Vigaglumsſagam* merita cum laude memoratur. Ejusdem, ac codex B, ætatis eſſe videtur, etſi diverſa manu & orthographia ſimplici ac bona deſcriptus. Interdum tamen

ſtantia. Uſum egregium interpreti hæc Fragmenta præſtiterunt, illumque præcipue, ut originem codd. chartaceorum monſtrarint, qvod ex varr. lectionibus obſervatu perqvam facile.

Codicum atque Fragmentorum membraneorum ſpecimina tabulis II. æneis inciſa, lectorum oculis atque aſpectui ſunt exhibita. Cæterum noſtram lubentes facimus doctiſſimi Johnſonii obſervationem, Notitiæ Codicum hic inſertam: iſthæc ſcilicet codicum membraneorum copia oſtendere videtur, qvanti Nialam fecerint majores, cum nullius hiſtoriæ borealis tot membranei codices, utpote olim cari & operoſi, qvot Nialæ, ſive integri, ſive in fragmentis, ſint ſuperſtites.

IV. Codices chartacei Bibliothecæ Univerſitatis.

Codex H. in forma Qvarta, No. 464. qvem *Johannes Halthorius*, Epiſcopi Finni Johannæi, Hiſtoriæ Eccleſ. Island. auctoris, pater, ſecundum Cod. B. membraneum, qvem ex prædio Islandiæ, unde illum acceperat, Arnas Magnæus, ut ſupra monitum, *Kálfalækiarbók* appellavit, qvatenus ille legi tum poterat, *Hytardali* anno MDCXCVII. exſcripſit; reliqva deſumta ſunt ex alio Nialsſagæ exemplari, qvod *Johannes Villingaboltenſis*, celebris ſuo ævo librarius, tranſcripſerat, indeque & aliunde decerptas lectiones varias, qvæ qvidem alicujus erant momenti, in margine appoſuit. Anno MDCCVIII. & MDCCIX. teſte Halthorio, tam corrupta & detrita erat membrana B. ut, qvalis anno MDCXCVII. fuerit, recognoſci vix poſſet; inprimis ea, qvæ a fine cap. CIII. ad medium cap. CLVII. anno MDCXCVII. cum exſcriberetur, legi utcunque poterant, deinceps, nempe anno MDCCVIII. omnem lectionem refugiebant. Lectiones

tiones qvasdam varias, ex membrana B. desumtas, in margine codicis H. annotavit exscriptor; alias vero ex chartaceis mutuatus textui inseruit. Anno MDCCXI. hunc cod. H. Arnas Magnæus adeptus est.

Codex I. in forma Qvarta No. 470. Codicem hunc *Ketillus Jörundsonius* non exscripsit qvidem ex membrana B, sed cum ea contulit. Teste filio *Paulo*, in literis ad Arnam Magnæum anno MDCXCIX. datis, descriptus a patre fuit Cod. I. ex cod. membraneo, cujus tunc possessor *Thordus* qvidam *Steinthori filius*. Nactus est hunc librum Arnas Magnæus anno MDCCIV. Orthographiam habet sibi constantem, semperque *i* pro *y* substituit; qvemadmodum omnes aliæ historiæ Islandicæ, a Jörundsonii manu profectæ.

Codex K. in folio No. 134. Scriptus est hic codex a *Johanne Erlendsonio Villingaholtensi*, sed, ut videtur, juvene, secundum codicem, qvem ab *Olavo Gislesonio de Hofe* in Vapnefiordo nactus fuerat Arnas Magnæus. Orthographia hujus codicis nec accurata satis, nec sibi constans; cum interdum, & maxime ab initio & sub finem cum chh. I. L. N. sæpius cum membrana E. & haud raro cum aliis membranis consentiat. In margine passim adscriptæ sunt variæ lectiones ex *Graskinna*, &, qvæ sic vocatur, *Gullskinna*; qvæ vero ex posteriore desumtæ sunt, ad chh. I. L. N. proxime accedunt. Plerumque cod. K. reliqvis chartaceis est locupletior.

Codex L. in folio No. 137. a *Johanne Villingaholtensi* scriptus est. Hunc codicem anno MDCCXI. nactus est Arnas Magnæus a *Vigfuso Hannesonio* sibi donatum. Iis in locis ad cod. K. accedit cod. L. in qvibus a chh. I. & N. discedit.

Codex M. in forma Qvarta No. 465. Illum a *Buſſæo* nactus eſt Arnas Magnæus Havniæ anno MDCCXIV. Cum membrana C. maxime concordat, & ſicubi ab ea diſcedit, chh. I. L. N. imprimis ab initio ſeqvitur. Annotata ſunt in margine chronologica qvædam, qvorum, miſſis reliqvis, qvæ huc maxime faciunt, notamus ſeqventia: Caritas annonæ, cujus Niala cap. XLVII. meminit, ad ann. Chr. 975. Religio Chriſtiana in Islandia legibus recepta ad annum 1000. Incendium Nialinum ad annum 1010. & prælium Brianicum ad annum 1014. referuntur. In ultimo codicis folio occurrunt verſus duo, diverſi metri, qvorum uterque *Sæmundum Multiſcium* Oddenſem Hiſtoriæ Nialinæ auctorem deprædicat.

Codex N. in forma Qvarta No. 469. Mendis refertus eſt hic codex; orthographiam tamen habet chartis K. L. M. aliqvanto correctiorem. Cum chartis I. & L. maxime conſentit.

Codex O. in fol. No. 163. Lit. I. Manu antiqva & concinna, ſed orthographia non ſatis accurata deſcriptus eſt hic codex anno MDCLXVIII. ab *Henrico* qvodam in Kialarneſiæ prædio *Saurbajo*, in gratiam Præfecti Toparchiæ Kioſenſis Regii, *Dadii* (*Davidis*) *Johnſonii*. Tria priora folia manu recentiore ſunt exarata. Chartas I. L. & N. potiſſimum æmulatur.

Codex P. in fol. No. 163. Lit. D. transſcriptus ex codice, qvi anno MDCLXXXIII. fuit antiqvior, & qvem Arnas Magnæus mercatus eſt a *Sigurdo* qvodam *Ferjenſi*. Cum membrana E. fere prorſus conſentit,

te, & ex illa, cum adhuc esset integra, descriptus videtur. In margine notata sunt sequentia: "incendium Nialinum anno 1011. d. 11. Aug. die Lunæ vesperi contigit."

Codex Q. in forma Qvarta, No. 555. Lit. C. Literis semicursivis, sed lectu perspicuis scriptus ex codice, cujus possessor fuerat *Johannes Torfæus* Breidabolstadensis. Niali hic historiæ subjecta est Epitome *Vitæ Gudmundi Episcopi*; unde concludit Arnas Magnæus, *codicem Resenianum*, qvi hanc habet Epitomen, tempore, pro hic Nialæ codex fuit scriptus, etiamnunc in Islandia fuisse.

Codex S. in forma Qvarta, No. 555. Lit. A. Hic qvoque codex literis cursivis & orthographia incorrecta scriptus est, manu *Pauli Ketilsonii*; qvod ex ejusdem literis, anno MDCXCIX. ad Arnam Magnæum datis, colligere licet. Codicem hunc, qvi *Bibliothecam Septimianam* qvondam ornaverat, dono *Rostgaardii* adeptus est Arnas Magnæus. Codex S. codice Q. est deterior, & cum chh. I. L. N. O. ut plurimum consentit.

Omnes hi chartacei codices multis in locis integras omittunt periodos, alias contrahunt, ordinem vocum invertunt, ineptis utuntur dictionibus, idque habent cum plerisque historiarum Islandicarum exemplaribus chartaceis commune, ut glossematis indulgeant. Nihilo tamen secius complures optimæ notæ lectiones hæ chartæ suppeditarunt, usumque in hac editione adornanda præstiterunt neutiqvam adspernandum.

Codices membranei magna, & in carminibus, aliisque obſcurioribus locis maxima cum accuratione inter ſe ſunt collati, lectionumque, etiam erronearum, varietas aſſidue eſt notata. Leviora vero chartarum paroramata ſunt neglecta. Ex ultima hac collatione haud parum in editionem noſtram lucri redundavit, qva loca mendoſa non ſolum ſunt correcta, verum primitivæ etiam caſtitati atque nitori reſtituta.

Qvo facilius lector videat, qvorſum in textu qvævis lectio varia pertineat, paginam textus verſioni appoſitam, nec non verba textus uncinis incluſa, iisque ſubjectam lectionis varietatem inveniet, adeo ut diverſitas obſervatu perqvam ſit facilis.

Præter ſupra memoratos Codices conſultum qvoque eſt membranarum F. & G. exſcriptum chartaceum, qvod in lectt. varr. *Tradux Regiorum* paſſim vocatur. Iſtud Nialæ exemplar *Asgeirus Jonæ*, qvi Torfæo erat ab hiſtoriis Islandicis exſcribendis, partim ex membrana G. partim ex F, ubi legi potuit, transſcripſit, vel alternatim, nunc ex hac, nunc ex illa, lectionem mutuatus eſt, adeo ut hoc pacto utrumque codicem commiſcuerit, more ſcilicet librariis noſtris olim ſolenni; unde factum, ut mutua exemplarium ſimilitudo aut diſſimilitudo ſingulorum facile prodat originem. Manuali huic exſcripto chronologiam Nialsſagæ appoſuerat ipſe Torfæus, ſed, ut interpreti viſum, levi manu & præmaturam, cujus pag. verſ. 78. facta eſt mentio. Huic licet ſuper-

perſtructa, ſit Johnſonii chronotaxis, margini verſionis adjecta, eam tamen ubivis ſeqvi non potuit, utpote qvæ justum eventuum & factorum ordinem certis in locis non preſſe ſatis obſervarit; vid. pag. verſionis 322. not. 1. & pag. 368. not. *). Si vero typis mandata hæc chronologia ubivis non ſit omnibus abſoluta numeris, qvod jactare non ſuſtinet interpres, eam tamen a vero propius abeſſe credit, qvam illam Torfæi; qvæ qvidem, ne gigantis humeris inſiſtens ipſo longius proſpicere ſibi videatur, citra omne magni cætera chronologi vituperium aut præjudicium dicta vult atque intellecta.

Qvæ in carmina Nialæ commentatus fuerat Præpoſitus *Gunnarus Pauli*, & reliqvæ ejus in hanc hiſtoriam obſervationes, ad interpretis manus tum demum pervenerunt, ubi ad pag. Verſionis 337. opera typographi proceſſerat; unde tamen annotatiunculam pag. Verſ. 87. Lit. γ. vult excipiendam. Has vero eruditiſſimi *Paulſonii* obſervationes idoneis Gloſſarii locis fideliter inſeruit, qvatenus ab interpretis mente diſceſſerunt, ejusque ſententiam aut confirmarunt aut illuſtrarunt.

Stylum verſionis non bene latinum lectoribus excuſatum cupit interpres, qvem claſſica Textus vernaculi puritate & amoenitate longe inferiorem eſſe ingenue fatetur. Hujus defectus eam vel maxime cauſam adfert, qvod ad interpretationem, qvam ab initio paulo liberiorem dederat, lectionis varietate Olaviana ſolum ſit uſus; ubi vero

poſt collatos codices plures & aliæ lectiones acceſſerunt, ad has interpretationem componere, iisque accommodare neceſſe habuit; unde dictio haud parum paſſa eſt detrimenti.

Carmina metrice reddere conveniéntius viſum eſt Johnſonio. Mirabuntur forte elegantioris latinitatis amatores, priſcas borealium poëtarum periphraſes ad verbum expreſſas hic legi; verum eo conſilio id fecit interpres, ut genius poëſeos antiqvæ exteris lectoribus pateret. Iſta ſchemata ſi poëtis borealibus detraxeris, ſique pro paronamaſiis veterum, nuda, qvæ circumſcribunt, nomina poſueris, omnem, vel certe præcipuam, ipſa poëſis exuet gratiam, & vel proſa mediocri magis inſipida reddetur. Verba carminum in ordinem redigendo Dnum Finsonium, Landnamæ interpretem, & alios, ejus exemplum ſecutos, imitatus eſt; qvod vel ipſis Islandis gratum autumat & utile. Partem Gloſſarii a litera I. ad vocem *ſkeid*, *ſpatium*, in *S.* elaboravit *Gudmundus Magnæus*, digniſſimus alter Legati Arna-Magnæani tunc Stipendiarius. Simili fere hoc fecit modo, qvo in anteceſſum uſus fuerat interpres, Johnſonio interim partim affecta diutius valitudine, partim aliis negotiis impedito.

Lexica & Gloſſaria, qvæ ſuo gloſſario conficiendo adhibuit Johnſonius, vel ideo hic commemorare voluit, qvod Islandorum lectorum plerisque ſint ignota: ſunt vero illa ſeqventia. Primum &

præ-

præcipuum *Junii Gloſſarium Anglicanum; Joh. Leonardi Friſchii Lexicon Germanicum; Edwardi Lyei Lexicon Angloſaxonicum; Somneri Vocabularium Anglicum.* Laborum *Wachteri* & *Ihrei* infreqventior illi fuit uſus, & extra publicas bibliothecas parcius conceſſus.

Voces, in Indicibus & Gloſſariis Islandicarum, qvæ lucem publicam hactenus viderunt, hiſtoriarum obviæ, in hoc ad Nialam gloſſario non ſunt allatæ, niſi qvatenus novum hic ſortiuntur ſignificatum, vel de eruendo earum etymo, ſecus ac alii, ſentiebat interpres.

In indice rerum, qvi præter ritus & inſtituta veterum, qvatenus ex Niala noſtra diſci poſſunt, eventa etiam atque facta ſingularia, pugnas, cædes, prodigia, ſomnia & alia, nec non mentionem characterum perſonalium continet, omnia in unum ſe collegiſſe credit interpres, qvæ qvocunque nomine ſcire lectoris intereſſet; idque plus utilitatis allaturum exiſtimat, qvam ſi talia perſonarum & locorum nominibus admiſta temere fuiſſent. Monſtrare paucis loca, unde perſonarum genus & geſta diſcantur, uberiori fatorum & factorum narrationi, qva in qvibusdam indicibus brevis perſonarum biographia traditur, magis eſſe ratus eſt conducibile; hanc enim viam ſi ingreſſus fuiſſet, in immodicam molem & impenſam index excreviſſet. Enimvero ſuas ſic rationes interpres inſtituit, ut lec-

tores

tores geſta perſonarum noſſe cupidos, loca citata evolvendo iſthæc haud gravate qvæſituros non dubitet.

Hæc poſtqvam noſtro & interpretis Johnſonii nomine Te, Lector benevole, hactenus monuimus, noſtram hanc Nialæ editionem de meliori Tibi porro commendatam volumus.

Scriptum Havniæ, idib. Januar. anno MDCCCIX.

Gotd. Thorlacius. Kall. Schlegel. Olavſen.

Thorkelin.

HIC INCIPIT
VITA NIALIS,
INCENDIO PEREMTI.

CAP. I.
De *Mördo Gigia.*

Vir erat nomine Mördus, cognomentô Gigia (Lyra ſ. diſertus) Sigvati *Rufi* filius, praedio Velle in (pago) Rangarvallis habitans. Pollebat is dignitate atque opibus; inque rebus forenſibus verſatiſſimus, tanta (praeditus) erat jurisprudentia, ut nulla, niſi (a) interfuiſſet, legitima ducerentur judicia. Unica illi filia, nomine Unna, formâ venuſta, (moribus) urbana, bonisque ornata dotibus, & quae virginum Rangarvallenſium facilè princeps habebatur. Diuertit jam ad *valles* Breidafiordenſes narratio. (Ubi) vir erat incipit pag. 2. impr. nomine (b) *Höſkulldus*, Dalakolli filius: cujus mater nomine Thorgerda, filia Thorſteinis *Rufi*, filii Olai *Albi*, filii Ingialldi, filii Helgii. Mater (c) Ingi-

A

(a) væri ſ.] B. Regii. H. J. væri vid. praeſens eſſet.

(b) Hauſkulldr.] D. Hauſkollr, o: calvus. *unde forte illud formatum.*

(c) Ingialli.] Regii. Helga.

Ingialldi fuerat Thora, Sigurdô *Verminoculo* nata, filio Ragnaris Lodbrok. Thorſteinis autem *Ruſi* mater fuit Uda (d) Diupudga (magnanima) Ketilis Flatneſi (Silonis) gnata, filii Biörnis Bunae, (e) filii Grimi, Sogniae ducis. Höſkulldus in Laxardalo praedium Höſkulldſtados, frater verò ejus, cui *Ruto* nomen, Rutzſtados incolebat. Eâdem is, quâ Höſkulldus, (f) matre natus, ſed patre Heriolfo. Vir erat formoſus, ſaturâ grandis & (g) robuſtus, armorum bene peritus, miti ingeniô, atque praecellenti ſapientia: (h) ſeuerus in inimicos, benè verò conſulens in negotiis grauioribus. Aliquandò Höſkulldus conuiuium amicorum (i) celebravit, in quo & Rutus frater praeſens, illi adſedit proximus. Fuit Höſkulldo filia, nomine Hallgerda, quae (interim) cum aliis in pauimento (k) puellis luſitabat: aſpectu ſanè pulchra, magnae ſaturae, comâ perinde ac (l) ſericum nitidâ, tamque prolixa, vt ad cingulum vſque pertigerit. Eam Höſkulldus vocans, (m) accede huc ad me, inquit; ſtatimquè ſibi propinquantem, manu ei ſub (n) mentum applicatâ, exoſculatus eſt. Quâ deinde digreſſâ, Rutum interrogat: quae tibi videtur haec puella? pulchrane? Conticuit ad id Rutus; ſed ab Höſkulldo compellatus iterum, reſpon-

(d) Diúpúdga.] Omnes Codd. praeter A. & D. Diúpaudga, profunde diues, v. opibus eminens.

(e) Grímſ. — laxárdal, omittunt Regg.

(f) ſammædr.] R. ſammæddr. C & Chart. omnes: ſammædra.

(g) ſterkr.] B. C. ſtyrkr.

(h) hardrádr v. úv. ſ.] C. D. I. K. L. & H. in margine: hagrádr (heilrádr M.) vid vini ſína, utiliter (ſalubriter) conſulens amicis ſuis. N. hagnadr vina ſinna, commodum amicorum, ſ. commodis amicorum inſeruiens.

(i) poſt hafdi R. inſerunt: inni, domi ſuae.

(k) meyiar.] B. meygiar, id. J. ſmámeyar, virgunculis.

(l) ſem ſilki.] N. ſem humall. miúkt ſem ſilki, lupulus, molli velut ſericum.

(m) fardu hingat.] R. kom þú hingat.

(n) hverkina.] R. haukuna.

reſpondit: (o) Admodum pulchra eſt haec virgo, quod multis malo erit; caeterum neſcio, unde furini in gentem noſtram irrepſerint oculi. Hinc iram concipiebat Höſkulldus, fratrumque familiaritas aliqvamdiù infrequentior fuit. Hallgerdae fratres erant Thorleikus, pater Bollii, Olaus pater Kiartanis, & (p) Bardus.

Cap. II.

Rutus Unnam in matrimonium petit.

Aliquando fratres Höſkulldus & Rutus ad comitia vniverſalia equitarunt, quae tum frequentauerat magna hominum multitudo. Höſkulldus Ruto fatur: Vellem, mi frater, tuae conſuleres conditioni, uxorem tibi petendo. Hic reſpondet: Id mihi jam diu fuit in (q) animo; dubius tamen eram p. 3. conſilii; nunc autem de (r) tuâ agam ſententia: verum vbi nos experiemur? Et ille: Multi magnatum nunc in comitiis adſunt, copiaquè deligendi eſt; caeterum ego vnam prae aliis tibi deſtinaui. Mulier nominatur Unna, nata Mördô Gigiâ, (s) viro ſapientiſſimo, qui nunc ſua cum filia in comitiis intereſt, (t) eamque tibi, modo lubeat, videre licet. Proximâ vero die, cum (u) in ſenaculum iretur, mulieres (v) extra tabernaculum Rangaënſium, ſplendidè ornatas conſpexerunt. Tunc Höſkulldus Rutum alloquitur: Ecce illic

(o) ærit.] F. hellzti, ſanè quam.

(p) Bárdr.] Reg. Bárdar, Halldors ok Steindors, Bardi &c.

(q) hug.] B. R. ſkapi.

(r) þínv ſkapi.] R. þ. ráði, tuo conſilio.

(s) mannz.] I. K. L. N. høfðingia, optimate.

(t) mát þú fiá h. ef þú vill.] I. vil ek nefna fyrir þína hønd, voloque (illi petitionem ejus) proponere tuâ cauſa.

(u) til laugrettu.] N. til løgbergis, ad rupem judicialem.

(v) poſt konvr addit N. margar, multas. || konvr — búnar.] C. konv — búna, mulierem — ornatam.

illic Unna, de qua tibi dixi; ſed vt probatur ea tibi? Benè, inquit hic; verum neſcio, an vſuri conſortio ſimus proſpero. Deinde in ſenaculum acceſſerunt. Hic Mördus Gigia pro more negotia forenſia obiit (de re publicâ verba fecit). Quo (x) poſt ad tabernaculum digreſſô, Höſkulldus & Rutus ſurrexere, (y) Mördique tabernaculum adiêre; quò ingreſſi, eum in parte interiori conſidentem ſalutauêre. Quibus ille aſſurgens; Höſkulldi manum amplexus eſt, atque (hic) apud eum conſedit, Ruto proximè (z) fratrem aſſidente. Multo exinde ſermone conſertô, (a) Höſkulldi oratio tandem eò delabitur, vt eum de pacto ſecum ineundo appellaret. Vult (inquit) Rutus affinis tuus fieri, tuamque ſibi paciſci filiam, neque ego in hoc expenſis parcam. Mördus reſpondet: Scio te virum eſſe magnae auctoritatis, ſed frater tuus mihi (b) ignotus. Ad quae Höſkulldus: (c) is verò mihi praeſtat. Et ille porro: multum hic pro illo (in commune) conferas (d) neceſſe eſt, cum (filia) ex aſſe haeres mea ſit futura. Nec mihi opus eſt din

(x) ſidan. *ex cod.* B.] A. & reliqui omn. ſinnar, ſuum.

(y) ok gengv til.] R. add. Þá mælti Høſkulldr. villtv at vid ſørvm nú ok bidium konunnar. ſva ſkal vera ſagdi Rútr. ſidan gengu þeir til &c. tunc Höſkulldus ait: vis vti nunc eamus petitum mulierem? ſic faciemus, inquit Rutus. deinde &c.

(z) honum.] N. Høſkulldi.

(a) kom þar nidr rædr H. at ek mæli.] N. kom Høſkulldr uppá rædur og ſagdi. vitanligt ſe ydur at Rútr vill mæla, incidit Höſk. in eum ſermonem, vt diceret: notum ſit tibi Rutum velle te (de pacto ineundo) appellare. || R kom þar nidr rædvnni at Mørdr ſpyrr at eyrendom. þá ſagdi Høſkulldr. Rútr vill mæla til kaupa vid þik. ſkal ek til leggia med honom ſlíkt ſem ek má, eò deuenit ſermo, vt Mördus de negotio (illorum) quaereret, tum reſpondit Höſk. Rutus vult compellare &c. conferam equidem illi quantum potero.

(b) ókunnr.] ita B. ceteri verò omnes ókunnigr.

(c) framar.] R. eigi er hann ſidr enn ek, mihi haud ſecundus eſt.

(d) þurfa.] B. H. verò.

diu (e) exſpectare, quid nominatim dicam, ait Höſkulldus: (f) habeto (g) (fundos) Kamneſum ac Rutzſtados ad Thrandargil vſque, (h) nauemque mercatoriam (i) ultrò citròque commeantem. Hic Rutus ad Mördum: Sic habe, vir ampliſſime, me â fratre (k) majorem in modum eſſe commendatum charitatis nomine: ſi verò quam hujus rei rationem habiturus es, (l) conſtituas velim conditiones. Has jam, reſpondet Mördus, inueni: filia nempè (m) LX. centenis *) dotabitur, ex triente domi tuae adaugendis: ſin haeredes ſuſcipiatis, communia bona aequaliter diuiduntor. Rutus; Has approbo conditiones, inquit, easquè teſtibus adhibitis confirmemus. Dein ſurgunt, & junctis inuicem dextris, Mördus filiam ſuam Ruto ſpondet, (n) p. 4. conuiuiô nuptiali XIV. diebus (o) poſt mediam aeſtatem apud Mördum celebrando. Poſt ex cpmitiis vtrique domum equitârunt. Atquè fratribus ad occidentem *Hallbiörnis* (p) *metas* praetereuntibus, obuiam vehebatur Thioſtolfus

(e) hída.] M. umhuxa, de eo cogitare.

(f) haſa.] C. eiga.

(g) Kamnes.] R. Kambs nes allt, totum (fundum) Kambsneſum. C. I. N. Kambnes. H. Kamsnes.

(h) oc kaupſtip.] B. R. H. I. haun á oc kaupſtip, poſſidet etiam.

(i) ſiglſugum.] C. faurum.

(k) miok haſa fram hallbit.] R. meirr h. fr. h. enn eſni munu til vera, magis commendatum eſſe, quam forte pro re.

(l) at per gerit.] R. heyra, audire.

(m) Lx.] B. H. LXXX. *quod, triente addito, non conuenis cum* XC. *quam ſummam repetere Mördum a Ruto infra conſtat* Cap. VIII. *vid. not.* b. *ibid.*

*) *Vtrum hic ſubaudiatur* ulnis, *an* unciis, *non definiam, poſterius tamen malim, quamquam longè majus. ratio nempe ulnarum,* 4 *Obol. Dan. aequantium,* 262½ *imperiales; unciarum verò, quarum ſolæ* 24 *obol. Dan. aequiuales,* 1800 *Impp. efficit. Videſis* Hiſt. Eccl. Iſl. Tom. I. Pag. 62. ſeqq.

(n) bod.] R. brúdlaup, nuptiis — celebrandis.

(o) eptir mitt ſumar at M.] E. ſyrir m. ſ. á Velli, ante m. ae. in (praedio) Velle.

(p) vorðum.] B. H. vorðu, metam.

dido cultum habitu, attente contemplatus, nomen ſuum rogat: (v) quod cum edidiſſet; Homo Islandus es? addit: & illo affirmante (pergit): Quae te res impulit ad nos adire? Rutus reſpondet: Una, quod tuam, Domine, majeſtatem viſere cupiebam: altera, quod magnam hac in terra habeo cauſam haereditariam, (x) in qua vt jus adipiſcar, tua ope opus mihi futurum exiſtimo. Ad quae Rex: cuique homini hac in regione jus ſuum tributum iri pollicitus ſum: tibi vero quid amplius eſt negotii, quamobrem nos conueneris? Rutus: Domine, inquit, rogabo te (y) hoſpitium aulicum, tuusque vt homo fiam. Hic conticeſcente Rege, Gunnhillda ſuſcipit: Videtur mihi hic vir ſummum tibi honorem deferre; ſic enim exiſtimo, ſi multi in ſatellitio tales eſſent, optime id conſtitutum fore. Rex porro: Eſtne ſapientia praeditus? Et illa: cum ſapiens eſt, inquit, tum promptus animo. Intelligo (ait Rex) matrem meam velle, vt, quem ambis honoris titulum, aſſequare: ſed dignitatis noſtrae morisque patrii gratia, (z) dimidii menſis interuallo ad me venies, tumque (a) ſatelles meus fies: interim autem mater victum tibi praebeat, tuque poſtmodum apud me compareto. Ad Ögmundum Gunnhillda fatur: Deducito hos domum meam, lautamque ibi coenam para. Hic (æ) ſimul cum illis egreſſus, in aulam lapideam introduxit eos, ſplendiſſimis ornatam tapetibus. Erat & ibi ſolium Gunnhilldae. Tum Ögmundus: Iam, inquit, comprobabitur, quod ego tibi de Gunnhillda retuli: en

ſolium

(v) hann uæfuit ſíf.] E. ſeg értu &c. dic, an h. l. es?

(x) of man uſque ad eda omitt. E.

(y) hirdviſtar.] C. herviſtar, hoſp. hic, apud te.

(z) hálfsmanadar.] R. vii. nátta, ſeptem noctium (ſeptidui).

(a) hirdmadr.] R. handgenginn madr minn. (mox ſolus G.) halldit þer ydr Koſt þ. t. meo miniſterio addictus: (ſed) vos interim proprio ſumtu ſuſtentate.

(æ) med.] B. vid, cum.

ſolium ejus: hoc tu occupabis, hanc tibi ſedem, quanquam adſuerit ipſa, tenere licet. Poſtea dapes iis antepoſuit, nec diu decubuerant, cum interuenit Gunnhillda: (b) Ruto, ad ſalutationis officium ſurgere feſtinanti, Sede inquit, hancque ſellam, (c) quotiescunque meo conuiuio intereris, obtineto. Dein apud eum conſedit, unàque potauerunt. Sera autem hora: Tu mecum, inquit, in cubiculo ſuperiori hac nocte quieſces, nosque ambo una. Et ille: hoc in tua manu ſit. Poſt ad quietem ibant, & obſerata intus janua, per noctem p. 7. dormiere. mane vero redibant ad pocula: ſicque per totum dimidii menſis ſpatium in (dicta) contignatione duo ſoli acquieſcebant. Interim Gunnhillda (d) familiae dixit: si cui meum & Ruti commercium aperitis, nullam poenam luetis praeterquam capitalem. Ei Rutus C. vlnas (e) panni vulgaris, & (f) XII. togas promercales muneri dedit, quo de dono Regina perſoluit gratias: ac diſcedentem, poſtquam, exoſculatus illam, viciſſim illi (g) gratias egerat, fauſtis proſecuta eſt ominibus. Atque poſtero die triginta ſtipatus viris in conſpectum Regis adiit, eumque ſalutauit. Rex inſit: Nunc tu, Rute, vis credo, promiſſa tibi vt ſoluam: (Rutusque) (h) mox in ſatellitium adoptatus, Quamnam, inquit, ſeſſionem obtinebo? Cui Rex: Hoc penes matrem meam eſto. Quae

(b) Ante Rútr add. R. þá mællti Augmundr. þer fer drottníng nú til yckar, tunc Ögmundus ait: nunc regina huc ad vos adeſt.

(c) þá er þú.] E. þatu, id.

(d) vid — voru, omitt. N. ſed legit: þer ſkulut ſugum ſlytia hagi vora. en ef nockr ſegir þar í frá ſkal hann ſugvo ſ. &c. vos nemini deferte noſtrum vivendi genus: ſiquis autem indicabit illud, nullam &c.

(e) vadmála.] B. E. H. vadar. R. vada. caeteri codd. vadmáls.

(f) xii.] B. I. & H. in marg. xx.

(g) poſt henni add. R. ſína góðgiarníngu, ſuis de beneficiis.

(h) ſídan — ſitia?] R. gerdi Konúngr þá Rút hirdmann ſinn. R. m. hvar viſi þer mer til ſætis? tum Rex Rutum fecit ſatellitem ſuum. R. quaerit: quam mihi ſedem deſignas?

mox (i) honestissimam ei sedem assignauit: illeque cum Rege hanc (k) in magnis honoribus exegit hyemem.

Cap. IV.

(l) De nauali expeditione Ruti.

Subsecuto vere, Sotium in Daniam, austrum versus, cum re haereditaria profectum accipiens, Gunnhilldam adiit, deque abitu ejus fecit certiorem. Tum ea: Duas, inquit, naues longas tibi suppeditabo, instructas (m) nautis, & in his fortissimo viro Ulfo *Illoto*, (n) *hospitum* apud nos praefecto: ante discessum tamen Regem ito conuentum. Rutus (reginae) dicto audiens, ut ad Regem venit, ei de Sotii profectione, seque (o) persequi eum statuisse, narrat. Rex quaerit: Quid praesidii mater mea (p) tibi attribuit? Duas naues longas, inquit, harumque ducem Ulfum *Illotum*. Ad quae Rex: Bene id comparatum, jam & ego tibi duas alias donabo: (q) tantis vtique tibi vsus erit copiis. Mox Rutum ad naues prosecutus, prosperum ei sociisque iter apprecabatur. Dein Rutus (r) classe sua in austrum nauigauit.

CAP.

(i) hit ſ. ſæti.] B. R. enn ſæmiligſta ſeſs.

(k) vel metiun, omittunt iid.

(l) um ſigling Hr.] B. frá Núti ok Gunnhilldi, de Ruto & Gunnhillda.

(m) Ante nauium, add. E & R. af, ab.

(n) geſta hoſdingia.] B. geſtamann. ſed R. varu omittunt. *Cætera* Specul. Reg. pag. 257. ſeqq. *docet* geſti ſ. hoſpites *inde ſic dictos, quod paſſim, ingratiis multorum, hoſpitari ſolerent: ſtipendiarios ex dimidia fuiſſe, nummique illorum per totum regnum ſpeculari, hoſtes inteſtinos perſequi & occidere: quorum ſublatorum bona mobilia, præter aurum, ceſſiſſe illis præmia. Omnes excubias, niſi prætorianas, habuiſſe. Ad menſam regiam nunquam admiſſos, niſi feſto Chr. Natalitio, & Paſchali. Quodſi pugna ſingulari forent interfecti, caedem eorum pari multa ac ſubditorum & ſatellitum ſimul regiorum, expiatam.*

(o) hallda.] E. ſækia.

(p) tillagit med þer.] E. t. vid þig. || C. R. þer fengit, t. praebuit.

(q) lidz allz.] R. allz vid Sota, — contra Sotium.

(r) lidi ſinu ſudr.] C. med landi ſudr, ſecundum litora austrum versus. || R. í brótt med lidi ſino, de portu classe ſua.

CAP. V.

Caedes Atlii Arnvidi filii. p. 8.

Atlius nomen erat viro, Arnuidi Comitis filio ab Gothia (s) Orientali: (t) qui, poſtquam parens tributa, Haconi Adalſteinis *alumno* debita, detinuiſſet, vna cum illo ex Iamtia (u) in Gothiam profugerat. Poſtea claſſem, ex *Lacu* deductam, per fretum Stokkicum (Holmianum) & hinc, meridiem verſus, in Daniam direxit, inque (v) ſinu Codano (dum haec geruntur) excubat: tam a Daniae, quam Sveciae Rege (x) proſcriptus. Rutus (y) fretum Öreſundicum, auſtrum verſus, petiit: quo delatus, frequentes in ſinu naues animaduertit. Tunc Ulfus: Quid, homo Iſlande, conſilii capiendum? Cui Rutus: Pergendum iter eſt, inquit, nihil enim re intentata proficitur: nauis mea & Özuris prima ito, tuam vero, vti tibi lubet, promoue. Ulfus regerit: Ego vero aliis hominibus, (z) clypei loco, me raro praemuniui; ſuamque nauim pari paſſu cum Rutiana propulit. (a) ita protenus in fretum contendêre. Tum,

(s) æyſtra.] R. veſtra, occidentali.

(t) Ante hann. h. R. addunt: hann, var hermadr mikill ok lá úti í leginom. (mox iid. R. B. C. E. add:) hann hafdi viii. (vi. B.) ſkip. Fadir hans hafdi hafldit :c. ille inſignis erat bellator (pirata) & in Lacu (Melero) excubabat, claſſe VIII. (VI.) nauium inſtructus. Pater ejus &c.

(u) til Gautlandz omittit E.

(v) úti í Eyrarſ.] C. nú jafnan í Eyrarſundi ok herjar hædi í Noreg og Svíþióð. Rutr it. in freto Öreſundico hoc temporis plerumque excubat, Norwegiamque & Sueciam praedationibus infeſtat.

(x) Poſt Svía Konungs R. add. af ránom ok manndrápom er hann hafdi giort í hvaratveggia ríkinu, de praedationibus & homicidiis utroque in regno factis.

(y) Eyra ſundz.] B. Eya ſundz.

(z) ſkildi.] B. H. hlíſi ſkiolldum, ut clypeis tutelaribus. || L. hallda ſkildi f. m. qui me clypeo protegerent, uſus ſum.

(a) hallda ſva fram í ſundit.] E. fóro fram eptir vikinni.

qui in freto conſtituti, naues in ſe ferri animaduertentes, rem Atlio indicant. Is reſponder: (a) datur adeo parandae rei occaſio. Mox omnibus per ſingulas naues diſpoſitis; Mea nauis, inquit, conſtituatur in media claſſe. Nauibus dein procurrentibus, vt primum copia fuit inter ſe compellandi, Atlius ſurgens ita loquitur: Vos temere tenditis, nauesne in freto militares vidiſtis? quidnam autem Duci veſtro nomen? (b) Ruto indicante, idem porro: cujus homo es? quaerit. Haralldi Regis Grafelldi ſatelles. Hic Atlius: (c) Ego paterque, inquit, diu minus chari fuimus veſtris Noruegiae regibus. & Rutus: ſcilicet cum tuo malo. Atlius contra: Ita congreſſus noſter incidit, vt (d) euentum ejus narrandi tibi non futura ſit poteſtas: mox haſtam arripit & in Ruti nauem contorquet, eo, quem ictus tetigit, neci dato. Dein praelium inuicem conſeri coeptum. nauis Ruti hoſtibus diu inexpugnabilis. Ulfus promte progrediens (e) modo caeſim, modo punctim pugnabat. Atlii proreta, cui Aſolfus nomen, in nauem Ruti irrumpens, IV. hominibus necem intulerat, prius quam hic animaduerteret. Tum vero Rutus aduerſus eum ſe vertit: qui cum congrederentur, Aſolfus haſta in ſcutum ejus impulſa, id transfodit: Rutus viciſſim feriens, lethalem ictum homini

---

(a) Þá geſt — ſkipin.] Reg: Þá geſt vel. oſ reli meun af ſer tiſſdin. oſ búiz vid ſem hvatligaſt á hverio ſkipi. Skip mitt — ſlota. ſiðan gerdv (greiddo G.) Þeir róðr á ſkipunum. oſ Þegar ꝛc. ergo bona datur occaſio: nautae igitur tentoria nauibus detrahant, ſeque quam ociſſime praeparent, in ſua quisque naui; mea nauis — claſſe. Mox remigio naues promouent (incitant) & ubi copia &c.

(b) Rútr ſ. til ſín.] R. Rútr heiti ek. ſagði hann, Rutus mihi nomen eſt, inquit.

(c) fedgar.] K. I. K. L. M. N. frændur, ego cognatique mei.

(d) ſkallt eigi kunna] E. ſk. undanláta oſ eigi k., cedas neceſſe ſit, neque poteſtas futura &c.

(e) ymiſt hió] B. ymiz er hann hió ꝛc. alternatim (fecit) ut gladio caederet aut jacularetur. || hio.] R. ſkant e. i. nunc ſagittis, nunc haſtis p.

homini impegit. Quo viſo, Ulfus *Illotus* Ruto ſic ait: Et ſtrenue caedis hodie, Rute, & multum etiam (f) debes Gunnhilldae. Auguror, inquit Rutus, haec te ſubito moriturum loqui. Interim Atlius, Ulfum (aliqua corporis parte) patentem ad ictum conſpicatus, intorta haſta eum perfodit. Iamque praelio ingraueſcente, in nauim Ruti irruens, violenter graſſatur. (g) in eum Ozur gradum confert & punctim appetit, ſed ipſe reſupinus cadit, ab alio homine percuſſus. Tum Rutus gradum in Atlium vertit: qui, quum Ruti clypeum percutiendo ad imum uſque diſcidiſſet, manu ictum lapidis accepit, ita vt gladius defflueret: quo Rutus apprehenſo, pedem ei amputat, mox infligit vulnus mortiferum. Heic magna potiti praeda, (h) duas nauium optimas ſecum abduxere, paruumque diu ibidem morabantur. (i) Sotius (interim) Ruto non obuiam factus, & in Noruegiam renauigans, ad (k) *Latus* Limgardenſe deuenit, ibique exſcenſionem faciens, in Ögmundum Gunnhilldae pediſſequum incidit: qui, homine ſtatim recognito, interrogauit eum, quamdiu eſſet illic moraturus. Per trinoctium, ait Sotius. & Ögmundus: quo porro cogitas? Occidentem verſus (l) in Angliam, reſpondit; in Noruegiam, quoad (m) ibidem (n) Gunnhillda cum imperio fuerit, nunquam rediturus. Ab eo

p. 9.

(f) launa.] R. giallda.

(g) oſ nú ſnyr í m. h. Avzurr. ꝛc.] R. Rútr ſneri í móti Atla oſ - aptr. í þeſſi ſvipan lagdi miðr til Rútz. han ſpratt upp ſkiótt oſ ſneri at Atla, Rutus conuertit ſe ad Atlium & - reſup. cadit, quo momento ab alio homine perc. Rutus, celeriter reſurrexit, ſeque denno vertit ad Atlium. || C. I. K. L. M. N. oſ ſnyr á móti auzuri ꝛc. & gradum confert in Özurem (ſc. Atlius.)

(h) tvau deeſt in I. K. L. M. N.

(i) þeir.] Iid. þviat þeir ꝛc. nam Sotius &c.

(k) Limgardsſidu.] C. Limagardsſidu. R. Lúngarzſidu. K. L. Lungardsſidu.

(l) til Englandz.] M. um Englandshaf, per mare Anglicum.

(m) Gunnhilldar.] R. Haralldz, Haralldus.

(n) er í Noregi.] I. K. L. M. N. er her í & hic.

eo diſcedens Ögmundus Gunnhilldam adiit; ea quippe haud procul ab eo loco cum Gudraudo filio una in conuiuio intererat: (o) Sotii propoſitum reginae indicauit: quem e medio tollere Gudraudum (p) juſſit mater. Hic mature profectus necopinanti Sotio ſuperuenit, quem in terram educendum (q) ibique ſuſpendendum curat; facultates vero ejus captas matri adfert. quas omnes qui (r) tranſportarent (s) Kongahellam, (regina) delegauit, eoque poſt ipſa rediit. Hoc autumno reuerſus (t) Rutus, (u) incredibilem praedae vim reportans, confeſtim adiit ad Regem: a quo liberaliter exceptus, ei matrique ultro obtulit, vt, quantum (praedae) vellent, acciperent: rex vero trientem inde ſumſit. Gunnhillda certiorem fecit Rutum, ſe recuperaſſe haereditatem, ac Sotium curâſſe interficiendum: de quo ille gratiam reginae retulit, dimidium (v) totius largiendo.

Cap. VI.

(x) Nauigatio Ruti in Islandiam.

Rutus hiemem apud Regem, ſatis honorifice habitus, tranſegit. Cum autem vernaret, aliquanto triſtior exſtitit. Eo comperto, Gunnhillda ſola ſoli locuta eſt: Aegrone animo es? (y) Cui Rutus: Vere hoc (mihi euenit, quod) vulgo prae-

(o) fyrirætlan G.] B. E. R. H. K. L. frá ætlan, de cogitato S.

(p) Poſt Gudraud add. R. ſon ſinn ſara ok t. ſublatum ire G. filium ſuum.

(q) feſta þar upp.] R. hengia þar. E. ok feſta þar upp omitt.

(r) menn.] R. Chh. mann q. transportaret.

(s) til Kongah.] R. auſtr t. K. orientem verſus.

(t) Poſt aptr add. E. til Noregs, in Norueglam.

(u) of fiár.] R. ſe miſit, magnam.

(v) allt omittit E.

(x) útfigling Hr.] B. Frá álavgum Gunnhilldar vid Rút, de imprecatione Gunnhilldae in Rutum.

(y) R. ſegir.] E. R. ſ. hon. ok mun vera ſem ꝛc. Rute, inquit illa; imo puto hic euenire, quod.

praedicatur: *Infelix eſt, quem* (z) *infelix terra genuit.* G. Num in Islandiam cupis? R. Cupio ſane. G. Ecquam illic vxorem habes? R. Haudquaquam. G. Id tamen pro certo habeo. Finito poſtea (a) colloquio, Rutus ad Regem acceſſit, eumque ſalutauit. Rex fatur: Quid nunc vis, Rute? Rogare, Domine, (reſpondet) vt (æ) veniam mihi des in Islandiam reuertendi. Rex iterum: An major illic erit honor tuus? Minime, ait Rutus, ſed *quod in fatis eſt, cuique exſequendum eſt.* Ad quae Gunnhillda: Hic cum robuſtiore funis ductandus (fortiori conflictandum) eſt, inquit, quare (b) permittes, vt, quo ipſi maxime conducit, eat. Ea tempeſtate regionem vexauit (c) annona grauior: tamen ei (d) Gunnhillda farinam, quantum (e) voluit, dabat. Dein Rutus & (f) cum eo Ôzur in Islandiam parant ire: cumque prorſus inſtructi eſſent, Regem & Gunnhilldam Rutus it conuentum. Quem ea ſeductum in ſecretum ita eſt allocuta: Ecce hic armillam auream, quam tibi donabo: eamque brachio ejus adhibet. Rutus vero: Abs te cumpluria, inquit, eximia dona accepi. Regina manibus amplexa collum ejus, atque deoſculata, prorupit haec in verba: Si tanta P. 10.

(z) aulandi.] B. C. D. E. R. I. M. á ólandi (vlandi.) *quod in verſione expreſſi. ſi vero admittatur* *) aulandi, *quod* incurioſe ac temere vagantem & agentem *denotat, ſenſus erit*: qui ad vagationes natus eſt. *at hoc in Rutum minus quadrat.* ||. H. K. L. N. á ólund. H• in marg. á ólyndi, cum aegritudine animi. *hinc*: miſer eſt, qui miſer animi natus eſt. *) aulandi *idem puto quod* á úlandi; *nam ſaepius in Membranis conjunguntur, quae diuiſim legenda ſunt.*

(a) málinu.] B. C. E. R. Chb. talinu.

(æ) at þer — fara.] Chb. tantum, at fara, proficiſci (rogo), *eleganter, & ut Virg. Eclog.* II. v. 43. — *a me illos abducere Theſtylis orat.*

(b) leyfi þer — betz.] R. gefi þer honom gott orlof at hann fari ſem h. líkar. betz, bonam ei veniam dabis, quo — placet, eundi.

(c) ært.] K. L. M. N. ert.

(d) Gunnhilldr.] R. Konúngr, rex.

(e) villdi hafa.] E. þurfti, opus habebat.

(f) med.] B. vid.

mihi in te, quantam vocor, potestas est, hoc tibi fatum constituo, vt cum vxore, quam tibi in Islandia destinasti, (g) nullam possis lubidinem exsequi: cum (h) aliis tamen foeminis tuam tibi liceat voluntatem patrare: hic neuter nostrum bene consuluit: tu mihi (i) rem illam non credidisti. Rutus, haec exipiens risu, digreditur: post ad Regem adit, eique gratias persoluit (k): Rex Rutum benigne alloquens, faustum iter ei apprecatur. Conscendit mox nauim, secundaque vsus tempestate in sinu Borgensi portum tenuit. Naue ad terram destinata, domum in occidentem equo vehitur, Ozure nauim exonerandam curante. Höskulldstados perueniens Rutus, ab Höskulldo liberaliter excipitur, eumque suis de itineribus edocet. Postea (l) trans amnes orientales nuntios ad Mördum Gigiam mandant, vti nuptias exornaret: ipsi vero fratres ad nauim commeant. Tum & Höskulldus Rutum de re sua pecuniaria docuit, quae, dum abfuisset, multum (m) accreuerat. Hic Rutus: (n) Merces, inquit, quam par esset, forte parcior erit, farinam vero tibi, quanta per hanc hiemem familiae tuae vsus fuerit, sufficiam. Postquam, naui subducta & (in naustubulum) condita, merces cunctas in Valles occidentales, deuexissent: Rutus ad (o) sex vsque

(g) ongri.] B. allri, nunquam. || E. engan likams munud dreygia. R. avngan likams losta fremia. N. aungvum munum framk. id. *Sed nota* munadr, *masc. gen. quod rarum.*

(h) Post vid addit E. allar, omnibus.

(i) málsins.] R. fullz, non satis cr.

(k) Post þakkar honum R. add. hversu hsfdingliga han hafdi alla hluti til hans giort. Konúngr (bad Rút vel fara ok) kalladi Rút vera hinn rauskuasta mann ok vel kunna ad vera med tignum mönnum, pro singulari ejus liberalitate, in se omni modo collata. Rex (Ruto prosperum iter apprecatus) eum fortissimum virum praedicauit, adprimeque gnarum cum illustribus viris conuersandi.

(l) um ár.] R. á Rángárvollu, in Rangarvallos. E. um ár omitt.

(m) ágrædz.] R. á allaz sidan Rút för í brott, adaucta fuit, ex quo abierat.

(n) mvun v. lavnin en vert væri.] R. mun ombun v. brodir (mi frater) en skylldi.

(o) vi.] B. I. siogurra, quatuor. E. átta, octo.

vſque hebdomadas (ante hyemis initia) domi commoratus, iter in Orientem, cum fratre atque Ozure vna, parauit, hique (p) LX. comitibus ſtipati, in Rangarvallos vſque, equites pervenerunt. Aderat frequens conuiuarum nume- p. 11.
rus: ſedilia viri, foeminae vero tabulatum occuparunt: ſponſa paullo triſtior apparebat: compotatur, honeſteque agitur conuiuium. Dotem filiae annumerauit Mördus, qua illi (vir & comites) in occidentem comitati, vna, donec domum veniſſent, perrexerunt. Heic Rutus vxori plenam (q) intraſſimen poteſtatem dedit; in qua gerenda ſeſe cunctis probauerat. Societas autem conjugum friguſculo non caruit, idque ſic ad ver uſque durabat. Cumque vernaret, (r) iter Ruto in tractum Veſtfiordenſem erat faciendum, ad exigenda (s) mercium (creditarum) nomina: verum antequam iret, ſic eum vxor compellauit: (t) An prius eò rediturus, quam ad comitia ibitur. Rutus: Quid tua? inquit. Et illa: Volo ad comitia proficiſci, patremque meum conuenire. Fiat, ait vir, & ego tecum adibo comitia. Uxor: Placet id etiam. Poſt domo ad *finus occiduos* profectus, omnem (foenore) collocauit pecuniam, ſeque mox domum retulit. Redux ab occidente, iter ad comitia vniverſ: parat, omnibusque vicinis adſcitis comitibus, Höſkulldo etiam fratre profecturo, ſic affatus vxorem eſt: Si tantundem tu ad comitia ire cupis, quantum oſtentaſti, jam accingere & mecum eo proficiſcere. Confeſtim illa ſe parat; moxque una cum illis ad Comitia iter facit. Unna tabernaculum patris adit: quam is comiter accepit, animique haud mediocri laborantem aegritudine ſentiens, ita eſt ad-

(p) Lx.] B. iv. tígi, quadraginto. || E. nær, pro vid, ferme.

(q) fyrir innan ſtokk.] E. f. innan ſtogs.

(r) fayr — fyrir varníng ſinn.] I. K. L. M. N. ſe at heimta í (á) Veſtfiordum, pecuniam exigendam R. habuit in regione Veſtfiördenſi.

(s) varníng.] B. varnad.

(t) hvart ætlar — þíngs.] I. K. L. N. ſkaltu lengi í burtu vera? quamdiu abfuturus es?

locutus: Vidi te hilariori fronte, ſed quid animum tuum verſat? Ea in lacrymas ſoluta nullum dedit reſponſum. Tunc Mördus: Quo tu, inquit ei, veniſti ad comitiatum, ſi arcana tua mihi committere non vis? annon ſatis tibi placet in occidente (viuere)? Filia regerit: (u) omnes facultates in hoc impenderem meas, ut eo veniſſem nunquam. Mördus, ſe rem breui cogniturum, ait, quique Höſkulldum ac Rutum accirent, miſit. Ibant hi protinus, &, vbi venerunt ad Mördum, aſurrexit hic, eosque comiter excipiens, jubet conſidere. Sermone diu atque concorditer habito, ab (v) Höſkulldo Mördus quaerit: Qui filiae meae veſter ille occidens tam male diſplicet? Cui Rutus: Indicet, inquit, ſiquid habet, cuius me inſimulet. Verum is nullius rei conuictus, a vicinis ſuis atque domeſticis, quomodo habeat vxorem, (x) diſquiri facit. Hi bonum Ruto teſtimonium perhibuere, ſubjicientes, ſolam pro libito, quaecunque vellet, domi poſſe. Hinc Mordus: Tu domum reuertitor, inquit (filiae), tuique ſorti acquieſces: viro enim, quam tibi, omnia teſtimonia ſunt fauorabiliora.
p. 12. Poſt Rutus cum vxore diſcedens a comitiis, domum petiit Aeſtate bona quidem eorum conſuetudo fuit; ſed ineunte (y) vere, priſtinam in difficultatem relapſa, quo plus excurrebat temporis, eo magis in pejus inclinauit. Tunc ad *ſinus Occidentales* profectione inſtituenda, ſignificauit Rutus, ad comitia vniuerſ. ſe non profecturum: quod Unna conjuge in medio relinquente; iter in tractum Veſtfiordenſem ingreſſus eſt.

CAP.

(u) alla eigv.] E. alegu, *contracte.*

(v) Hauſkulldar.] R. Rúti, Rutum.

(x) eptir ſpvria.] C. ſækia, quaeri a. *raro ſenſu.*

(y) varadi.] E. R. H. vetradi, hyeme.

Cap. VII.

Diuortium Unnae cum Ruto.

Exierat jam ad comitia tempus, cum Unna, Sigmundum Ozuris filium compellans, quaerit, ſi ad comitia ſecum vellet equitare? quo ſe non profecturum (z) dicente, ſi Ruto agnato ſuo diſpliceret; Eo te appellaui, inquit, quia (a) te (æ) maxime omnium ſum demerita. Ille reſpondet: Ea ſub conditione hoc tibi dabo, vt mecum in Occidentem reuertare, nec ulla Ruto mihiue ſubdola conſilia mediteris. Hoc ſpoſpondit mulier: & mox ad comitia profecti ſunt. In his Mördus pater aderat, filiamque prolixe complexus, in ſuo tabernaculo, dum haberentur comitia, diuerſari juſſit: quod & ea fecit. Hic Mördus: Quid, inquit, de ſocio tuo Ruto mihi narras? Illa (c) carmen pronuntiauit.

(d) Hunc nae laude fero virum ferocem,
Qui ſuetus jaculis acuminandis,

(z) kvedz.] kalladiz R. *plerumque.*

(a) at þer hellz.] R. á þer hellzt vallð, in te — poteſtatem habeo.

(æ) hellz.] B. hezt, (de te) optime ſum promerita.

(b) vndirmál.] B. I. undanbragð, fraudulenta diuerticula.

(c) quad vísu.] R. omiſſo carmine: ſegir. gott eina má ek frá honom ſegia þat er honom er ſiálfrádt, reſpondit: nihil aliud quam bonum de illo praedicare poſſum, quantum in ſua poteſtate ſitum eſt.

(d) *Propter tranſpoſitionem vocabulorum ac multitudinem lectionum diuerſarum, quamquam non in omnibus, in plerisque tamen carminibus, non ab re fuerit, verba carminum in ordinem proſaicum redigere, huic variantes lectiones, his denique, ubi opus, adnotatiunculas ſubjungere. Itaque talis in hoc carmine verborum ordo:*

Víſi ſegi ek gott frá þeſſum geyſtum 1) geirhveſſanda. þat er ſilfra ſundrhreyti 2) er fyndit 3) ſiálfrádligt. verð ek við ſpotti (at) ſegia α) mart eda þegia. þvíat β) álmr eggþíngs er vrdinn fyrir giorníngvm. ſatt er γ) at 4) ek ſeg.

1) B. E. geirhverſanda. 2) I. K. L. N. ek, *pro* hef, *quod corruptum ex* heſi, *Verb.*

Ob res, quas facere esse differenti
Argentum satis integrum repertum est.
Cogor, vir quia tactus est, peritus
Ferri ad jurgia, fascinatione,
(Verum praedico) sit licet pudori,
Dictis pandere multa, vel silere.

Ad quae Mördus, tacito dolore attactus: (e) Iam ea res, inquit, mea gnata, mentem tuam premit, vt praeter me neminem velis conscium, mihi potissimum
p. 13. confisa, puto, (f) de re tua expedienda. Tum secedunt collocutum, vnde nemo sermonem exciperet; tumque Mördus ad filiam: Nunc mihi rem omnem aperi, quae (g) inter vos intercedit, nec sine magnitudinem rei horrorem tibi incutere. Illa: Sic fiat, necessum puto, inquit, (h) & carmen profert.

Sane

Verb. auxil. hinc: ef fundit, comperi. 3) E. skapráðligt, in ipsius arbitrio situm. *parum suauiter, quod ad metrum.* 4) B. seeg (*non* seg ek, *quod tamen rectius putarim*) & N. sic *legunt. unde sensus*: vere ego contumeliam prouideo s. caueo. || segg *pro* seg H. I. K. L. M.

α) mart ɔ: *plura quam vellem & pudor meus permittit. Et mire quidem ac verecunde dicit* mart, *cum tamen vnam rem intelligat.* β) álmr, ulmus; *hic*, expertor. *nam* reinir s. reynir, sorbum, & virum experientem; vidr, lignum, & *etiam (quia scribi potest* vinur, a vinn operor) facientem quid *significat.* þing, conuentus, it. locus judicialis *(ubi litigatur.)* γ) at *pro* þat, quod, *per Aphaeresin; quemadmodum* er tibi, vos, *pro* þer, & it vos, *pro* þit: *vel, si mauis*, at *pro Relat.* sem v. er, quod, *quomodo passim inueniuntur posstum.*

(e) þat.] R. þuat, quae res —? cujus.

(f) R. til órráda.] B. til orda, hoc arcanum committi posse.

(g) er — ykkar.] B. C. I. K. L. M. N. yckr ber á milli, quae dissidii vestri causa est.

(h) Regii, omissis carminibus, ita: ek villda segia skilit vid Rút. ok má ek þer segia (þat) hueria sauk ek má helldr gefa honom. han má ekki hiúskaparfar eiga vid mik sva at ek mega nióta hans. en han er at annari náttúro sinni sem hinir vauskuztu menn. hversu má þat vera — giorr. því segir hon at þegar han

kemr

(i) Sanè, vir decus annulûm [aureorum]
Vibrans, quam tumidum eſt Ruti venenis
Corpus, quum ſibi linteô cubili
Indulgere animoſus ille amorum
Quaerit delicias; & ipſa quaero
Hoc cum teligero voluptuoſum
Conſuetudinis inuenire noſtrae
Fructum: *res ita*, peltifer ſenex, *eſt*.

Et

---

kemr vid mik. þá verdr ſá limr hans ſem karlmenn gera börn med ſva mikill. at þat er engi ván at han megi uskkora þá hluti eiga vid mik. ſem til líkams loſta heyra. høfom vid ok bedi um alla hluti ſva til hagat at vid ſkylldim niótaz mega. ok þó verdr þat ekki. en at ollom lutom audrom þá er han med fullri náttúru. Mørdr mællti ꝛc. vellem cum Ruto diuortium facere, & habeo quidem tibi dicere, quam rem potiſſimum ei dare crimini poſſim: nullam (nempe) conſuetudinem maritalem habere mecum poteſt, vt mihi fructum ex conſortio illius capere liceat: caeteris autem naturae dotibus eſt, quemadmodum fortiſſimi viri. Qui id — planius. quia, inquit illa, cum attingit me, illud ejus membrum, quo viri liberos procreant, tam grande exiſtit, nulla vt ſpes reliqua ſit, eum quidquam rei habere mecum poſſe, quae ad lubidinem pertinet corporalem. nos etiam ambo conjuges omnia ad id accommodauimus, vti fructum capere poſſemus mutui complexus; neque tamen contingit, in omnibus vero aliis rebus integra praeditus eſt natura.

(i) Ordo verborum in carmine hic eſt: Hringa hriſtir, viſt hefir Hrútr 1) eitrs þrútinn líkama, þá er 2) lundygr leitar (at) drygia línbeds munud. Leita er þá med *) yti 3) vndlinna (at) 4) finna yndi vanda okkars, 5) alldrdr ſkialldar bodi.

1) eitrs omittit C. ſed N. legit ítr, praeſtans, *quod ad Vocativum referendum*. 2) E. línbeds lautar lundr hygr munud dreygia, (quum) in lecti deuexitate vir intendit libidinem ſuam patrare. hyg pro hygg, cogito. lundr, lucus, *dimidia viri appellatio*. || K. lundyggur, ſuſpecti animi. 3) B. vnnlinna, id. 4) Chh. finnum, vt inueniamus. 5) E. alldrædr, D. alldredr. || C. alld vedr. I. K. L. M. alldvedr, ſenex Mörde. *nam* Mørdr arietem *ſignificat &* vedr aries *eſt*.

*) ytir, qui quid vlterius molitur, *ab* út extrorſum. undlinni, vulnificus ſerpens *v.* telum.

Et mox alterum addidit.

(k) Aſt illud ſcio, diſſipator ignis
Dextrae, quod manuum niuis gelatae
Confector ſit idoneus peraeque vt
Alî quilibet arcuum periti.
Vellem conjugiale foedus, vndâ
[Salſa] nantis equi ſcio magiſtro
Huic (tu verba vide meosque mores,
Infector jaculi) renuntiare.

Qui ſic fieri poteſt? ait Mördus; age dic planius. Filia reſpondet: Corpus viri, quando me attingit, adeo magnum eſt, vt lubidine mecum vti nullus poſſit, tamerſi nos vterque id omni ſtudio agimus, vti mutua fruamur conſuetudine; atqui non contingit: ſed tamen prius quam diſjungimur, ſemet integra humanitate (virilitate) praeditum oſtendit. Mördus: Bene feciſti, inquit, mihi quod rem enarraſti: ego conſilium impertiar, tibi ſane profuturum, ſi recte ſcias vti, neque inde vſpiam diſcedas. Iam ergo primum a comitiis domum

(k) Ordo verborum in hoc carmine talis: þó veit ek hitt, handfvrs 1) hreytir, at α) iskvls ſpannar meidr er iafnt ſem adrir nytir boga ytendr. Ek villda ſegia ſtilit vid þenna 2) avlldv jókennanda. β) riódr 3) vndleggs, 4) lítt þú 5) ord ok 6) idir.

1) N. hreyti. 2) E. aullu. 3) C. I. K. L. M. N. indleiks, *quod pro* yndleiks, ludi jucundi, *accipio*. 4) B. E. líttu. Caeteri: lít þú, *utrumque rectius quam* lítt þú. 5) ord *excidit in* E. 6) C. M. ydir. I. K. L. eydir, imminutio.

α) iskull ſpannar, glacies ſpithamae ɔ: argenti: meidr, *tam* arborem *denotat, quam* eum, qui laedit & contundit. *ceterum* ſpann *pro* hönd, *per Metonymiam Effecti.* β) undleggr, vulnificus ramus ɔ: ferrum, *quod pugnator, ſicut arbor brachia, promittit. Quod ſi lectio diuerſa* eydir indleiks *admittatur,* riódr *Adjectiue capiendum eſt:* faciem rubicunde! attende mea verba & ludi jucundi detrimentum.

domum equitabis, viroque tuo, qui tunc iterum redux te comitèr excipiet, blandam te atque obtemperantem exhibeto, neque, quando ita rem arbitrabitur p. 14. bonum in locum perductam, vllas auerſi animi notas (l) oſtendito. At inſtantè vere, te in morbum (m) cadere ſimulabis, teque lecto continebis. Rutus (n) nullas de genere morbi conjecturas faciet, puto, ac nullius te rei arguet; imo te commendabit omnibus quam diligentiſſime curandam. Poſt in Veſtfiordos iter faciet Sigmundo comite, ſuamque pecuniam omnem indidem deuecturus, multum aeſtatis aberit. Comitiis vero frequentandis, omnibus, qui eo ituri ſunt, profectis de (o) *vallibus*; tu (p) cubitu exſurge, (q) ſociosque itineris compella: prorſus autem parata, cubile tuum aggreditor, & tecum una profectionis tuae futuri ſocii: ante (r) thalamum veſtrum teſtibus conuocatis, affirma tete (s) diuortium legitimum cum viro facere, ex jure comitiali ciuilique lege ſtrictiſſimae interpretationis: ſimilem teſtium compellationem pro foribus aedium primariis facias. Dein abequitans, per viam montanam Laxardali vehitor, & inde in Höllrauördenſem; nam Rutafiördum verſus quaereris: ita, donec veneris ad me, pergito. Tum ego cauſae prouidebo, (t) nec inde in manus viri venies vnquam. De comitiis itaque domum petiit: & Rutus, domum quoque redux, benigne comprehendit uxorem: eâque (u) ſermonem

(l) á þer ſyna.] B. R. á þik (þer E. I.) gera.

(m) kaſta.] R. ſlá.

(n) engvm.] R. mørgum getom (E.) umleida um, multas de — faciet, ſed nullius.

(o) davlunum.] B. dalnum, *ſingul.* E. R. Dslum, Dalis.

(p) rekkiu.] E. reykiu.

(q) quedia — med þer.] R. queda menn med þer ok rída á minn fund, comites appella, iterque ad me facies.

(r) hvílv búanda.] R. rekkiu ſtokki bónda.

(s) ſkilit.] B. ſkilt.

(t) ok ſkallt þú alldregi ſídan koma honom.] R. ſva at þú komir aldri þeim, ita ut nunquam (in manus) illorum venias.

(u) máli hans.] H. K. L. móti honom, virum b. excipiente.

ejus benè ſuſcipiente, atque ſubblandiente (v), mutua per ſequentem annum concordia ſucceſſit. Vere autem facto, morbum nacta, lecto recumbebat. Rutus in Veſtfiordos proficiſcitur, antea petens (a domeſticis) vt ſedula aegrotae gereretur cura. Tempore comitiorum interim apperente, (Unna) iter domo apparat, & cuncta, ſicut ſupra memoratum, exſecuta; equo ad comitia peruehitur. Contribules mulierem requirentes non inuenêre. Filiam Mördus benevole exceptam percontatur, quî ſuo vſa conſilio eſſet (x)? Vnde ſe illa quopiam abſceſſiſſe negauit. Poſt (y) *juris dicundi rupem* adit, declaratque ſe cum Ruto facere diuortium. Quae res pro re inaudita vulgo habebatur. (z) Sic Unna cum patre domum redux, nunquam poſt venit in Occidentem.

Cap. VIII.

Mördus de dote appellat Rutum.

Rutus domum reueniens, vxorem demigraſſe obſtupuit: ſedato tamen animo vertentem annum domi manſit, (a) conſulto de cauſa ſua nemine. Proxima poſt aeſtate ad comitia vniuerſ. ſimul cum fratre Höſkulldo, multoque comitatu proficiſcitur. Eo cum veniſſet, an Mördus Gigia in comitiis interſit, requirit, eumque cognoſcit ibidem adeſſe. Et omnes quidem exſpectarunt, eos de cauſa ſua collocuturos; at id non euenit. Quodam die cum fratres aliique in foro praeſentes ad *juris dicundi rupem* irent: Mördus, teſtibus appellatis, reper-

p. 15.

(v) Poſt hiſ add. R. of eptirmál, ad voluntatem loquente.

(x) tóſ hon ſótt.] G. quaſi hon ſiúk, ſe morbo laborare oſtendens.

(y) Logbergiſ.] H. Logrettu, ſenaculum.

(z) Haec ad finem Cap. neſciunt K. L.

(a) redi.] H. I. K. L. M. N. redit, cum nemine d. c. ſ. colloquens.

repetitionem dotis filiae contra Rutum edidit, (b) XC. centenis (vncias) ait soluendas sibi atque exhibendas, multamque (pro detenta dote) sesquilibrae dixit: Causam in eo *quadrantis* judicio, in quod justo jure deducenda erat, judicandam, legitime denuntiauit, cunctis ad juris dicundi rupem (c) exaudientibus. Haec autem cum peroraſſet, Rutus respondet: Hanc tu causam, quae ad filiam tuam attinet, auaritiâ magis atque certandi libidine ductus, quam beneuolentia vel virtute, agis: Cererum ego his aliquid referam; pecunia (d) enim, quam possideo, in manu tua nondum est. Testor igitur omnes ad juris dicundi rupem praesentes, quod ego te ad certamen singulare prouoco, totius dotis (si tu vincaris) periculo: & ego viciſſim tantundem pecuniae depono: vtramque hanc summam, qui nostrum victoriam ab altero reportauerit, obtineto: si vero confligere mecum renuis, omnem commisisse condictionem censeare. Hic Mördus conticescens, amicos de pugna consulebat. cui Iörundus (e) *Pontifex* hoc responsum dedit: Non est tibi opus nostrum super hac re (f) consilium adhibere: haud enim te fallit, & vitam te & pecuniam, si cum Ruto dimicabis, esse (g) perditurum: optima ejus causa est, ipse magnus est vir & virorum strenuissimus. Tunc Mördo se cum Ruto pugnaturum palam diffitente; clamor ingens conuitiumque ad juris dicundi rupem sunt sublato, Mordoque res maximo (h) dedecori vertit. Atque ita de comitiis domos

 discess-

(b) XC.] C. K. L. M. N. Lxx. E. H. tívtígi, ɔ: 100. I. LXXX. *supra scribens* XII. tigi, ɔ: 120. *quod facit cum* B. *qui supra legit* LXXX. *centenas in dotem datas: hic vero idem Cod. mancus est. Caeterum hic notandum, srientem, qui accedere doti debuit, dimidio ipsius sortis aequiualuisse.*

(c) heyranda hlióði.] C. h. hlíði, id.

(d) hvíat.] R. at, cum.

(e) goði.] B. hinn góði, Bonus.

(f) ráð at eiga.] E. ráðgaz R. ráðaz, nos consulere.

(g) láta.] E. missa, amissurum.

(h) svívirðu.] B. C. R. svívirðing E. H. úvirðing.

diſceſſum. Fratrēs Höſkulldus & Rutus occidentem verſus in Reykiadalum equitantes, Lundum diuertêre, quam Thioſtolfus Biörnis *Aurigeri* filius ſedem tunc habebat. Ea dies valde pluuioſa fuerat, & permaduerant viatores Facti ſunt (i) ignes coquinarii, conſedit medius inter Höſkulldum & Rutum herus, pueris duobus, alimentariis Thioſtolfi, in pauimento, vnaque cum his puellâ quadam, ludentibus. Hi perquam (k) loquaces, quippe inſipientes, erant, quorum vnus: Ego, inquit, tibi Mördus ero: vxoremque denuntiabo amittendam, id (l) crimini tibi vertens, quod (m) eam non inieris. Alter ſuſcipit: At ego tibi Rutus: omne te jus repetendae dotis amiſiſſe *) pronuntiabo, niſi mecum ſuſtines decertare. Quae cum aliquoties repetiiſſent, ſolutis
p. 16. magnum in riſum (n) domeſticis, Höſkulldus ira ſuccenſus, alterum, qui ſe Mördum appellauit, baculo pulſat, qui in faciem pueri veniens cutem leuiter vulnerauit: tum Höſkulldus puero dixit: Apage te foras, (o) neque vlla nos affice contumeliâ. Rutus vero: Accede huc ad me: puerumque dicto audientem annulô aureo, ſua de manu detracto, muneratur, adjiciens: concede tu hinc, nec in poſterum affecta quemquam laedere. Digrediens puer: Tuam, inquit, liberalita-

(i) málelldar.] B. E. R. Lángelldar, ſecundum longitudinem domus, *quos calefactorios vocarim. & haec ſane lectio illi praeferenda; nam ſaepiſſime* lángelldar *vocantur ignes, quibus ad calefactionem veteres vtebantur, vix unquam* málelldar, *qui a ſtato, quo fieri ſolebant, tempore ſic dicti ſunt. De utrisque agit* Eyrbyggia-ſaga *in Cap.* de ſpectris Frodaënſibus. || Fragm. membr. b. elldar legit.

(k) málgir.] B. magrir, macri, *omiſſo* þýſat.

(l) foráttu.] E. R. ſaka. || foráttu omitt. Fragm. b. Mox: at þú fáir ekki ſorbit, quod omnino impotens es.

(m) ſorbit.] R. knafat, *cui convenit Dan. vulgatum* kneppe, id. || H. K. L. ſofit vel med henni, non ſolide cum ea cubueris. O. legit hana, id.

*) tel.] Fragm. b. rek, dejicio te de omni juri repetendae dotis.

(n) Poſt hlátr mikill addunt R. ok ſpott, idque cum ludificatione.

(o) augan.] B. C. E. R. ekki, *neutro genere.*

litatem (vt exemplarem) ſemper praedicabo. Ea res bonam Ruto famam peperit. Deinde ad occidentem domum perrexerunt: Atque (ita) confecta (p) lis eſt Rutum inter & Mördum.

CAP. IX.

Hallgerda Thorvalldo deſpondetur.

Hic ab Hallgerda Höſkulldi filia redordiendum. Quae, cum adoleſceret, formâ erat multo venuſtiſſima, ſtatura grandi, eoque *Langbrok* (procera virago) denominata: (q) caeſaries ei pulcherrima, tantaeque magnitudinis, vt ipſam conuelere poſſet: (r) prodigus vero atque ferus animus. Paedagogo *) vtebatur, nomine Thioſtolfo, (s) genere Hebudenſi: (t) qui robuſtus homo armorumque bene gnarus, multos mortales necauerat, nullius vero caedem aere expiauerat. neque idem Hallgerdae ingenium in melius formauiſſe dicitur. Vir quidam nominabatur Thorvalldus, (u) Oſvifi filius, qui in *litore* Medalfelliano ſub (monticulo) Felle habitabat: (v) potens opibus & inſularum (x) earum, quae Biarneyar audiunt, in *Sinu Vaſto* jacentium poſſeſſor: vnde illi piſcium aridorum & farinae copia. Idem erat (z) bene robuſtus;

(p) þrætum.] B. & I. ſupràſcr: þrátti || E. R. H. þætti, narratio de mutuis Ruti & Mördi negotiis clauditur.

(q) var fagrhár.] E. v. fagrhærð. R. Chh. hafði fagurt hár.

(r) avrlynd.] E. lundill, prauus — anim.

(s) Svdræyſkr-at ætt. R. Sudr. at kyni. N. ſuduneſkur, in pago (Islandiae) qui vulgo *Linguae auſtrales*, natus.

(t) hann var — ol.] R. mikill vexti ok ramr ad afli, ſtatura magno, & firmis viribus.

(u) Oſvifsſ.] E. R. Oſvifsſon.

(v) vel avdigr.] B. H. I. vellaudigr, affluens diuitiis.

(x) þær.] M. þrïár, trium.

(y) Biarneyiar.] F. Biarnar eyiar.

(z) vel ſtyrkr.] B. E. R. ſtáñr, ſtrenuus.

*) *vel* ſocio educationis.

buſtus, & vrbanus, ſed nonnihil ingenio praeceps. Quodam tempore Thorvalldus & pater conferebant inuicem, vnde ſibi vxorem eſſet peritурus; & vbi compertum ex illo, quod paucas ſe (a) dignas cenſeret, tunc Oſvifus: Ambis, inquit, Hallgerdam Langbrok filiam Höſkulldi? Illam ambio, reſpondit. Oſvifus contra: At illud conjugium tibi non adeo commodum puto, (nam) ea mulier ferocis animi eſt; tu vero duri atque obſtinati. Et filius: Hoc tamen experiri volo, (æ) neque mihi diſſuaderi poterit. Oſvifus porro: Ipſe potiſſimum periclitaris, inquit. Dein vxoris petendae gratia profecti, Höſkulldſtados venerunt, ibique liberaliter inuitati, Höſkulldo negotium ſig-
p. 17. nificarunt ſuum, & vxorem petere coeperunt. Is reſpondit: Nota eſt mihi (b) ſors veſtra, ſed nullos vobis dolos ſtructurus, filiam fateor eſſe duri animi: (c) formam vero ejus ac morum elegantiam cernere vobis licet ipſis. Ad quae Thorvalldus: Da copiam conditionis (d): nullus enim faciam, per indolem vt ſtet faeminae, quominus eam coëmam. Mox de conditionibus agitur: nec Höſkulldus rem ad filiam referebat, quod eam nuptum dare deſideraret. de omnibus matrimonii pactis cum vtrinque conueniſſet, (e) Thorvalldus ſibi Hallgerdam (f) deſpondit, reque ita confecta domum rediit.

CAP.

(a) ſullhoſta.] R. jafnræði.

(æ) ok mun mik — letia omitt. R. & mox pro þú átt ok meſt í hættu, legunt, þú ábyrgiz meſtu til.

(b) hag ykkarn.] K. L. N. ſe yckar, res pecuniaria ſ. familiaris. || poſt ykkarn add. R. ok þat er gott (vel F.) er, & quibus bonis praediti eſtis.

(c) um yſirlit.] R. áſiónu, faciem. omiſſ. ok kurteiſi.

(d) Poſt koſtinn add. R. ef þer er hugr á, ſi tibi lubet. *mox:* ekki man ek þetta láta ꝛc. non faciam, vti per hanc rem.

(e) Sidan feſti P. Hallgerdi.] R. retti Hauſkulldr fram hendina. en Þorvalldr tók í ok faſtnadi ſer Hallg. Höſk. manum porrexit, eique ſuam junxit Thorv. & Hallg. ſibi ſtipulatus eſt.

(f) feſti.] E. keypti, coëmit.

CAP. X.

De nuptiis Hallgerdae.

Höſkulldo ſponſalia ſignificante Hallgerdae: Ego vero nunc experior, inquit ea, quod diu ſuſpicabar, te non tanta beneuolentiâ complexum eſſe me, quantam ſemper oſtentaſti, quum tibi viſa ſim indigna, quae (g) hac de re appellarer, neque etiam mihi conjugium hoc tam illuſtre videtur, quam promiſeras. adeo comperiebatur omnino, videri faeminam ſibi (h) vitio elocatam. Höſkulldus regerit: At ego tuam (i) inſolentiam non tanti facio, vt conuentis meis obſtet: mea poteſtas, non tua, ſi diſſidemus, valebit. Filia contra: Magna eſt animi tui & propinquorum elatio; quare haud mirum, ſi ego aliquantulum patriſſem. (k) His dictis abiit, & Thioſtolfum paedagogum ſuum conueniens, (l) quod decretum fuerat, expoſuit, dolorem animi praeferens. Thioſtolfus inſit: Fac bono ſis animo: rurſus collocaberis, ac tum quidem rogabere ſententiam: de tuo enim arbitrio (m) vbique faciam, niſi (n) quando res eſt cum patre tuo ac Ruto. nec tum plura illi. Conuiuium Höſkulldus apparabat: ad quod inuitarum abiens, Rutzſtados venit, Rutumque in colloquium euocat. hic egreditur; vtque ſermonem inchoauerant, Höſkulldus omnia pacta nuptialia fratri narrat, eumque inuitat ad nuptias.

Vellem

(g) vid mik — mál.] E. ſpyria mik eptir, de hoc rogarer.

(h) vargefin.] E. vangift. L. vangefin.

(i) ofmetnad — hann.] R. metnad hinn ok heyptyrdi at hat.ſt. ſuperbiam & ſtomachoſa verba &c. *mox*: ok ætla ek ef ockur ſkilr á. at ráda en ecki her, & mihi ſane, ſi diſſ. poteſtatem vindico, non vero tibi,

(k) ok gekk á brott ſidan.] R. ſidan tauludo hau ecki ſkira um, nec plura de hac re collocuti ſunt.

(l) hvat ætlat — mællti, omittunt R.

(m) allſtadar.] R. allt, omnia.

(n) par er — Ruts.] R. hat ſem kemr til fyrdr hins eda Rutz, quae ad patrem tuum & Rutum pertinent.

Vellem (inquit) ne displiceret tibi, quod, vbi pactum inibatur, non miserim ad te. Cui Rutus: Satius haberem, nusquam in hoc negotio adesse me, quia neutri (o) conjugum haec res prospere eueniet: verumtamen, id si honori ducis tibi, ad conuiuium veniam. Et Höskulldus: Duco enimuero, ait: seque postea domum refert. Osvifo & Thorvalldo pro se quoque ad nuptias inuitantibus, haud pauciores C. vocabantur. Svanus nominabatur homo, in Biarnarfiordo (p) a septentrione *finus* Steingrimiani sito habitans: artis magicae peritus: Hallgerdae auunculus; homo inhumanus atque importunus. Hunc Hallgerda, misso Thiostolfo, ad nuptias suas rogat: (q) proficiscitur, amicitia cito inter hunc & illum coalescente. Conuiuis jam nuptias frequentantibus, sponsa in tabulato sedit, magnam prae se ferens hilaritatem. Quam cum Thiostolfus crebro conueniret, sermonem modo cum Svano conferens, colloquium eorum magnam mouit admirationem. Conuiuio honeste celebrato, Höskulldus dotem Hallgerdae (r) quam (s) expeditissime numerauit: quo facto Rutum percontatur, numqua expromat (t) munera? Hic respondit: Tibi semper vacabit pecuniam pro Hallgerda effundere, quare hic sistas censeo.

p. 18.

CAP.

(o) man t — henni.] K. L. yckar mun s þ. l. g. edur þeim, vestrum (tibi filiaeve) neque illis (sponso & patri) &c.

(p) Post Biarnarfirdi addunt C. E. R. H. I. K. L. M. N. á þeim bæ er heitir á Svanshóli, in villa, quae Svanshóll dicitur. || þat er nordr — misl omittit G.

(q) þann fór.] R. þ. bráz vid ok fór þegar, subito se commouit ad proficiscendum.

(r) med þ. m. greidsk.] R. vel ok skaurliga.

(s) greidskap] C. H. I. K. L. M. N. O. Q. S. skilgreida.

(t) giafir.] Iid. afgiafir, mun. dimissoria. I. S. ofgiafir, auctaria.

Cap. XI.

Thorvalldi caedes.

A conuiuio Thorvalldus & cum ipſo vxor, necnon Thioſtolfus, domum equitabant, & hic eam quidem a latere jugiter ſequebatur, etiamque ſubmiſſe confabulabantur: cum Oſvifus ad filium verſus: In tua, inquit, conditione acquieſcis? vt vero colloquium ceſſit veſtrum? Bene, reſpondit; omnem erga me (u) ſuauitatem exhibuit, cujus rei documentum tibi viſu facile, quod ad vnumquodque verbum (a me editum) arridet. Oſvifus contra: At ego riſum ejus non aeque ſincerum, ac tu, exiſtimo: rem tamen, quae ſit, probabit euentus. Sic equitando domum vſque perrexerunt. Veſpere autem noua nupta viro ſuo adſedit, ab interiori latere proximum ſibi collocans Thioſtolfum. Parum Thioſtolfus ac Thorvalldus negotii habebant inuicem, parum item jurgii, idque per hyemem perſeuerabat. Hallgerda erat quaeſtuoſa & vehementer larga: nihil vero alieni non efflagitauit e vicinia, omniumque fortunis (v) promiſcue vtebatur. Ut autem vernauit, (x) penuriâ cibariorum facta, tum farina tum piſcibus aridis deficientibus, Thorvalldum conueniens Hallgerda: Non omnino tibi ſedendum fuerit, inquit, cum domus & farinâ & obſoniis egeat. Thorvalldus ait: Haud (y) parciorem ſolito penum comparabam, quae tum in aeſtatem vſque ſuppetebat. Hallgerda regerit: Nulla moror ego, ſi tu (z) paterque tuus per inediam rem feceritis. Hic incenſus ira, os percutit vxori, ſic vt emicaret ſanguis: moxque digreſſus, ſequi ſe

 dome-

(u) Poſt þiþ mil addunt H. K. L. ſ þag, hodie.

(v) ſukki.] R. ſticki, *quod quid ſignificet, id vero neſcire me fateor.* || O. ſvaki.

(x) búſkortr.] R. búſkarpt.

(y) minna.] R. minni ſkreiþ, minus piſcium aridorum.

(z) faðir þinn.] R. E. I. K. L. M. N. faudur þinn, patri tuo & tibi cibum detrahendo rem feceris.

domeſticos jubet: hi celocem, propere deductam, numero (a) ſeni conſcenderunt, & ad Biarneyas remigio vecti, piſcium ibi farinaeque copiam (æ) accepere. Relatum eſt Hallgerdam interim ſediſſe foris (b), triſtiore quidem animo: quam propius accedens Thioſtolfus facie videt ſauciatam; rogat: Quî tu adeo
p. 19. male habita es? Vir meus, ait illa, Thorvalldus in cauſa eſt: tu vero mihi defuiſti tum, (c) ſiquid te curae attingat de me. Neſciui equidem, inquit Thioſtolfus, verumtamen hoc vlciſcar. Et mox ad oram degreſſus, nauim (d) ſex remorum deducit, (e) ingentem, quae fuit ei, ſecurim obducti ferrô manubrii manu geſtans: nauigium conſcendit & ad Biarneyas remis propellit. Quo cum perueniſſet, omnes piſcatum remigauerant, praeter Thorvalldum & comites. hic onus celoci imponebat, ſuis apportantibus; cum Thioſtolfus adeſt, & in celocem inſiliens cum illo vna componere coepit onera. Hoc tu opus, inſit, cum (f) ignaue tum incommode obis. Thorvalldus: Te melius (g) facturum cenſes? ait. Nihil faciemus, (regerit Th.) quin ego, quam tu,

---

(a) vi] C. E. R. Chh. viii.

(æ) tókv.] R. tók hann, ille piſc. — accepit.

(b) Poſt úti add. R. fám nóttum ſíðar, paucis inde noctibus.

(c) ef þer þætti uockut vndir vm mik.] R. er mer þótti uocquat undir, cum res agebatur mea.

(d) ſexærv.] H. I. ſexærdu. M. ſexerdu. K. L. N. ſexeirdu (ſexeyrdu).

(e) hafdi i h. ꝛc. — þar vorv.] R. gekk heim til ſkála ok tók ofan auxi er hann átti. ok vaſit ſkapt. mikil fyrir munna (munn F.] hann hrindr nú út ſkipino. ok hleypr á ut. ok rær út til eyiar á Breidafirdi. ok lauk eigi ferd ſinni fyrr enn hann kom i Biarneyiar. þar voro ꝛc. domumque redit ad dormitorium, ſecurim, quae fuit ei, depromit, ferrato manubrio, acieque eximiae magnitudinis inſtructam: mox nauim propellit in aquam, raptim conſcendit, remigio inſulam (*rectius* inſulas, *nam innumerae ſunt.*) in *Sino Vaſto* petit, neque intermittit curſum, donec delatus in Biarneyas eſſet: vbi omnes &c.

(f) litilyrkr ok óhagvirkr.] R. lidlitill ok óhagr.

(g) gera m.] R. hlada m. diſpoſiturum.

tu, majori deſignem id dexteritate: & ſane, quam habes, vxor male collocata eſt, & veſtrum quidem conſortium breue ſit oportet. Thorvalldus (h) cultrum piſcatorium, (i) qui praeſto erat, apprehendit, ac Thioſtolfum eo petit: hic ſecuri, quam humero geſſerat, viciſſim ferit, brachio Thorvalldi tantum ictum accipiente, id vt oblideretur, culterque deflueret: intentata mox iterum ſecuri, capur Thorvalldi adeo caedit, vt ille protinus mortem acciperet.

Cap. XII.

De Thioſtolfo.

Thorvalldi famulis cum oneribus jam tum eo deſcendentibus, Thioſtolfus, ea ſtatim inita ratione, vt tabulas celocis (k) vtraque manu caederet, hisque per duo interſcalmia dehiſcentibus, in ſuum nauigium tranſilit. Mari autem liuido in celocem irrumpente, toto cum onere ſidit ea, ſimulque Thorvalldi cadauer ſubmerſum eſt: ideo famulis, quomodo fuiſſet affectus, videre haud licuit, niſi quod ſciebant modo mortuum eſſe. Ad ſinus interiora Thioſtolfus remigio tendens imprecantibus ſibi, vt in malam rem abiret, neu ſaluus vnquam foret, nil reſpondit, ſed in portum vſque remis incumbebat. Subducto nauigio, domum ambulat, ſecurim, multo tinctam cruore, ſublimem praeferens. Hallgerda foris conſtituta: Securis tua, inquit, cruentata eſt: quid patrauiſti? Id effeci, (l) altera vt vice nuptum dari poſſis. Mörtuum ergo Thorvalldum loquere? Sic eſt, ait ille: quare tu mihi quomodocunque recte conſule. Ita fiat, inquit mulier; te boream verſus in Biarnarfiördum ad villam Svanshol aman- p. 20.

 dabo,

(h) agnſax.] C. E. R. Chh. handſax, ter. manuarium. B arnſax, c. focarium.

i) eitt er var hiá honom, omitt. R.

k) tveim hendom — tva rúm.] C. Chh. tveim ſinnom í bord ſkútunni. ok gengo í ſundr tvau, rúmin, duabus vicibus &c.

(l) geſin verba í ödru ſinni.] R. gipt v. audrum manni, alteri vt viro nubere p.

dabo, teque cognatus meus Svanus ambabus receptabit vlnis, qui per se tantus vir, vti te apud illum opprimere possit nemo. Equum igitur, qui (m) mulieris fuit, instratum (n) conscendit, boream versus in Biarnarfiordum Svansholem equitat: eumque Svanus accipit ambabus vlnis (o). Tales, inquit idem, viros esse censeo, qui non horrent omnia perpetrare: & equidem recipio tibi, fore, vt si qui hic te quaerant, maximum inde reportent opprobrium. Iam (p) de Hallgerda dicendum est, eam comitem sibi adsciuisse cognatum suum Liotum *Nigrum*, equosque suos vt sterneret, jussisse: nam se domum patris profecturam. Quo iter eorum adornante, se ad scrinia sua contulit, hisque reseratis omnes domesticos ad se conuocat, & cuique munusculum aliquod donat: hi vero (q) cuncti abitum ejus complorabant. Inde (r) domum patris profecta, benigne ab eo recipitur; hic enim nondum acceperat nuntium. (s) Rutus vero Hallgerdam rogat: Quidni Thorvalldus vna tecum venit? Respondet: Defunctus est. Thiostolfi operâ sine dubio, subjecit Höskulldus, & filia affirmante: Minime, inquit, (t) vanum erit, quod Rutus mihi praedixit, magno malo futurum istuc matrimonium: at nihil proderit se dudum facti reprehendere. Hic sermo de comitibus Thorvalldi repetendus;

(m) hon.] R. Chh. hann, ipsi, *sc. Thiostolfo*

(n) steig.] E. R. ste.

(o) Post hendum addit R. ok spurdi hvat han segdi tidinda. en Þióstolfr sagdi honum víg Þorvalldz med þeim atburdum. sem ordit hafdo, rogauitque quid noui adferret. Thiostolfus autem caedem Thorualldi ei narrauit, & quibus euenisset ea circumstantiis.

(p) til máls ad taka — at hon.] E. fr því at segia at Hallg. qv.

(q) allir.] R. í móti, viciſſim.

(r) ridr — tók hann.] R. reid hon í til er hon kom á Hauskulldzstadi. ok í fadir hennar vel, iter perrexit Höskulstados vsque, beneque a patre.

(s) Rútr.] R. Hauskulldr.

(t) í tauma g.] l. í draumu g. somnium. || R. í grun g. mihi suspectu est.

dus: ii (u) nauigium ſibi petierunt in continentem transmiſſuri, eoque ſtatim ſibi commodato, ad linguam continentis Reykianes remigauêre, conuentoque (v) Oſvifo rei nuntium attulêre. Hic fatur: Malus exiſtit (x) mali conſilii fructus, & nunc poſt factum, (y) vt proceſſerint omnia, perſpicio: Thioſtolfum nempe Hallgerda miſit in Biarnarfiordum, ipſa vero ad patrem ſuum ſe recepit: nos igitur collecta manu hominem ibi (in ſeptentrione) petamus. Ita fit, copiam corrogatum eunt, qua facile comparata in Steingrimsfiordum curſum inſtituunt; hinc in Liotardalum & Selardalum ac deinde (a) in Biarnarfiordum pergunt. Interim Svanus vehementer oſcitans ſic infit: Nunc imminent genii Oſvifi (& comitum): et Thioſtolfo, qui continuo ſurrexit (æ), Egredere tu mecum, inquit, parua res erit opus. Exeunt mox ambo: Svanus pellem caprinam aſſumit, &, (b) caput obuoluens eâ, ſic ait: Fiat caligo, fiant portenta (praeſtigiae) magnaque miracula omnibus tui perſecutoribus. Iamjam ad Oſvifum & ſuos reuertendum: qui cum aſcenderent cliuum, magna iis caligo objecta eſt. Oſvifus infit: Hujus auctor eſt Svanus, & bene habebit p. 21.

(u) bádv ſ. ſk. inn t. landz.] B. E. R. bido til þeſs er ſkip komo at landi. þeir ſogdo dauda (víg) Þorvallds. (ſoli R.) ok bádo at þeim mundi leð ſkip (ſkips) til meginlandz, praeſtolati, donicum naues ad terram (inſulam) redîiſſent, mortem (caedem) Thorvaldi indicarunt, petentes uti ſibi nauigium, quo in continentem trajicerent, commodaretur.

(v) Oſvíſ.] B. I. K. L. Oſvífur.

(x) illz ráðz.] K. L. illráðz. || R. ill ráð, mala conſilia male vertunt. || C. E. illar ráðs.

(y) hverſv farit hefir.] E. en ekki fyrir, at nihil ante.

(z) Selárdals.] C. Seliadals. M. Seliardals.

(a) Poſt ſva til inſerunt R. Baſſaſtada ok þadan vm halſinn til B. Baſſaſtados, indeque trans collem in B.

(æ) Poſt fyr. Þióſt. upp. add. R, ok tók aurina-ſina, & arripuit ſecurim ſuam.

(b) vaſdi vm.] R. veiſdi yfir, ventilans ſuper capite ſuo.

res, ſi plus mali non fuerit adjunctum Haud multo poſt tantae oculis tenebrae ſunt offuſae, vt nihil prorſus viderint, delapſique equis, hos amitterent: ipſi, pars in (c) paludes, alii in ſiluam deerrantes (d) paeniſſime laederentur, armaque ſimul perderent. Hic Oſvifus: Si equos reperirem & arma, retro me verterem: quibus ab eo dictis, aliquantulum viſus redditur, vt equos & arma reperiant. Tum ad (e) tentandam porro perſecutionem incitare multi: quo facto eadem illis portenta eueniunt, idque tribus vicibus. Tunc Oſvifus: Sit licet profectio parum (exitu) pulchra, nunc tamen cenſeo reuertendum: (f) mutabimus nunc propoſitum noſtrum, mihique potiſſimum eſt in animo conuentum ire Höſkulldum (g), & ſatisfactionem de filii damno poſtulare, nam inde ſpes eſt compenſationis, vbi facultates ſuppetunt. Hinc in *valles* Breidafiordenſes proficiſcuntur, nec memoratu quid dignum, ante quam Höſkulldſtados ventum eſt. Tunc ibi Rutus aderat. Oſvifus Höſkulldum ac Rutum euocat: egreſſi ambo ſalutarunt eum, & inito mox colloquio Höſkulldus Oſvifum, vnde veniat, percontatur. Se Thioſtolſum îſſe quaeſitum, nec inueniſſe reſpondet: eum vero Höſkulldus (h) boream verſus Svansholem, vti crederet, demigraſſe dixit, neque omnium eſt, addit, illum inde petere. Oſvifus: Huc ea gratiâ venio, inquit, (i) quod ſatisfactionem de (perdito) filio abs te petere volo. Cui Höſkulldus: Neque ipſe filium tuum occidi, ne-

(e) ſen.] R. tiarnir, lacunas.

(d) hellt vid meidíngar.] C. lá vid (var hætt v. R.) meidíngom.

(e) vid ſkyldi leita vm atreidna.] R. eun ſk. tilleita at fara áfram. tent. itineris continuationem.

(f) Rá — ſ annat ſinn.] B. E. R. — i annann ſtad.

(g) Poſt Hauſkulld inſerit R. faudor Hallgerdar, patrem Hallgerdae.

(h) ſagdi — nordr á.] R. quad han nidr mundo kominn á, deliteſcere jam (Svanshole).

(i) beida ſonar bóta.] R. heimta ſ. bætur, vt exigam pro caede filii multam.

que auctor fui occidendi: atqui (k) neceſſitate adactus es hanc alicubi petere, cui ignoſcendum fateor. Rutus ait: *Contiguus eſt*, mi frater, *naſus oculis*: quare (l) ſiniſtros ſermones ſupprimere neceſſum eſt, filii damnum ei reſarciendo, filiaeque (m) tuae cauſam ita (n) ſpecioſiorem reddere: haec enim eſt ſola (o) ratio, (p) qua hoc (probrum) euaneſcat, ſiquidem expedit minus id ſermonibus jactari. Vis tu, inquit Höſkulldus, arbiter eſſe cauſae? Et Rutus: Volo, neque tibi quidquam arbitrio parcam meo: nam, ſi verum ſit pronuntiandum, filia tua necem viro machinata eſt. (q) Inde Rutus, poſtquam paulisper tacuerat, ſurgens Oſvifo loquitur: Da tu mihi dextram, & ſtipulanti ſponde ceſſare cauſam. Surgit Oſvifus, &, (r) Non eſt aequa tranſactio, inquit, ſi frater (s) tuus dijudicat; verumtamen adeo bene interceſſiſti, (t) vt cauſam judicio

---

(k) varkunn til at leita á nokkvr.] R. nokkur vorkunn til áleita nokkur, aliqua nec. ad. e. h. a. p. *Quae repetitio vocis* nokkur *aperte monſtrat, tam hic & pag. ſupr.* 267. *lin* 3. *quam ſimilibus locis* nokkur *pro* nokkurſtadar, alicubi, *poſitum eſſe; quod &* Cod. C. *inſuper euincit, integrum legendo* nokkurſtadar.

(l) naudſyn — illv ordi.] R. ſkyllt — illyrdi, ſiniſtri ſ. ſupprimi debent.

(m) þinni.] pleriqv. ſinni, ſuae.

(n) ríſka.] C. reiſa, expeditam r. R. beta, meliorem redd.

(o) Poſt einn add. I. vegr, via. *quam ipſam vocem in hac locutione* er ſá einn til, *ſemper ſubaudiendam puto.*

(p) er þetta falli nidr.] R. at orðtak þ. f. n. ſem ſkiótaſt, vt hic rumor quam citiſſime euan.

(q) Rútr — ſtvnd.] R. þá ſetti Hauſkulld dreyrrauðan ok taladi ekki nokkura hríð, cum Höſkulldus magno rubore ſuffuſus, aliquamdiu nihil locutus erat. *Hunc adeo, non Rutum, ſequentia dixiſſe Oſvifo* Regg. *volunt, quod & probo; ſic enim apparet Oſvifum ad Hoſkulldum dixiſſe*: bróðir þinn, *ſed non ad Rutum, quod tamen primo intuitu videtur.*

(r) Eigi er þat.] R. er þat, An eſt —?

(s) þinn.] B. E. hans, ſuus *ſc. Höſkulldi, nempe*, tu Rute. *quod magis probo quam* þinn, *niſi forte Oſvifus ad Höſkulldum conuerſus ita dixerit, & rurſus ad Rutum*: en þó hefir þú ꝛc.

(t) at ek tr. — málin.] R. Rútr. at ek tr. þ. v. til málſins, Rute, vt hanc rem tibi tuto committam. málin.] B. E. málit, *ſingular.*

judicio tuo concredere tuto auſim. Rurſum inde ſurgens Höſkulldi manum
p. 22. prehendit, deque re ita inter eos conuenit, vt Rutus dijudicaret, judicatumque pronuntiaret ante Oſvifi diſceſſum. Facto deinde judicio Rutus: Thorvalldi caedem, inquit, (u) CC. argenti (vnciis) aeſtimo, (id quod tunc idonea caeſi hominis expiatio dueebatur,) quae multa, frater, ſine mora, & plena manu expendenda eſt: idque Höſkulldus fecit. Tum Rutus ad Oſvifum: Tunicam pretioſam, quam huc peregre attuli, donabo tibi: quo de dono hic illi gratias egit: talique rei euentui acquieſcens domum ſe retulit. (v) Quo cum Rutus & Höſkulldus ad diuidenda veniſſent bona, hoc etiam cum Oſvifo iis conuenit, domumque facultates (Hallgerdae) auexerunt. Nec de Oſvifo plura. Hallgerda rogitauit, vt domum patris (x) liceret ſibi remigrare, idque Höſkulldus ei dedit. Neque non diu in ore vulgi caedes Thorvalldi verſabatur. Res (verò) Hallgerdae creuit & admodum luculenta exſtitit.

CAP.

(u) CC.] Ita & B. D. E. R. ſed C. Vii⁽ᵉ⁾. Chh. 700. *legunt.* I. *tamen* 100. *quod magis probo*; *nam* 700. *mendoſam puto lectionem, eique occaſionem dediſſe notam numeralem in Codd.* B. & D. *quae fere ut num. Arab.* 7. *picta eſt: hanc autem* 2, *non* 7, *denotare inprimis ex pag. Impr.* 104. *didici, ubi iidem Codd. cum caeteris de numero aggreſſorum, nempe bis XII. accurate conſentiunt, deindeque eandem figuram in* 24. *praeferunt. Porro neque cod.* C. *mihi fidem facit, nam bona ejus pars a capite recentius ſcripta: neque veriſimile tantam multam id temporis pro caeſo dictam, quum longo poſt tempore* 600 *argenti unciae, ut multa exemplo carens, irrogatae ſint. vid. pag. Impr.* 189.

(v) þeir R. — ſiárſkiptis.] R. litlo ſíðar komo þeir Höſk. ok R. ok ſkiptu því ſe ſem þar ſtóð ſaman, paullo poſt H. & R. profecti (ad Oſv.) rem familiarem (Thorv. & Hallg.) quae ibi conſtituta erat, diuidebant.

(x) at þeu fœri.] E. at Þióſtólfr fœri, Thioſtolfo liceret reuenire. *haud abſurde, nam infra videbitur Thioſtolfum Höſkulldſtadis egiſſe.*

Cap. XIII.

Procatio Glumi (y).

Iam de tribus fratribus mentio facienda, quorum vnus Thorarinn, alius Ragius, tertius Glumus nomine, filii (z) Olafi *Claudi*, viri honoratiſſimi & opibus bene pollentes. Thorarinn, cui id erat cognomen, vt *Ragifrater* vocaretur, poſt Rafnem (a) Heingſonium Legiferi munus fungebatur; homo ſumma prudentia inſtructus. Domicilium Varmalæki habuit, re familiari cum Glumo communi vtens. Nauali mercaturae Glumus operam diu dederat: fuitque ſtatura grandi, firmo corpore, ac forma ſpectabili. Ragius vero frater celebris erat homicida. (b) Praedia auſtralis prouinciae Engeyam & Laugarneſum fratres iidem poſſidebant. (c) In quodam fratrum colloquio Thorarinn a Glumo quaerit, an pro more peregre ſit iturus? Is reſpondit: Iſtud nunc potius decreui mercatoriis deſiſtere itineribus. Quid ergo in animo tibi eſt? vxorem tibi petere? Haec mihi mens, ait Glumus, ſi bene mihi proſpicere poſſem. Tum mulieres in Borgarfiordo innuptas recenſet Thorarinn, num quam harum affectaret, rogat, & ego tecum (addit) auſpex proficiſcar. Reſpondet: Nullam harum ambio. Dic ergo ſodes! ait Thorarinn, quam in matrimonium ames. Glumus porro: Si noſſe placet, mulier nominatur Hall- p. 23.
gerda, Höſkulldi gnata, *vallium* Occidentalium incolae. Non igitur euenit, quod ajunt (inquit alter) te *alieno damno ſapere*: nam illa cum viro nupta-

 fuit,

(y) Bóndrd Glums.] B. frá því er Glumr feck Hallgerdar. de ſponſalibus Glumi cum Hallgerda.

(z) Olafs Hallta.] R. Oleifs Hiallta-ſonar.

(a) Heingsſon.] E. Eingsſon. al. omn. Hungsſon.

(b) ſudr E. og. L.] C. bú annat ſudr í Engey ok Laugarneſi, alteram villam in auſtrali pr. in Engeya & L.

(c) Þeir br. tauludv ꝛc.] H. K. L. Þat var citthvert ſinn ad Þor. ſpurdi Gl. bródr ſinn ꝛc. accidit aliquando, vt Thor. a Gl. fratre ſuo quaereret.

fuit, & huic meditata necem eſt. Glumus contra: (d) Poteſt, vt tale illi fatum iterum non uſu veniat, & certum habeo, mihi necem haud eſſe molituram. Tu vero ſi (e) quid honoris mihi vis praeſtare, i. mecum ad conciliandas mihi has nuptias. Hic Thorarinn: Non licebit obſiſtere, nam, quod fata ferunt, eueniat neceſſe credo. Hac de re Glumus fratrem pluries (f) compellauit, & licet is diu detrectaret, tamen eo demum res perducta, vt adſciſcerent ſibi (g) comites, ac (h) X. numero in *valles* occidentales iter facerent. Höſkulldſtados veniunt, & ab Höſkulldo comiter excepti, illic pernoctant. Is autem primo mane Rutum arceſſiuit; qui eo veniens cum in aream adequitabat, Höſkulldus foris conſtitutus, fratri, quid adſit hoſpitum, indicat. Rutus: Quid illi petent? Et Höſkulldus: Nihil (i) dum negotii coram me protulêre. Rutus porro: Tamen tecum res erit, inquit: filiam tuam Hallgerdam in conjugium petent: ſed quomodo reſpondebis? Höſkulldus: Quid tibi videtur? Comiter reſpondebis, ait Rutus; & (k) virtutes tamen ac vitia foeminae ſignificabis. Huic fratrum colloquio hoſpites interueniunt, quos Höſkulldus benigne complectitur, Rutus vtrumque & Thorarinem

(d) Má at þ. þ. e. ſtíf ꝛc.] E. eigi mun þana þenda ſt. non eueniet, puto, illi &c. || I. in marg. búð eigi þendi þǫna ꝛc. Forſitan non euen. || R. það má vera at eigi þendi annann bónda þennar ſlíka úgipto, Fieri poteſt, vt alteri marito illius tantum non accidat malum.

(e) mer n. ſ. v. — þennar.] R. nocquat gera at mino ſtapi þá bíð konunnar, quid ad meam voluntatem facere vis, pete mulierem.

(f) kom Gl.] E. et Gl. petere inſtat.

(g) mannum.] R. lidi, comitatum.

(h) X.] E. R, XX. B. C. H. K. L. M. N. LXX.

(i) enn eyrindi omittit E.

(k) þó koſt — konunni.] R. allt ſem. giorſt. koſt ok laſt, quam exactiſſime v. & v. *Mox iid.* Nú er þar til máls að taka er þeir gánga út geſtirnir. Hauſkulldr ok Rútr gengo i mót þeim ok fagnabi R. vel Þor. ok badvm þeim brædrum. gengo ꝛc. Iam vero dicendum eſt hoſpites exiiſſe foras, quibus obuiam ſe ferunt H. & R. Rutusque Th. &c.

rarinem & fratrem ſalutat. Quumque omnes vna colloquium ingreſſi, Thorarinn orſus ita eſt: Huc venio cum Glumo fratre meo ejus negotii gratia, vt filiam tuam, Höſkuldde, vxorem fratri meo petam: ſcilicet eum eſſe ad humanitatem bene informatum. Cui Höſkulldes: Vos ambos, inquit, ſcio eſſe viros magni nominis: at viciſſim fatebor tibi, matrimonium filiae, meopte conſilio olim inſtitutum, in magnum nobis malum euaſiſſe. Thorarinn contra: Non faciemus vt per hoc ſtet, quominus eam coëmamus: (l) *neque*

(l) *Ex circumſtantiis colligi poteſt hoc fere velle obſcuriſſimam illam locutionem, vti creditur, prouerbialem:* eigi ſkal einn eiðr alla verða. *Obſcuriſſimam inquam; nihil enim tale ex natura verborum concluditur: quae quidem licet ſingula per ſe & nota ſatis & uſitata, tamen eorundem conſtructio tam perplexa & inſolita, nullus vt inde commodus, ipſis vocibus conformis, erui poſſit ſenſus. Perplexa, quod Adjectiuum* alla, *& forte etiam verbum* verða, *non poteſt non ellipticum eſſe. quid autem in illo ſubaudiatur, haud certo concludere licet, vtrum* menn, votta *(teſtibus) an* eða? *Si illud, ad verbum erit: Non oportet vnum (idem) jusjurandum omnibus accidere (euenire). ſed quo id valet? Sin hoc: Non oportet unum jusj. fieri (comprehendere) omnia iurajuranda: vel, quae eſt ſententia Doctiſſ. G. Magnaei: Non eſt ab uno jurejurando ad omnia concludendum: q. d. ab unius promiſſi, jurejurando firmati, violatione ad omnium promiſſorum, jurejurando firmatorum, violationem non licet argumentari. Inſolita, inquam; nam verbum ſubſt.* verða *hic Accuſatiuo jungitur, quod alias Dativo. Suſpicatur autem Doctiſſ. I. Olavius Hypnon. verbum* verða *idem eſſe quod* varða, *teneri, obligatum eſſe; & ſenſum verbo tenus: Non vnum (idem) juramentum omnibus eſt injungendum. At hoc ſenſu verbum* varðar *nunquam cum Accuſatiuo componitur, ſed tantummodo tum, cum pertinere quid ad quem ſignificat. Quomodocumque igitur ceperis, facile viſu eſt, nomen* eiðr, *& forſan etiam* verða, *obſoletum aliquem habere intellectum: qui, ſi non vulgo tempore Thorarinis legiferi, certe homini ſapienti notus, & forteſſis, vti ipſe juris conſultus erat, &* eiðr *vox juridica, ita in re judiciali uſitatus. ſed qui ille ſignificatus fuerit, aliis relinquo determinandum. Quod ad diuerſas lectiones, cum textu A. conſentiunt tantum* B. D. & H. *ceteri codd. paullulum diſcrepant ab his. nimirum* K. L.

enim *neceſſe, idem vt omnium ſint fatum*, & hoc (conjugium) forſan bene vertet, licet illud male; caeterum Thioſtolfus id maxime turbauit. Tum Rutus: Dederim vobis conſilium, inquit, ſi, quod in anteceſſum conditioni Hallgerdae accidit, connubium impedire non patimini, idque conciliatur; (m) ne Thioſtolfo illam in auſtralem ſequi prouinciam liceat, neue illic trinoctio amplius commoretur, niſi (n) permiſerit Glumus: ſed impune a Glumo perimatur, ſi manſerit diutius (o), at (p) copiam dare (manſionis) integrum ſit Glumo, id vero non mei eſt conſilii: Neque jam, quomodo antea, ſic peragenda res eſt, vti clam Hallgerdam ſit; ſed de omnibus his conditi-
P. 24. onibus (q) jam fiat certior & Glumum viſat, (r) ipſiusque arbitrio relinquatur,

---

L. M. N. *legunt:* eigi ſkal einn eidr allra verda (vera Q.) non Debet vnum (idem) omnium fieri (eſſe) jusjurandum. E. P. eigi ſk. einn eidr yfir alla gánga, non debet vnum jusj. ad omnes extendi. || C. eigi ſk. einn eidr alla veida, non eſt neceſſe, vt idem jusj. omnes decipiat. *Vbi* eidr *denotare videtur fidem juratò datam; quemadmodum in hoc (in Edda Saem. vbi ſermo eſt de pacto conjugali)* þer ſkal ek alla eida vinna. || I. S. eigi ſk. einn eydir allra verda, non eſt neceſſe, vt idem fiat omnium interitus. || Regg. eigi ſk. einn yfir alla verda. *vbi ſubaudiri poſſet* hlutr, *fors*, v. baudi, *mors*, & *ſic idem ſenſus atque in Verſione. Non autem licebit* eidr *pro* heidr *honor, praemium, capere? certe ſenſus nec incongruus emergit, nempe: Non idem omnibus dabitur praemium. Ceterum qui* eidr *ab* eydi, *conſumo, finio, deriuant, illi commode ac nullo negotio phraſin illam explicare poſſe videntur, ſc. quod* eidr *non aliud denotet, quam finem.*

(m) ekki.] R. alldri, nunquam vt.

(n) loſi.] R. vili, volnerit.

(o) Poſt lengr inſerunt R. ok ſkal þeſſi ſkildagi á vera med ydr, & hoc pactum inter vos eſto.

(p) loſa þat. — ſe leyud.] R. geſa Þióſtólfi þeſſa ſauk upp. ok er þat þó eigi at míno ſkapi giort. ok ſkal nú eigi fara ſ. ſ. at Hallgerdi ſe çigi ſagt, hujus cauſae *(longioris manſionis)* Thioſtolfo gratiam facere; id tamen non ex mea voluntate fit &c.

(q) Poſt Kaupmála addunt R. ſem á er, quae ſunt conſtitutae.

(r) ok ráda — eda eigi omitt. R. nor ſkal eigi mega pro megi hon eigi.

quatur, ei nubere velit, nec ne: quo, si quid secus (s) euenerit, (t) culpam in alios verterè nequeat, sitque haec res omnis doli immunis. Ad quae Thorarinn: Nunc, vt semper alias, saluberrimum credo (u) tuis vti consiliis. Accessitur ergo Hallgerda, & binis comitata mulieribus venit ad illos, mantellum caesii coloris (v) textile superinduta, sub eo cycladem (x) coccineam, argenteo cincta balteo, (y) cui capillos, per pectus vtrinque demissos, subnexuerat. (z) Rutum inter & patrem media considet, omnes (praesentes) comiter appellat, sciteque ac diserte loquens, quid noui percontatur. Postquam ea finem loquendi fecerat, Glumus infit: De conuentione (a) cum patre tuo ineunda ego fraterque meus Thorarinn cum compellauimus, vti te, Hallgerda, vxorem ego adipiscar, si tua est voluntas quemadmodum illorum: quare tu, numquid animo tuo conueniat hoc (æ) modo fis virago, indicabis: verum si (b) quid praeter animi tui sententiam conuentio nobiscum est, haud amplius tangemus. Hallgerda: Scio vos fratres esse viros praecellentes, atque adeo nunc, quam antea, me multo praestantiori datum iri: semen scire

(s) Post verbi Regg. add. henni, ipsi, *sc. Hallgerdae.*

(t) audrum kenna.] E. kunna adra vm, alios de ea re accusare.

(u) þín r. ſ. hæfd.] R. þú ráðir, tuo vt arbitrio fiat.

(v) vefiar.] R. gubvefiar, ex diuino f. pretiosissimo textili.

(x) Ante ſkarlat R. inferunt raudom, rubri coloris. Sed K. L. post fortsi add. blám og raudum yfir, liuidi coloris, & super hac rubram.

(y) Haec vsque ad punctum desunt in Regiis.

(z) í miðt — ſins.] R. tantum, hiá þeim, apud eos.

(a) vár ſ. þíns.] E. R. við saudur þinn, cum patre tuo collocuti sumus.

(æ) ef þu ert ſkorungr.] R. er þú ert kollut ſkaurungr mikill, vt quae insignis virago dicaris.

(b) nockut vm hug.] B. E. engi hugr á, nulla ei voluntate ad ineunda nobis cum pacta.

habet, quid pronuntiaritis, aut quantum (c) processeritis in paciscendo. caeterum tu mihi is videre, vt, modo concordauerimus inter nos, te (d) recte sim amplexura. Ei Glumus ipse (e) pacta sponsalitia enarrauit a vero nullibi deflectens; Höskulldum tamen ac Rutum percontatus, an (f) recte praedicaret? quod & Höskulldus affirmabat. Tum Hallgerda fatur: Tam probe in hoc negotio vos erga me, mi pater ac tu Rute, gessistis, vt e vestro agere consilio velim, & conuentionem hanc, vti (g) pepegistis, ratam habere. Tum Rutus: Consultum igitur habeo, vti ego & Höskulldus testes adhibeamus, Hallgerda vero semet ipsa spondeat, si legifer id justum duxerit. Justum est, ait Thorarinn. Deinde bona Hallgerdae sunt aestimata, cumque his, quanta erant, tanta Glumus (h) communicare debuit, quo communio bonorum aequis foret partibus. Post Glumus Hallgerdam sibi vxorem pactus, cum fratre domum austrum versus rediit: Locus autem (i) conuiuio nuptiali apud Höskulldum constituus. Sic omnia silebant, dum (k) ad nuptias ventum esset.

Cap. XIV.

De nuptiis Glumi.

Frequentem (l) fratres ac delectum adhibentes comitatum in *valles* occidentales equitarunt, & Höskulldstados, vbi jam ingens aderat multitudo con-

(c) fram omittit. E.

(d) man.] R. má, possim r. amplecti.

(e) kaupmála.] R. scilbaga, (omnes) conditiones.

(f) hann hermdi rett.] E. rett væri, verum esset.

(g) stofnat.] R. scipat.

(h) leggia.] R. hafa, habere.

(i) bod.] R. brúdlaup, agendis nuptiis.

(k) menn r. t. bods.] R. brúdlaup skyldi vera (sækia) nuptiae essent agendae (frequentandae.)

(l) Post fiolmennt miok inferunt R. til veizlunnar, ad conuiuium.

conuiuarum, peruenerunt. Vnum Höſkuldus & Rutus ſedile, (m) alterum p. 25.
ſponſus (cum ſuis) occupant; ſponſa (n) in tabulato ſedit, decoram prae ſe ferens ſpeciem. Thioſtolfus cum elata ſecuri (o) obambulabat, quod omnes videre ſe diſſimulabant. (p) honeſte peragebantur nuptiae. Finito autem conuiuio, Hallgerda illos (q) in auſtralem tractum ſequitur. Cum vero peruenisſent Varmalækum, Thorarinn eam percontatus eſt, (r) remnè capeſſere domeſticam vellet: velle negauit: eaque hieme ſibi adeo temperabat, vt nulla diſplicuerit. Vere autem cum de re ſua pecuniaria fratres conferrent, Thorarinn, Cedam, inquit, vobis habitationem in Varmalæko, vtpote vobis commodiſſimam; ipſe Laugarneſum demigrabo; at communis vtrique noſtrum Engeya maneat. Hoc (s) approbante Glumo, demigrauit auſtrum verſus; remanentes vero (conjuges) iſtic habitauêre. Conduxit operas Hallgerda, extititque in dando larga, in quaerendo diligens. Aeſtate vero puellam enixa eſt, quae quo nomine vocaretur, Glumus vxori dixit: auiae meae paternae (inquit) Thorgerdae ſcilicet nomine vocabitur; haec enim paterno genere per majorum ſeriem a Sigurdo Faſnericida deſcenderat. Itaque puellae aquâ tinctae luſtrali hoc inditum nomen eſt. Ea cum parentibus adoleſcens, matris ſpeciem referebat. Glumum inter & Hallgerdam (t) bene ſatis conuenit aliquamdiu. Rumor a ſeptemtrione & Biarnarfiördo allatus, Svanum proximo vere

(m) en bróðgumi annann exclud. R.

(n) á palli.] E. á miðiann pall, medium inſedit tabulatum.

(o) Poſt øxi reiðda E. addit, um allt brullaupit, toto nuptiarum tempore. || R. inſer. of let it bólgligſta, ſe quam maxime infenſum exhibens.

(p) Haec omittunt E. & R.

(q) ſuðr.] R. ſyðr.

(r) búi] R. búnaði.

(s) villdi.] R. kaus.

(t) komv vel áſamt.] R. ſaamduz vel vid, concorditer congruebant (Glumus & H.)

vere piſcatum excurriſſe, grauique in eum tempeſtate ab euro conſurgente, ad (u) Veidilauſam jactatum cum ſuis periiſſe: piſcatores autem, qui erant Kallbaki, Svanum in montem Kallbakshorn intrantem conſpexiſſe crediderunt, ibique prolixe receptum: alii inſulas ibant, nugas eſſe contendentes: hoc vero exploratum cunctis, hominem repertum eſſe nuſquam, neque viuum, neque mortuum. Quo audito Hallgerda damnum auunculi magnopere doluit. Glumus fundorum (v) mutationem Thorarini polliciratus eſt: (x) qui quidem renuebat, verum (y) (ait) ſi tibi ſuperuixero, mihi Varmalækum, deſtinaui. de quo Hallgerda certior a Glumo facta, reſpondit: id de nobis Thorarinn promeritus eſt.

Cap. XV.

De Thioſtolfo.

Thioſtolfus quemdam Höſkulldi famulorum verberauerat, eoque ab illo domo ejectus, equo ſuo armisque ſumtis, ei ſic fatur: Nunc abibo, nunquam (huc) rediturus. (z) Omnes, inquit Höſkulldus, ea re gaudebunt. Thioſtolfus
p. 26. equo vehens, Varmalækum vſque contendebat: vbi liberaliter ab Hallgerda, nec a Glumo inhumaniter exceptus; ſignificauit illi, ſe a patre ejus domo expulſum, ſeque vti reſpiceret, orabat. Mulier ſic reſpondit, vt negaret ſe (a) ſuper manſione quidquam antea poſſe promittere, quam Glumum conueniſſet.

Tum

(u) Veidilavſv.] R. Veidileyſo, id. *i. e. locum piſcaturae expertem* l. *inhabilem.*

(v) ſkipta.] E. ſkipa.

(x) haun — vilia neſcit E.

(y) Poſt en addunt R. ſegdu Hallgerdi, dic Hallgerdae (quod — deſtinem.)

(z) allir — Hauſk.] R. en allir fagnudu þvi, eaque re gaudebant omnes.

(a) honom ongv mega.] R. eigi vita hverio hon megi, ſcire, quid — poſſet.

Tum ille: Pulchre inter vos conuenit? Et ea: Pulchre, inquit, amores noſtri procedunt. Mox Glumum conuenit, & brachiis collo ejus circumdatis, Num indulgebis mihi, inquit, quod abs te petam. Indulgebo, ait vir, dum tibi ſit decori; quid autem petere intendis? Cui vxor: Thioſtolfus de occidente (æ) exterminatus eſt: quare manſionem hic illi peruelim concedas; attamen, ſi ſit tibi moleſtum (b), nulla contendam. Glumus: Nunc cum tu te benè geris, inquit, hoc tibi dabo: at dico tibi, ſi homo mali quid inceptat, ſimul expulſum hinc iri. Tum ad Thioſtolfum regreſſa, haec expoſuit. qui reſpondit: Nunc etiam tu vti (c) ſperabam, benignam te praebes. Dein commoratus illic ſeſe aliquantisper continebat: ſed eo res rediit, vt omnia illic turbare videretur, nequé cuiquam parceret, niſi ſoli Hallgerdae; quae tamen (d) vbi res erat cum aliis, nunquam illi verbis patrocinabatur. Thorarinn Glumi frater, quod (Thioſtolfum) ſecum eſſe ſineret, (e) eum reprehendit, (f) rem ſe male daturam ajens, quin, ſi homo ibi permanſiſſet, etiam nunc vti antea caſuram: ad quod Glumus bene quidem reſpondit, at ſuum tamen proprium conſilium ſequebatur.

(æ) Poſt veſtan inſerit E. frá ſaudr minum, domo patris mei.

(b) Poſt lítit vm addunt R. at han ſe her, eum hic eſſe.

(c) ván var.] Chh. vant v. ſoles.

(d) þá er.] K. um þat er, in iis negotiis, quae cum aliis habebat.

(e) taldi á vid hann er.] R. ávítadi hann. miſk um þat er, magnopere. &c.

(f) quad illa — væri þar.] R. illa mvn þer gefaz. ſagdi han. ok mun han fara vid þik ſem vid annann fyrr ef han verdr þar ſtaddr, male tibi res vertet, inquit, illeque aduerſus te perinde ac illum priorem faciet, ſi illic (domi tuae) manſerit.

CAP. XVI.

De Glumo oues quaesitum ituro.

(g) Quadam autumnali tempestate multis ouium vulgo desideratis, quum & Glumo haud pauci deessent verueces, ille Thiostolfo dixit: Abi tu cum domesticis meis in montana, & videte, siquid ouium offendatis. Pecorum quaestionibus haud sum (h) accommodatus, ait Thiostolfus, caeterum id (i) vnice obstat, quod vestigiis seruorum tuorum insistere nolo: i tu ipse, tumque ego te sequar. Hac de re pluribus inuicem commutatis verbis; Hallgerdam, coelo bene temperato, apricantem, Glumus his verbis aggreditur: Tantum nunc irarum mihi cum Thiostolfo interceſſit, vt conuicturi simus exiguum temporis. & cum omnia (k) vltro citroque jactata vxori narrauisset, quod tum ea Thiostolfum defensauit, graui concitato inuicem jurgio; manu illam
p. 27. (l) pulsat, inquiens: Non rixabor tecum amplius; eoque facto digressus est. Illa, quae virum magnopere diligeret, (m) nullo pacto teneri potuit, quin alta voce in fletum erumperet. Hic ad eam Thiostolfus accedens: Acerbe habita es, inquit, quod non fiat pluries oportet. (At illa:) Ne tu hanc rem vindica, neue, quomodocunque me inter & virum agitur, vel minimum te interpone. Ille malignum arridens gradum auertebat.

CAP. XVII.

Caedes Glumi.

Glumo sibi (n) comites appellante, Thiostolfus accingebatur & cum eo iuit. Per Reykiadalum meridionalem & hinc propter Baugagil ascendentes, (o) austrum

---

(g) H. I. K. L. N. omittunt sinn vm.
(h) hentar.] R. kunnar, peritus.
(i) ærit eitt.] R. yfrit eitt.
(k) vidrædit.] B. saman átt. R. vid átt, inuicem acta.
(l) drap.] R. slá.
(m) of mátti — sit, omittunt R.
(n) menn til ferdar.] R. m. t. fiallgaungo, com. ad perlustranda montana.
(o) fyrr.] R. upp til, sursum versus.

auſtrum verſus, monticulum Tverfell petierunt (p), quibusdam in montes (q) Sulufiöll dimiſſis, qui omnes numerum pecorum (r) incredibilem inueſtigarunt. quidam vero Skoradalum luſtratum ibant. Et ad vltimum ſoli Glumus & Thioſtolfus ad meridiem a Thverfelle degredientes, (s) oues ibi feros (pauidos) offenderunt, hosque retro ad montem inſecuti ſunt. at ouibus homines in jugum euadentibus, alter alterum (t) increpare, Thioſtolfus Glumo dicere: ad nihil eum valere, niſi ad molendum ſuper inguina Hallgerdae. Is contra: *Malus abeſt comitatus, niſi adhibitus domo:* ego a te contumeliis afficiar, qui ſis ſeruus fugituus! Et Thioſtolfus: Dices, faxo, inquit, me non eſſe ſeruum; non enim latum pedem tibi cedam. Tum ira aeſtuans Glumus eum (u) ſecuri manuaria petit: propere ſuam ſecurim Thioſtolfus objicit, hujusque *) manubrium excepto ictu (v) ſuperne ſciſſum duos digitos: mox iterum ſua ſecuri caedit, quae humero incidens ſcapulam & jugulum diſſecuit, ſanguine introrſum ex vulnere penetrante: Glumus altera manu Thioſtolfum tanta vi corripit, vt hic praeceps ageretur: ſed retinere haud ſuffecit, quia mors ipſum inuadebat. Thioſtolfus cadauer (x) obruit lapidibus, erepto illi ſimul annulo aureo: viamque, donec Varmalækum veniret, perrexit. Hallgerdae, quae tunc foris conſtituta ſecurim

(p) Poſt Þverfelli, addunt R. ok ſkipta þar liði, ibique comitatum diuidunt.

(q) Súlufialla.] R. Súlna. i. e. Columas.

(r) of.] R. fiöllda, copioſum.

(s) fauði ſkiarna.] B. E. R. ſ. ſkiarra, id. I. K. L. ſ. í Kiarná, *obſcur.* C. ſauða ſkiarnu, ouium pauidarum gregem.

(t) ámælti þá.] R. ok kendi, culpae inſimulare.

(u) handöxi.] R. öxi, ſica.

*) í fetann.] Q. á öxlina, axilla.

(v) ofan non agnoſcunt R.

(x) með grióti.] R. ok þar á gríót ok torf, aggeſtis lapidibus ceſpitibusque.

ſanguine tinctam notauit (y), Neſcio, inquit, vt placeat tibi, quod Glumi
p. 27. caedem tibi nuntio. Ea: Tu (z) forſan auctor? Et ille: Sum vero, air. Hic in riſum ſoluta: Non (a) tu nihil vales in (edendis) facinoribus, inquit. Ille vero: Quomodo nunc mihi conſulis? Reſpondet: Te ad Rutum confer patruum meum, ille tibi prouideat. Thioſtolfus contra: Dubito, an hoc ſalubre ſit conſilium, verumtamen, quod tu hac in re conſulis, ſequar. Equo dein adhibito, (æ) in occidentem nocturno itinere venit Rutzſtados: equo poſt aedes religato, aggreſſus ad fores haud mediocri ictu pepulit: quo facto ad (b) latus aedium receſſit ſeptemtrionale. Rutus forte (c) vigilauerat: is continuo ſurgens thoracem induit, pedibus inducit (d) calceos, apprehenſo gladio (e) laeuam juxta ac brachium palliolo inuoluit. (f) Eo exeunte, domeſtici expergefiebant. Ad poſticas aedes magnum ſtatura vidit hominem, ac Thioſtolfo recognito, quid nouarum rerum ſciſcitatur. Ille, Glumi caedem tibi

---

(y) poſt blóðvg v. orin Regg. inſerunt: han kaſtadi til hennar gullhringinom. hon mælti. hvat ſegir þú tíðinda. eda hui er aur þín blóðug, annulum (Glumi) aureum adjiciendo tradidit. illa quaerit: quid tu noui adfers? quid autem ſecuris cruenta eſt tua?

(z) því vallda.] R. þeſs valldr vera. B. því ráda, id.

(a) ertú eingi.] I. K. L. e. einn, ſolus es, i. e. majus facinus praeſtas, quam ab uno te ſperari poteſt.

(æ) veſtr á — á bak.] R. á brott ok lykr eigi ferd ſinni fyrr enn han kom á Rútzſt. um nótt. ok ríðr á bak h. domo abequitat, haud intermiſſo itinere, donec R. veniſſet noctu; & (primo) poſticas ad aedes inuehitur.

(b) nordr vm húſin.] E. á bak húſum, poſticam aedium partem.

(c) vakat.] R. vaknat, experrectus erat.

(d) ſkóm.] R. háſom ſkóm, cothurnos.

(e) vaſdi m. — handl.] R. haſdi mattul ok vaſdi um handl. pallio, quod habebat, br. inv. *Simile exemplum habet* Petron. edit. Lat. Gall. a Col. 1694. Tom 1. p. 342.

(f) menn vakn. — hann ſá.] R. han geck út ok nordr vm vegginn. ok ſá ꝛc. egreſſus foras praeter parietem (aedium) borealem prodiit & ad &c.

tibi narro, inquit. Rutus: Qui patrauit eam? Cui Thioſtolfus: Egomet (g) illum cecidi. Ille porro: Quid huc profectus es? Me tibi Hallgerda miſit, regerit. Hoc ergo nequaquam eſt ab ipſa, inquit Rutus, gladiumque ſtringit. Quo viſo Thioſtolfus, ſe ob tarditatem praeueniri nolens, Rutum ſtatim ferro impetit: hic (h) ſubita corporis declinatione euitato ictu, latus ſecuris (i) laeua manu tanto ferit opere, vt ea de manu hominis deflueret: (k) dextra vero caedit (l) femur ejus adeo, vt hoc exigua parte (corpori) adhaereret; ſimul impetu in eum facto, retrudit eum violenter, & percuſſo capite lethaliter vulnerat. Supinus corruerat Thioſtolfus, cum famuli exeuntes (m) veſtigia rei animaduertunt. Cadauer ejus auferendum & condendum Rutus curabat. Inde Höſkulldum iit conuentum, eique caedem Glumi atque Thioſtolfi narrat: qui (n) de caede illius perdoluit, de hujus vero gratias fratri egit. (o) Poſt paullo Thorarinn *Ragifrater*, fratrem Glumum eſſe interfectum, accepto, cum (p) XI. comitibus in (q) occidentem Höſkulldſtados profectus eſt, & ab Höſkulldo (r) ambabus vlnis exceptus illic pernoctabat. Tum Höſkulldus ad Rutum, vti eo veniret, miſit: isque propere iuit (venit). Atque poſtridie, cum de Glumi (s) caede multa col-

(g) vá hann] R. vellð því, ejus auctor ſum.

(h) bráſt ſk. u. h.] R. ſvipadiz ꝛc.

(i) vinſtri deeſt in R.

(k) hægri hendi.] R. annari hendi ſverdino, altera manu gladio.

(l) Ante á fót Reg. add. ok kom, ictusque venit in. || E. inſer. utan, exteriorem femoris partem.

(m) vegs vmmerki.] B. verks ofmerki, veſt. facti. I. vígs merki, veſt. caedis. R. þeir verkit, hoc factum. N þetta, hanc rem. || E. ok ſá þ. vmm. neſcit.

(n) þótti ſk. i. l. Gl.] R. þ. ſk. mikill at um Glúm, magnopere.

(o) Litlv ſ. ſþ. Þ. R.] R. Nú er þar til máls at taka at Þ. R. ſpyrr, jam dicere incipiendum, Thorarinem Ragifratrem inaudiſſe &c.

(p) xij.] E. vij. o: ſex.

(q) veſtr á Hauſkvlldzſt.] R. veſtr í dali ok kom á Havſk. in *Valles* occidentales profectus Höſkuldſt. venit.

(r) bádvm hondum.] R. vel, am

(s) víg.] R. látit, obitu.

loquerentur, Thorarinn (Hôſkulldo) ait: Numquid tu mihi de fratre ſatisfacere vis? magnam ſcilicet jacturam feci. Höſkulldus reſpondet: Nec fratrem tuum ſuſtuli ego, nec filia mea percuſſorem in eum ſubornauit? Rutus vero, vt prmum cognouerat, Thioſtolfum interfecit. Hic Thorarinn
p. 29. conticeſcere, de ſucceſſu negotii deſperans. Rutus excipit: Faciamus bene vt vortat iter hominis, magnum ſane damnum fecit; & illud quidem ſecundos pariet ſermones: mactabimus eum donis, illeque per omnem hinc aetatem noſter ſit amicus. atque ita factum, vt fratres illum muneribus ornarent. Poſt ille auſtrum verſus reuertebatur. Vere domicilium cum Hallgerda commutauit Thorarinn, &, illa auſtrum verſus Laugarneſum commigrante, (t) ipſe Varmalækum rediit: neque de illo plura.

Cap. XVIII.

Obitus Mördi.

Hic de Mördo Gigia ſermo repetendus, quod is morbum nactus exſpiraüerit, multis deceſſu ejus indolentibus. Unna vero filia relictam (u) ex aſſe adiit hereditatem. Ea tunc iterum coelebs: adeo prodiga fuit & in curandis bonis improuida, vt (v) exhauſto ſenſim pecuniarum quod moueri poterat, praeter fundos & pecora nihil poſſideret.

Cap. XIX.

Hic de Gunnare incipit.

Vir erat nomine *Gunnarr*, agnatus Unnae: cujus mater Rannveiga nominabatur, Sigfuſo nata, filio Sigvati *Ruſi*, qui (Sigfus) ad pontonem Sandholmum occiſus

---

(t) fór til Varmalækiar.] E. tók vid Varmalæk, Varm. recepit.

(u) ſe allt.] E. arf allann.

(v) tóc — lavſaſe.] R. tóko — lauſafeiu, ſ. exhauſtis bonis mobilibus.

occiſus fuerat. Patri Gunnaris nomen fuit Hamundus; is filius Gunnaris, (x) filii Baugi, a quo (Gunnare) nomen mutuatum eſt (praedium) Gunnarshollt. Mater Hamundo fuerat Hrafnhillda nomine, Storolfo (y) Heingi filio nata. Frater Storolfi erat Rafn legifer, filius autem Ormus *Robuſtus*. Gunnarr Hamundi filius Hlidarendum in (pago) Fliotshlida inhabitabat. Vir ſtatura grandis, manu fortis, & pugnator peritiſſimus, aeque laeua vt dextera (gladio) caedens, itemque, dum placuiſſet, jaculans: tanta celeritate vibrauit gladium, vti tres ſimul ſublimes viderentur: arcu omnium optime jaculabatur, cuncta deſtinata certo ictu feriens: ſtaturae ſuae menſuram ſubſiliendo (z) cum omni armatura aequauit, nec (a) minorem retrouerſus quam prorſus ſaltum fecit: idem natandi arte phocae aemulus: nec genus fuit exercitii, quo quis poſſet cum illo (æ) contendere: adeo (b) nemo (ſuae aetatis) par ejus fuiſſe dicitur. Ad haec formae dignitas: facies lucida, naſus rectus & ab anteriori parte clementer aſſurgens, oculi caerulei atque vegeti, (c) roſeae genae, caeſaries plurima, & (d) colore nitido concinna. Singulari fuit morum venuſtate: acer ad omnia: (e) liberalis & moderatus: in amicis conſeruandis diligens, in deligendis elegans: denique diuitiis pollens. Frater illi nomine Kolſkeggus: vir egregius; ſtatura magna, firmis viribus, animoque ad omnia imper- p. 30.

(x) Baugsſonar.] R. Baugs, (cognomento) Baugi o: Annuli.

(y) Heingsſonar.] E. Hæingsſ.

(z) Ante med all. herh. addit E. ſ lopt upp, iurſum verſus.

(a) ſkemra.] R. ſeinna, tardiorem.

(æ) keppa.] R. reyna.

(b) hefir ſv. v. ſ. — jafningi.] R. ſva er ſannliga ſagt at hans jafníngi hafdi engi fæddr verit á Islandi, pro certo relatum eſt, neminem ei parem in Islandia natum fuiſſe.

(c) rodi.] R. I. K. L. M. N. ríódr.

(d) vel litt.] Reg. gult, flaua. || ok vel. l.] E. miðmiórr ok herdi breidr, medium corpus tenue, lati humeri.

(e) femilldr.] R ráðhollr ok góðgiarnmilldr, ſalubriter conſulens & benignus. liberalis &c.

imperterrito. Alter illi frater nomine Hiörtus, tunc temporis (f) in pueritia, Ormus Skogarnef (dorſum nemoris prominens) frater quoque erat Gunnaris, ſed ex furtiuis nuptiis ortus, quem haec non attingit narratio. (g) Arngunna nominabatur ſoror Gunnaris, quae vxor fuit Hroaris Pontificis Tungaei, filii Unii *Non-baptizati*, filii Gardaris, qui Iſlandiam inuenit. Filius Arngunnae Hamundus *Claudus* erat, qui Hamundarſtadis habitabat.

CAP. XX.

De *Niale* ac liberis ejus.

Niall nomen erat viro, qui filius erat Thorgeiris (h) Gollneris Thorolfo nati. Mater (i) Nialis fuit Aſgerda, filia (k) Aris Ducis (cognomento) *Taciturni*: quae in Islandiam commigrans territorium (l) ab (m) occidente fluminis Markici, inter Ölldufstein (Saxum equae) & Selialandsmulum, occupauerat. Ejus (Aſg) filius erat Thorer Holltenſis, Thorleifi Kraki, a quo ortum ducunt Skogverii; item Thorgrimi *Magni* & (n) Skorar-Geiris pater. Niall Bergthorshvale, praedio Landeyenſi, habitabat, alteram villam Thorolfsfelli habens

(f) i bernſkv.] B. R. Chh. ſ barnæſku. E. á barns æſku.

(g) Arngvdr.] H. K. L. Arnþrúdr, *bis & infra legunt.*

(h) Gollnis *ex Cod. B. recepi, nam ita* Landnama *legit, & ipſe* A. *impr.* pag. 204. E. Gaullnis. A. Gollings. C. Gellings. R. Gaullinsſonar Ofeigsſonar. K. L. Gielleſsonar. N. Gollingsſonar.

(i) Niáls.] R. Þorgeirs, *ſecundum* Landnam. *utrumque forte verum.*

(k) Ars.] K. L. As. H. in marg. Aſs. E. Aſkels. R. Aſkels Hrapsſonar hins. Landnama, *Aſksr.*

(l) fyrir v. M. fliót, neſciunt R.

(m) veſtan.] B. C. E. auſtan, oriente, *quod quidem rectius.*

(n) Ante Skorargeirs R. add. Þorgeirs. *recte; illud enim agnomen eſt, ſine dubio inde tractum, quod in fiſſuram v. forulos rupis maritimae* [*Isl.* ſkorur] *per funem degreſſus* VII. *homines occideras, vid. pag.* impr. 252.

habens. Vir erat praedives opum, (o) formaque pulcher, sed imberbis: juris adeo consultus, vt ei par inueniretur nemo: ad hoc sapiens, diuinusque: tam salubriter consulens ac beneuolus, vti omnia, quae suasisset aliis, bene succederent: mansuetus idem ac (p) liberalis ingenio (q), cuique ipsum consulenti nodum expediuerat. Uxor illi fuit *Bergthora* nomine, filia Skarphedinis; (r) virago insignis, ingeniique liberali homine dignissimi, sed paullo (s) seuerioris. Seni his fuere liberi, tres filiae, filiique totidem, quos omnes haec narratio infra tanget.

CAP. XXI. p. 31.

De Unna & Gunnare.

Hic de Unna sermo repetendus est. Ea, postquam omnia quae moueri poterant sua consumsisset, iter Hlidarendum ingreditur: cognatam suam Gunnarr liberaliter excepit, illaque apud eum pernox mansit. (t) Postero die, cum sub dio considentes colloquium facerent, eo mulier sermonem deduxit, vt, quanta rei pecuniariae angustia premeretur, illi significaret. Ille, Male factum, inquit. & ea: Quid ergo mihi remedii praestabis? Respondet: Tu pecunia

(o) vænn at álíti.] R. vænn maðr ýfirlitz. en sá hlutr var á (at) ráði hans at honom v. e. ſt. — id vero vitium inerat in natura sua, quod esset &c.

(p) drenglyndr.] I. K. L. M. N. drengiligr.

(q) Post drengl. addunt E. R. lángſýun ok lángminnigr (lángvinnſugr E.) (futura) longe prouidens, & (factorum in se) diu memor (lentus in exsequendis negotiis).

(r) kvennſkörúngr.] I. K. L. M. N. kvennkoſtr, mulier praestantissima.

(s) ſkaphørð.] R. hørð, durioris.

(t) um daginn eptir.] R. E. um (of) morgininn, mane.

mea, quam habeo hac illac occupatam, quantum (u) opus habes, vtere. Illa: At ego tuas decoquere nolo facultates. Gunnarr: Quid ergo vis (faciam)? Volo dotem meam tu ab Ruto repetas, ait mulier. Ille vero: Vereor, vt id ſuccedat, inquit, cum pater tuus (v) repetendo impar fuerit, qui tamen homo erat juris peritiſſimus, ego vero ſum imperitus. Mulier reſpondit: Rem eam Rutus obſtinatius quam juſtius perſequebatur, & quod pater meus erat ſenex, ſatius vulgò videbatur, ne contendere inſtarent. caetera nemo eſt (x) mihi cognatorum, qui hanc in cauſam, ſi tu non ſuſtines, deſcendat. Ille contra: Audeo ſane pecuniam iſtam exigere, ſed rationem inſtaurandae litis non teneo. (y) I tu Bergthorshvalem, reſpondit, Nialem conueni: ille conſilia facere poterit, tibi quoque magna conjunctus amicitiâ. Et ille: Spero fore, vt mihi, quemadmodum omnibus aliis, ſalubre conſulat. Is eorum colloquii fuit exitus, vt Gunnarr actionem ſuſciperet, mulierique in rei domeſticae vſum, quantum eguit, praeberet. Poſt domum reuerſa eſt. Mox Gunnarr conuentum Nialem equitat, a quo benigne exceptus, quam primum in colloquium veniſſent, ita infit: Venio abs te bona conſilia petitum. Niall reſponder: His multi meorum amicorum digni ſunt (z): tibi tamen plurimum ſtudii nauare decreui. Ille porro: (a) Notum tibi faciam, quod ab Unna condictionem in Rutum ſuſceperim. Cui Niall: Res magnae difficultatis, euen-

(u) þarft.] I. K. L. N. villt, voles.

(v) ſeck eigi heimt.] R. gat eigi ſótt ſeit, — pecuniam. E. gat ecki at giort, nihil in ea re effecerit.

(x) minn fr. — mál ef.] E. R. ſ minnſt ætt er fylgi ef, e mea familia, qui (mihi) operam conferat, ſi. || at gángi ꝛc.] Fr. b. at taki vid málinu, qui ſuſcipiat cauſam.

(y) farðu — að Bergþorsh.] R farðu — nidri að Bergþ. deſcende Bergth.

(z) Poſt makligir inſerunt R. E. at ef leggia til þat ſem heillt er (heillt ráð til) quibus, quod ſalubre eſt, conſulam (ſalubre conſilium dem.)

(a) kunnigt.] E. heyrirkunnigt.

euentusque valde ambigui: at nihilo secius, quod bene succedere puto, tibi consulam, (æ) idque, dumne tu quopiam (a praescripto) digrediaris, proderit: si veró (b) aliter feceris, vitae periculum adis. Gunnarr: Nuspiam, inquit, digrediar ego. Tum Niall parumper tacuit, moxque hunc in modum loquitur: Ratio mihi meditata est, quae quidem valebit.

Cap. XXII.

p. 32.

Consultatio Nialis.

Igitur duobus cum comitibus domo proficiscere, lacernâ summo amiculo indutus, sub hac (c) tunica ex panno promercali fusca, & eâ, quae tibi pretiosior vestis, intima vtere, manuque paruam praefer securim. Binos quisque vestrum equos adhibete, alterum habitiorem, alterum strigosiorem: tuque hinc *fabrilia* (mercimonia) vehito. Crastina statim luce iter ingrediminor, & postquam trans amnem *Album* ad occidentem ventum est, fac promineat (d) demissus ob os pileus. Tum, qui sit mirus ille homo, rogabitur: comites tui *Hedinem venalitium* illum celebrem esse praedicanto, hominem (e) Eyafiördensem, cum fabrilibus obeuntem: nam ille homo iracundus & loquax, se solum omnia scire credit, (f) saepe numero resignat pacta, in homines inuolat, scubi ad ipsius lubidinem non fiunt (g) omnia. Tu in Borgarfiördum occiden-

(æ) þat.] E. R. þer, tibi.

(b) giorir eigi sva.] E. bregdr af, discedis a praecepto.

(c) saulvvadar kyrtil.] R. vaurovadar kyrtil.

(d) hattinn miok. þá man.] R. hatt þinn. miok mon, pil. tuus. Curiose (rogabitur)

(e) eyfirdzkr.] R. austfirdzkr, e prouincia orientali.

(f) optliga.] E. R. miok.

(g) Post giort addunt R. ok mællt, & dicuntur.

cidentem verſus equita, fabrilia paſſim venditabis, & vbi contraxeris, ſaepius reuocabis: quô rumor increbreſcet, Hedinem *venalitium* eſſe hominem commercio difficillimum, minimeque falſo diffamatum (h). Tu in Nordardalum equo vectus, mox in Rutaſiordum, tum (i) in Laxardalum, donec Höſkulldſtados veneris, pergito. Hic nocturna manſione vtere, extimum locum occupans (k) dejecto capite. Höſkulldus prohibebit, ne cui ſit res cum Hedine *venalitio*, dicens eum eſſe hominem parum comem. Tu poſtridie mane decedens inde, ad citimam Rutzſtadis villulam deuenies: ibi proponito fabrilia, &, viliſſimis quibusque depromtis, rupturas pulſu mallei complanare ſatages (vitioſa impudenter commendato). Colonus intuens, vitia obſeruabit: cui tu, merce ſtatim extorta, male loquitor: at ille dicet, non inopinato fieri, vt erga ſe minus bene tu, qui in omnes alios male, te praebeas. tunc tu inuola in eum, ſis licet inſuetus, & viribus tamen ſatis tempera, ne, qui ſis, appareat (l). Mox (m) Rutzſtados mittetur, qui Ruto nuntiet, ſejungi vos opus eſſe. Ille confeſtim (n) veniens, temet ad ſe inuitabit, neque id reſpues: ſalutabis Rutum; is benigne ſuſcipiet. Dabitur tibi locus in ſcamno inferiori, e regione ſedis Ruti primariae. Rogabit, num ſis a regione boreali? Oſten-

(h) Poſt logit ſr. h. add. Fragm. b. Þat er illt er, de malis rebus. || Þú ſt. rida t. M. — kemr á H.] R. tantum: Þú ſkallt rida á Hauſkulldsſtadi, Höſk. equitabis.

(i) til Laxárdals.] E. Lagxárdalsheidi, per teſca Laxardalica.

(k) ok dreya u. hoſdi, omittunt E. I. K. L. M. N.

(l) Poſt kendr, addunt E. R. ok eigi ſe grunat, neue ſuſpicio moueatur.

(m) ſendr m. — ſegia Núti.] R. ſent eptir Núti ok ſagt honom, arceſſetur Rutus, eique (res) indicabitur.

(n) fara ꝛc. — þiggia.] R. E. ſenda eptir þer (ydr) ok ſkalltu þá fara þegar (þángat) te (vos) accitum mittet, tuque ibis ſtatim (ad eum.)

Oſtendes, te genere Eyaſiördenſem. Ille porro, an (o) virorum celebrium copia illic ſit? quaeret, dices, iis eſſe affatim (p) nequitiae. Tibine Reykiardalenſes innotuerunt? inquiet, tu vero; omnis (q) Islandia mihi innotuit. Perget: Sunt in Reykiardalo magni nominis praeliatores? Tu contra: Fures (r) ibi & flagitioſi homines. Hic Rutus arridebit, habebitque id delectamento. De incolis (s) prouinciae orientalis (t) loquemini: hos tu etiam (u) aliquo p. 33. ſtringe vituperio. (v) Sermone veſtro in Rangarvallos delato, negabis illic eſſe praeſtantem virum, ex quo Mördus Gigia obierit: (x) tumque (y) carmen quoddam pronuntiabis, quo Rutus delectetur; nam tibi venam eſſe poëticam (z) ſcio. Ille ſciſcitabitur, quid potiſſimum adferas, quare iſti par non poſſit prouenire. Reſpondebis: tam ſapientem, tamque celebrem fuiſſe (a) cauſidicum, vt (æ) nihil vnquam in dignitate ſua tutanda offenderit. Porro ille: Numquid tibi cognitum, quomodo res ſit geſta inter nos? Cognitum eſt mihi, regeres, quod te vxore priuauerit, neque tu prohibueris. Hic Rutus reſpondebit: Illene tibi videtur offendiſſe, quod (b) pecuniam (dotalitiam)

(o) ágætir menn.] E. R. Chh. ágætis menn.

(p) klækiſkap.] E. klædisſkap, *quod, ſi non eſt mendum*, luxum veſtium *denotare poſſet.* || *Hic incipit lacuna Cod. B.*

(q) Ísland.] E. land, regio.

(r) Poſt þiofar inſerunt R. miklir, inſignes.

(s) Austfirdínga fiordúngi.] R. Austfiordom, Oſtfiördorum.

(t) tala.] E. hafa vidmæli, colloquium habebitis.

(u) fá nockvt.] E. R. leggia aullom nock. omnes &c. Fragm. b. finna aullum.

(v) tal ykkat m. k. á R.] E. R. þar mun koma (um) tal ykkart. at þit mvnot koma á Rangárv. ok tala þar um menn, ſcrm. v. eo deducto, vt deueniatis in R. deque incolis ejus pagi colloquamini.

(x) qued þá *uſque ad* ſkáld neſciunt R.

(y) víſv nokkura.] E. M. víſur nockurar, *plural.*

(z) Poſt ſkáld addit E. gott, benignam.

(a) málafylgivmadr.] R. lagamadr ok málafylgis, juris conſultum & cauſid.

(æ) alldri v. á. v. høfd. h.] E. engi fanzt hans maki, ei par ſit inuentus nemo.

(b) fenv.] G. málanom, dotem. Id. omittit en bió þ. t. málit.

litiam) non recuperauit, quamquam ipſe inſtituiſſet actionem. Tu: Hic tibi reſponſum facile dabo, inquies: tu hominem ad (c) certamen ſingulare prouocâſti, ſed, cum erat ſenex, amici ſui, ne pugnaret tecum, ſuaſerunt, eoque pacto litem ſuppreſſerunt. Rutus: Ego quidem prouocaui, ajet, neque id legitimum imperitis hominibus non videbatur: tametſi actionem in aliis comitiis redintegrare licuit, modo ille animis valuiſſet. hoc ego, ai tu, ſcio. Tum te percontabitur: Num quid juris tenes? Tenere videbar in prouincia mea boreali, dicito: ſed me tamen doceas oportet, vt actio debeat reſtaurari. Rutus rogabit, quam dicas actionem? Eam, inquies, quae (d) nihil mea intereſt: nempe quomodo inſtaurari debeat Unnae (e) dotis repetitio. Ea de cauſa, ajet Rutus, coram ſum citandus, ſiue in legitimo domicilio meo. Dicam quaeſo nunc pronuntia, inque tu, atque poſt ego. Tum ſolenni formula citabit Rutus: tu vero diligenter aduerte, quibus (f) vocibus vratur. Mox te recitare jubebit: recitabis dicam, ſed vitioſe, ita vt verba tantum alterna congruant. Hic ſubridebit Rutus, nihil te ſuſpectum habens: tamen adjiciens, pauca omnino ad normam accedere. tu vero in comites tuos conjicito culpam, quod (*) te obturbauerint: eumque mox, vti te verbis praeeat, rogabis, permittatque tibi, vt poſt repetas. Qua re permiſſa, ſemet ipſe vocabit in jus: tuque poſtmodum citabis eum, rectam efferens formulam: tumque de Ruto quaeres, an legitima ſit citatio? ille reſpondens, (g) eam poſſe refelli negabit. Tum tu adeo (h) clara voce, vt comites tui exaudiant, proclamabis haec:

(c) til einvígis.] E. á hólm, in arenam. R. á hólm of til einvígis. *vid.* Cap. XXIV.

(d) ſkiptir engv.] M. vardar ecki um.

(e) fiárheimtuna.] R. mál, cauſa.

(f) ord.] E. R. atquæbi.

(*) glapit þik.] Fragm. b. afglapat fyrir þer.

(g) þat.] R. hann, ſe p. refellere.

(h) hátt.] E. R. lágt, demiſſe (ita tamen vt &c,)

haec: Ego (te) de cauſa, quam Unna Mördi filia (mihi) ſtipulata manu tradidit, in jus voco. Vos autem, familiâ noctu conſopita, (i) ſurgite, frena veſtra ephippiaque ſumite, ſilentio egrediminor, haec in paſcuum ad pinguiores equos deportate, his vehiminor, caeteros autem relinquite. Ex pecorum do- p. 34. meſticorum paſcuis aſcendite, ibique per tres noctes manetote; nam tamdiu fere vos quaeſitum ibitur. Poſt ad meridiem verſus domum pete, de nocte ſemper equitans, ſed interdiu (k) requieſcens. Nos autem hac aeſtate adibimus comitia, in judicio tibi adfuturi. Gunnarr, actis Niali gratiis (l), primo ſeſe domum conuertit.

CAP. XXIII.

De Hedîne *Venalitio.*

Binis poſt noctibus Gunnarr duobus comitatus viris iter domo ingreſſus eſt. Perrexerant in viam montanam vſque Blaſkogenſem, (m) quum equites quidam iis occurrêre, (n) percontantes, qui magnus ille homo ſit, (o) parum adeo facie conſpicuus. Comites Hedinem *venalitium* indicant. Illi ſperandum negant (p) pejorem quemquam tali praecurſore ſibi poſt occurrere poſſe. vnde mox homines inuaſurum Hedinn ſimulauit: ſed tamen ſuam vtrique viam proceſſerunt. Gunnarr (q exacte) ſequutus (r) praeſcriptam ſibi normam, & Höſkuld-

(i) uppſtanda ex Codd. E & R. *recepi.* mox E. omitt. taka h. y. ok ſadulreidi.

(k) liggia.] E. ſofa, dormiens.

(l) Poſt þackadi h. add. E. R. ráðagerðina, de facto ſibi conſilio.

(m) þá riðv — þeim.] E. R. ok fundo þar menn er foro í mót h. cum offenderunt quosdam obuiam ſibi euntes.

(n) ok ſpurðv.] iid. þeir mennirnir ſp. illi ipſi homines (quaeſiuere).

(o) er ſva litt var ſyndr omitt. R.

(p) hins verra.] E. ſer þar ills, malum hominem.

(q) med allv.] R. Fr. b. med alls ráði.

(r) ſem fyrir h. v. lagt.] E. ſ. honom var ráð til gefit, datum ſibi conſilium.

Höſkulldſtadis nocturno hoſpitio vſus, inde (s) per *vallem* deſcendens ad confinem Rutzſtadis villulam deuenit: vbi mercimoniis veno poſitis (t) Hedinn ruſticum inuadebat. Qua re ad Rutum perlata, Hedinem ille miſit arceſſitum: ſtatim ad ſe venientem hoſpitaliter accepit, ſeſſionemque ſibimet aduerſam illi adſignauit. Verba faciebant (u) praeſagio Nialis admodum congrua: (v) ſermone vero in Rangarvallos delabente, ac Ruto de incolis ejusdem tractus percontato, hoc ille cecinit carmen:

(x) Dignos virorum ſanè nullos nomine
Dictare gens eſt clanculum

Audita

(s) eptir balnum.] I. eptir bæum, ſecundum villas.

(t) Ante Hedinn inſerunt E. & R. ok ſelldi *) þriá ſmíðisgripi. bóndi fann breſtina (at á var ſmíðinu. *haec neſc.* E.) ok kalladi fals (î), tria ex fabrilibus vendidit. colono, fiſſuris notatis, quae fabrilibus inerant, ſe falſum praedicante, Hed. *) Fragm. b. legit ſumt, quaedam, & *ita deficit.*

(u) ætladi.] E. R. gat til, conjecturae.

(v) *His & carminibus omiſſis* Regg. *ſtatim:* Rútr ſagdi honom hverſu upp ꝛc.

(x) *Ordo verborum carminis hic eſt:* Síſt ad ſnuv erv menn eptir á 1) Ráungárvollvm. ſíkt talar 2) aull þióð í hliðdi. þat er opt heyrt. 3) Mordr, α) ek frá 4) Gígiv 5) gerdv 6) markvnnar gunnhíðar. β) úngr ſeima 7) ſlavngvir var ſíkr at 8) ſpeckt ok ríki.

1) H. I. K. L. N. Rángárvollu, *Accuſ. pro Ablat.* 2) E. aulld. 3) E. P. Mord — Gígu. 4) M. O. Giga. 5) M. gerdi rell. Chh. giordi. 6) D. I. & H. in marg. markvnnann pernotum (reddidiſſe). H. K. L. má kunna, *mend.* 7) O. ſveigir ſlaungu, ſunditor. 8) E. meckt, potentia.

α) *Quoniam* Mordr *hic caſu Nominativo, ſed cognomen* Gigia *Accuſativo poſitum, non eadem perſona eſſe poteſt itaque, cum* Mordr & Rútr *idem ſignificent, nempe* arietem, *hunc illius nomine a poeta caſu Vocativo appellatum puto, &, ne ab Textu ſine cauſa recederem, ita explicavi. Cui hoc non placet, adſumere poſſit ad Nominativum.* Mordr *duas ſtrophas ultimas (Parentheſi,* frá ek — markvnnar, *incluſis) &* úngr *pro* adoleſcens *capere, hoc modo:* ſíkr ſeima ſlavngvir at ſpect ok ríki var Mordr úngr, *tantus vir ſapientia & opulentia fuit Mordus jam ab adoleſcentia. ſed hoc mihi minus arridet;*

neque

Audita cuncta ſæpius, ſuperſtites
Campis in eſſe Rangicis.
Mî, Rute, cognitum dediſſe Gigiam
Enyus procellas inclytas.
Tanta neque vllus fuerat auri fundito
Sapientia & potentia.

Hic Rutus: (y) Tu Hedinn poëta es, inquit: ſed audiſtine, quod me inter & Mordum contigit? Mox Hedinn alterum carmen addidit:

(z) Audiſſe meque, circuli, quod lucida p. 35.
Rectrice fili conſilîs.

---

neque enim ſic poëta Mordum tam vehementer laudat. Ceterum Codd. E. P. Mord Gígu *Accuſatiuo, & Cb. M. O.* Mordr Gíga *Nominatiuo legentes, unam tantum perſonam agnoſcunt, omneque dubium tollunt. ita vt, qui id maluerit, reponere poſſit* Mordum *pro* Rute. β) úngr *pro* ungr *l.* ungr *potius metri cauſſa, (ne ſc. plena foret conſonantia pro ſemiplena) quam bona Orthographiâ ſcriptum. Hic* Ch. O. *legit* einginn. P. einge, *nemo, quod vtrumque vſitatius.*

(y) ſkáld — Hedinn, & Hedinn — vísu omittit. E.

(z) *ordo vocum in hoc carmine talis eſt ſecundum impreſſ.* Ek vænti 1) ok hafa heyrt at hrings álmr rænti þik 2) huſti α) biartrar þráds iardar með β) vndir 3) gerdar rádum. Halldendr ſkialdar redv hodda 4) hlæði at 5) hann berdiz ei við þik. ádr 6) ravd ſeima ſneidir ſverd.

1) D. hafa ek, me. || E. O. P. Q. S. heſi eg (audiui). 2) E. O. biartri (M) hriſti, candida Dea. Q. biartr hriſtir, lucidus quaſſator. 3) E. gerdir. 4) E. O. hlæðv, id. *ſed faemin. gener. ſecut cognomen* Hræda. 5) omn. Chh. eigi (ekki) berdiſt, *idque rectius quam ei.* 6) H. I. K. N. Q. S. hand, obtulit, porrexit gladium ɔ: pugnauit.

α) *Quid* hvſti *ſignificet, equidem ignoro: ſed tamen, quum mendoſam judicare lectionem non audeam contra tam multorum Codd. fidem, conjicere licebit, hanc vocem eandem eſſe ac* hósti, (u *pro* o, *quomodo ſupra in* ungr), *quae* jugulum *denotat: & hunc pro collo, vt partem pro toto, poſitum eſſe: unde ſenſus emergit:* collum candida. Iord, *Diuae Eddicae nomen, quo omnes foemi-*

Soli peritus, fraudulentae machinae,
Confido te priuauerit.
[Pro dote] ſuaſerant coactori illi opum,
Tecum, tenentes ſcutula,
(At ſanguine olim ſector auri tinxerat
Enſes), vti ne cerneret.

Tum Rutus ei rationem intendendae actionis promit, prior formulam recitat: ille vero poſt repetit, (a) idque vitioſo citandi modo. Unde Rutus ſubridebat, nullam adductus in ſuſpicionem. ſed ab Hedine, vt formulam iteraret, rogatus, id fecit. Hic igitur formulam denuo profert, idque legitimam, ſuos anteſtatus comi-

---

faeminae recte appellantur: ergo þráðs iorð, mulier. *Sed ita verbum* rœnti *cum Genitiuo conſtructum, quod plane ab uſu communi recedit. Haec conjectura quamquam ſenſum parit haud inconuenientem, eam tamen, quod incertus veri eſſem, in verzendo carmine non ſequebar: ſed verba in ordinem aliter atque ſupra redegi, lectionesque diuerſas ex* Codd. E. O. *&* M. *quae multo faciliores ſunt explicatu, magisque communi vocum conſtructioni congruunt, recepi; hunc in modum:* þríngs iardar álmr rœnti þik biartri þriſti þráðs. *Per* þrings iorð *ſ. ſolum circuli, clypeum intelligo; nam* baugiorð *in Edda Snorr. abſolute pro* clypeo *ponitur:* baugr *autem &* þríngr *ſunt ſynonyma. Sed & alio modo* þríngs iorð *ſcutum denotat, ſc. quod clypeus in Edda appellatur* vopnaland *ꝛ: ſolum in quo ferrum ſiſtitur: jam vero* þríngr *gladii nomen eſt (idque ſine dubio proprium): vnde ſolum circuli hoc etiam modo ſcutum ſignificat. eadem id ratione* lœgdis œið *dictum in Heimskringla Tom. I. pag. 99. Itaque* þríngs iardar álmr, *clypei expertor ſ. vir.* þriſt, *diuae Eddicae nomen:* þráðs þriſt, *filorum dea ſ. mulier: & quidem* þriſti *Ablat. pro* þriſt *per Paragogen.* β) vndir-giorð, *quemadmodum* undirmál, *pro dolo clanculum ſtructo ſ. aſtutia capio.*

(a) ok ſtefndi rángt ꝛc. — M. dóttur.] R. E. ſtefndi í annat ſinn ok ſtefndi handſelldri ſauk U. M. dóttur. (*mox ſolus* E.) ok heyrdu þat ſaurnautar hans er vattarnir vóro, altera vice (Rutum) vocauit in jus, de cauſa, quam ſibi &c. idque audiebant comites ipſius, quos pro teſtibus adhibebat.

comites, quod (Ruto) dicam intenderet, quam ſibi mandaſſet Unna Mördi gnata. (æ) Veſpere aliorum ritu hominum ad quietem iuit. ſed, vt Rutus ſomno jam ſuccubuerat, (b) veſtes induti (hoſpites), armisque adhibitis egreſſi, (c) properant ad equos: atque ſuperato amne, per partem vallis, qua jacet (praedium) Hiardarhollt, montana verſus pergunt, quouſque vallis deſinit: & in jugis hanc inter & (d) Haukadalum ſubſtiterunt, abditum locum, vbi nequirent reperiri, niſi quis (ex inſperato) in eos incidiſſet, nacti. Hac ipſa nocte Höſkulldus (in villa ſua) Höſkuldſtadis e ſomno excitus, omnes domeſticos ſuſcitauit: Vobis, inquit, ſomnium meum enarrabo: Exiſtimaui cernere me vrſum aedibus exeuntem, tantae magnitudinis, vt (e) perſuaſum habuerim parem illius non inueniri: haeſerunt ei duo (f) pulli, benevolentes animali: vrſus recta petiit Rutzſtados, iſtaque tecta intrauit: quo viſo ſum expergefactus. Vos igitur, quid in homine illo ingenti notaueritis, percontari volo. Quidam domeſticorum retulit: Vidi fimbriam auream, coccinumque ſub manica (penulae) exſtantia; dextera geſſit annulum aureum. Tum Höſkulldus: Neminis hoc (animal) genius eſt, niſi Gunnaris ab Hlidarendo, remque nunc ſero perſpicere mihi videor. Proinde Rutzſtados equitabimus. (g) Ita faciunt.

(æ) haun for til ſveſns — vm kvelldit omittunt R.

(b) klædi ſin — ok forv.] R. favng ſín ok hęſdv, ſarcinas ſuas collectas portauerunt ad &c.

(c) ok fórv til h. ſ.] E. P. ſvdlar þeirra hęſdv vardveittir verit i ſmidiu (einni ſtemma). tóku þeir þá ok hęſdv til h. ſ. ephippia ſua, quae repoſita fuerant in fabrica ferraria (vaſario quodam), accipiunt & portant ad equ.

(d) Havkadals.] E. R. Haukadalsſkards.

(e) viſſa ek at — dyrs maki.] R. hęſi ek eigi ſet þeſſa dyrs iafnſingia, hujus animantis parem non viderim.

(f) húnar.] R. hundar, canes.

(g) þeir gerdv ſva. Rútr.] R. þeir gengo út allir ok (E. ſequ. l. þeir) foro á Rutzſtadi ok drápo á dyr. en madr geck út ok lauk upp hurdinni. þeir gengo þegar inn. Rutr ꝛc. omnes foras egreſſi, Rutzſtados tetendêre, foresque pulſauêre. quidam autem domeſticorum egreſſus ianuam recluſit, hoſpitesque ſtatim intrauêre.

p. 37. (y) Euenîat ſane haec, Rute, res; ego ad omnia promtus
Hacce die ſum alacerque animi: tu
Me poſcente vt eas in arenam, qui galearum
Et clypeûm das murmura, mecum.
Hoc ego conteſtor, qui praebent vocibus aures,
Hedinis validè forê clauſos.
Nunc niſi, partor opum, numeratò ſoluere malis
Dotem Nymphae pepla ferentis.

Mox

(y) *Verba hujus carminis ita in ordinem videntur redigenda:* 1) Þat ſkal 2) æ, α) Hrútr, (at) ſkora (þer) 3) hialldrvdr ſkiallda 4) ok hiálma 5) á hólm vid mik. at 6) hvarv hef ek gódan óð í dag. Þeir Hedins β) gáttar herdendr 7) er heyra, ſe nú váttar. nema 8) avð 9) avlr vilir greida út mvnd refils grundar.

1) E. K. þer ſkal ek hratt at ꝛc. ego te promtè prouocabo. || P. þer ſk. ek hratt med hiſri hefia óð í d. g. gánga á h. ok h. ego tibi (tecum) hodie promte excitabo galearum odam (ſtrepitum belli-eum) gladio, & deſcendam in arenam. *per Hyſterologiam.* 2) O. ei, id. 3) H. I. L. N. Q. S. hialldrud, *Dativo caſu.* K. hialldr rudr. E. hialrs rudr. || O. hialldvardr, defenſor murmurum (galearum, & clypeorum). 4) ok *excidit in* E. 5) á *neſcit* C. 6) S. hvsru. Q. hvsrin. 7) er *omittit* C. 8) E. K. auds u. — vilit gr. avdmund ꝛc. *obſcuro ſenſu.* || P. eydir, *conſumtor.* 9) H. L. aulver. O. álmr. || P. auds, opum.

æ) *Huc etiam admiſti poſſet* at hvarv; *vel hoc ſenſu: Alterutrum euenier, vt aut deſcendas ad pugnam, aut ſoluas dotem. vel: Hoc omnino euenier, quomodocunque res ceſſerit, vt pugnes mecum, niſi ſoluas. ſi illud,* at hvarv *idem ſit oportet, quod* at sdru hvarv: *ſin hoc, idem quod* at hvaru ſem verdr. *Mihi vero potius viſum,* hvaru *ſenſu vulgari capere pro quauis l. quouis, ſubaudito* máli, *re, negotio, (quod certe hic ſubauditur), quam iſta fingere.* β) Hedinn, *rex exercitus ductor, de quo Edda Sn.* gátt, *janua, quae hic pro* hurd, *fores, & hae iterum Synecdochice pro tota domo, quae regum belligerantium* ſkialldborg *(munimentum clypeis conſtructum ſ. corona clypeata) audiebat. ideo* Hedins gátt, *ſcutum. quemadmodum in carmine Edd. de Hedino illo & Höguio, ſcuta vocantur* hurdir Hiarranda. Hedins gáttar herdendr, *qui clypeum firmiter objiciunt ſ. eo ſe valide proſequnt.*

Mox Gunnarr cum toto (z) comitatu ſuo ab judicio abſceſſit: item Höſkulldus ac Rutus ad ſe reuerterunt, cauſa neque acta neque defenſa vlterius. Ingreſſus tabernaculum Rutus: Antehac, inquit, mihi nunquam contigit, vt ad (a) pugnam ab aliquo prouocatus me ſubtraxerim. Et Höſkulldus: (æ) Dimicare tu quidem cogitas; id vero, ſi res penes me, non fiet: nam nihilo propius (virtute militari) ad Gunnarem accedis, quam ad te Mördus: quare potius nos ambo pecuniam Gunnari repraeſentabimus. (b) Dein requiſiuere fratres a ruſticis, quid (pecuniae) conferre vellent: hi omnes collaturos ſe, quantum Rutus poſtularet, dictauêre. Adeamus igitur tabernaculum Gunnaris, ait Höſkulldus, pecuniam diſſolutum (c). Quo ſibi nuntiato Gunnarr in oſtium tabernaculi prodit (d). Ad quem Hoſkulldus: Iam accipiendum eſt pecuniam. & Gunnarr contra: Iam numerandum, inquit; nunc enim ſum paratus accipere. Soluitur plena manu pecunia, Höſkulldusque addit: Fruere tu (hac) vt peperiſti. (e) Gunnarr, quod ſequitur, carmine reſpondit:

(f) Nos, qui lubenter didimus numos, ſine
Timore damni propter id fruemur his,

Quod

(z) ſavrvneyti.] E. R. lidi.

(a) hólmgongv.] iid. einvigi, cert. ſing.

(æ) þat mvnt þú ætla — ef ræd.] E. eigi ſkaltu beriaz vid Gunnar (*haec & R. poſt* ſkal þat.) ef þú villt mín ráð hafa, non dimicabis cum Gunnare, ſi meis vti vis conſiliis.

(b) *Hic inſerunt* E. R. hættv þeir þá talinv, mox colloquio finem fecerunt.

(c) *Huc addunt* iid. ok kollodv hann út, & euocarunt eum.

(d) *Huc etiam* iid. add. ok mevn med honom, ſuique cum eo.

(e) R. *omiſſo carmine legunt*: vel monom ver nióta ſegir Gunnar. þvíat saunn er fiárheimtan. Rutr ꝛc. proſpere fruemur (pecuniâ) inquit, juſta enim fuit repetitio pecuniae.

(f) *ordo verborum in hoc carmine mihi ſalis eſt*: Nuds 1) æſki meidar 2) mvnv fyrir því óttlavſt nióta, at hvergi liugum til peninga 3) hiordings 4) hægs *). En 5) ri-

Quod nuſpiam ementimur, ille concitor
Quas praeliorum poſſidet, pecunias.
Acceptus autem, ſanguine lupo ſi labra
Nos irrigârimus puellae commodo
Nobisque laudi, pejus hôc multo foret
Impiger & acer geſtor ignis caſſidum.

p. 38. Ad quae (g) Rutus: Malum tibi dabitur praemium, reſpondit. Vertat ea res, vt poteſt, inquit Gunnarr. Redibant ad tabernaculum ſuum Hôſkulldus & Rutus, cum ille, admodum quam commotus animo, huic loquitur: Credam Gunnarem hujus iniquitatis poenas nunquam daturum? Rutus ait: Haud ita; dabit

---

5) riódvm ver vitnis 6) varrar flióði 7) oſ oſs, þá 8) færr 9) errinn hravſtr hiálmá fyna álmr enn 10) verr.

1) C. I. eiki meidar, vectores. M. N. O. Q. eyki meidar id. v. augentes. || H. L. S. ecki m. non. *interrogative.* 2) C. M. O. munum, *prim. perſ. plur.* 3) C. M. hiarþings. H. L. hiarþúngs. 4) K. hregs, procellae. *ita conſtructis verbis:* æſti meidar hiarðings hregs m. — nióta avðs, qui lubenter procellam pugnae faciunt — fruentur nummis. 5) E. tióðum. K. tiáðvm, praebuiſſemus ſc: vitnis varrar, gladii labia, ɔ: *ſtrinxiſſemus acutum gladium.* 6) P. varir. C. H. I. K. L. M. vorar. 7) C. M. S. er, *pro* þer, tibi. þá færr er verr en oſs, res tibi, quam nobis, grauior cadet. 8) E. ferr. K. P. Q. fer. *ergo:* þá ferr en verr, tunc res pejus cedet *(ſc. quam nunc, cum dotem ſoluis).* 9) C. erðin. Chh. erfðin, hereditas, *Synecd. pro pecunia.* 10) I. vorð en oſs er ei erðin. *ordo igitur verborum:* en færr álmr hr. f. h. (at) ver riódum vitnis varrar. en þá er oſs ei vorð erfðin, etiam copia datur tibi confligendi, ſed nec ita depellimur pecuniâ. O. verðr en oſs erfðin, ſed ita noſtra erit pecunia. || Q. verð en oſs er erfðin. (ɔ: færr verð, en ꝛc.) praemium accipiet (poenas dabit) ſed noſtra erit pecunia.

*) hægr *ſine dubio idem quod* heggr, *i. e. arboris genus. Edd. nam* & æ *pro* e *ſaepe ſcribitur,* & *una geminarum elidituv apud poëtas: ſic ſupra* hregs *pro* hreggs. hægr hiarðings v. hiarþings, *qui conuentum gladiorum agit.*

(g) Rútr.] R. Hauſkulldr.

dabit vtique: nec tamen id nobis vindicationi aut honori veniet. caeterum quam eſt veriſimile, fore, vt ad amicitiam noſtrae gentis animum conuertat. His dictis colloquium dirimunt. Aes (quod acceperat) Gunnarr videndum Niali praebuit: isque, Proſpere jam, inquit, ſucceſſit res. & id (h) tuo quidem beneficio, ait Gunnarr. Poſt ex comitiis domos diſceſſum. maximamque hac ex re (i) gloriam indeptus Gunnarr, pecuniam omnem Unnae tradidit, nec hilum quidem inde (praemio) ferre voluit: tamen dicens exiſtimare ſe, plus de illa (k) & propinquis ejus, quam de aliis hominibus, in poſterum petere poſſe: (l) cui & mulier adſtipulata eſt.

Cap. XXV.

De (ſecundis) Unnae nuptiis.

Homo nominabatur *Valgardus*, Hoſi apud Rangam (amnem tortuoſum) habitans. Is erat filius Iörundi *Curionis*, (m) filii Rannveris *Stulti*, filii Valgardi, filii Æfaris, (n) filii Vemundi Ordlocaris (facundi), filii Thorolfi (o) Vöguneſi (naſo vehiculo ſimili), filii Thrandi *Longaeui*, (p) filii Haralldi Hilldítanni, filii Hræreki (q) Slonganbaugi (munifici). Mater Haralldi Hilldítanì

(h) af þer tilleitt.] R. af þ. til hlotit, a te contigit.

(i) ſæmd.] R. virding, exiſtimationem.

(k) ok.] R. eda, vel.

(l) hon quad þat ſva vera.] E. R. h. qvedi þetta jafnan muna ſkylldo, cujus rei ſe ſemper memorem fore affirmauit.

(m) Rannvesſonar h.] E. R. Hrafnsſonar hins h.

(n) Vemvndarſ.] H. I. L. M. N. Vermundarſ. E. Hámundar.

(o) Vøgvneſs.] E. Voganeſs. R. Vaganeſs. || H. K. L. Vøggvneſs, naſo cunarum ſimili. || M. N. Vogneſs, muculentis naribus.

(p) *Hic inſerit* F. Hræreksſonar. *qui tamen frater videtur fuiſſe Thrandi, non pater.*

(q) *Hic id. Cod. inſerit*: Hálfdánarſonar, Fródaſonar, Hræreksſonar.

ditanni fuit Auda, Ivare Vidfadma (longimano *) nata, filio Halfdanis Sniallí (ſtrenui). Valgardi *Vafri* frater erat Ulfus *curio Eyrenſis*, cui ortum debent (r) Oddverii. Is Ulfus fuit pater (s) Svarti, patris Lodmundi, patris Sigfuſi, patris Sæmundi *Multiſcii* (t): ſed a Valgardo oriundus eſt Kolbeinn *Juuenis*. Iidem fratres, Ulfus curio Eyrenſis & Valgardus *Vafer*, in matrimonium Unnam expetitum ibant, eaque Valgardo ſine auctoritate omnium ſibi cognatorum nupſit: id quod Gunnarr & Niall, praeter multos alios, aegre tulerunt, quod homo eſſet ſubdolus & vulgo inuiſus. Filium ſuſcepêre *Mördum* nomine, cujus multa hic exſtat mentio. Is vt ad maturitatem aetatis venit, in ſuos conſanguineos, & inprimis quidem Gunnarem maleuolus, homoque verſutioris (u) ingenii atque maleſuadus exſtitit. Hic filios Nialis recenſebimus: quorum natu maximus vocabatur *Skarphedinn*: vir ſtatura magnus & manu fortis; armorum egregie, natandique artis phocae modo peritus: (v) pedibus multo perniciſſimus: (x) acer & intrepidus: (y) argutus lingua & promtus; plerumque tamen moderatus: (z) adhoc eximius poëta.
p. 39. Fuſca viro coma, vibratis ſuo ingenio capillis, pulchri oculi, facies pallida & ma-

---

*) *ſiue*, qui lato vlnarum complexu praeditus erat.

(r) Ante Oddverjar Reg. add. Sturlúngar eſ, Sturlungi &.

(s) Svarf.] Chh. Surts.

(t) Poſt Fróda addit K. ſødr Loptſ. ſødr Sæmundar í Odda. || R. inſerunt: Lodmundr Svartzſon var fadir Grims, ſødur Svertings, ſødur Vigdíſar móður Sturla í Hvammi, L. Sv. f. erat pater Grimi, Patris Sv. patris Vigdiſae, matris Sturlae in Hvammo.

(u) ſkaplyndi.] R. ſkapferdi. E. ſkapferdum.

(v) manna fóthvataſtr] E. nær m. fóth. prope omnium p. p. || R. ſkiótr á fæti. ſva at hann var m. fóth. adeo pernix pedibus, vt omn. p. p. eſſet.

(x) ſkiótr.] E. R. ſkiótrádr, conſilio promtus.

(y) gagnordr.] K. geigordr, obliquus in verbis, *vel* incommodus.

(z) ok ſkáld gott, neſciunt E. & R.

& macilenta, tuberculum naſo, editior gingiua, (a) magnaque oris deformitas: caeterum ſpecies (totius corporis) vel maxime militaris. Alter filius Nialis nomine *Grimus*, decora fuit facie, (æ) comâ pulchra & (b) nigricante: is formae gratiâ Skarphedinem vicit, eratque ſtatura magna & firmis viribus. Tertio Nialis filio *Helgius* nomen fuit: hic adſpectu formoſus, decoris crinibus, robore corporis, armorum peritia, ſagacitate ac moderatione bene praeditus. Omnes filii Nialis (tunc temporis) erant caelibes. Quartus Niale narus (c) *Höſkulldus* nominabatur, nothus ex Hrodnya Höſkulldi gnata, ſorore Ingialldi de Kelldis. Quaerebat Niall a Skarphedine, an matrimonium ambiret: qua re patris arbitratui permiſſa, in conjugium ei Thorhilldam petiit, filiam (d) Rannveris a Thorolfsfello: ideoque hic Niali alterum poſtea fuit domicilium. Skarphedinn Thorhilldam adeptus conjugem, tamen apud patrem aetatem exegit. (e) Grimus Aſtridam de Diuparbakko, viduam praediuitem ambiit, eamque accepit vxorem, ſed tamen apud Niallem agitabat.

CAP. XXVI.

De Aſgrimo & liberis.

Erat vir quidam nomine *Aſgrimus*; filius Ellidagrimi, (f) filii Aſgrimi, filii Ôndotti Krakae (cornicis). Mater ejus (Aſgrimi) nominabatur Iorunna, erat-

K 2

(a) miſk.] E. R. nockut, aliquanto.

(æ) ok hærdr vel, & *mox* ok fridari ſuum ex Sk. omittunt E. & R.

(b) dauckr.] R. ſvartr, atra.

(c) Hauſkulldr.] R. Hauſkollr.

(d) Rannviſs.] C. R. Rafns (Hrafns).

(e) Grímr bad.] E. R. til handa Grimi bad hann, Grimo vxorem — petiit.

(f) Aſgrimsſonar omittunt. R.

quæque filia Teiti, filii (g) Ketilbiörnis *Grandæui* de Mosfello: mater vero Teiti Helga Thordi gnata, filii Skeggii, (h) filii Hrappi, filii Biörnis Bunae, filii Grimi Ducis Sogniae. Mater Iorunnae fuerat Olofa Arbor (annonae restauratrix) Bödvare duce, Vikingakarii filio, nata. Asgrimo Ellidagrimi filio frater erat nomine Sigfus: cujus filia Thorgerda fuit mater Sigfusi, patris Sæmundi *Multiscii*. Socia cum Asgrimo educatione vsus fuerat Gaukus Thrandilis filius, vnus virorum (i) pulcherrimus & rebus optimis consummatissimus; sed euentu tam iniquo, vt Asgrimus (k) sodalem interfecerit. Duos Asgrimus genuerat filios, vtrumque nomine Thorhallum, bonae spei adolescentes. Adhoc illi gnatus nomine Grimus: gnata vero (l) Thorhalla, mulier singulari venustate (m), bonisque rebus praedita. Conueniebat Niall
p. 40 filium Helgium his verbis: Vxorem tibi destinaui, si vis consilium sequi meum. Volo sane, inquit hic; quippe scio, te cum bene velle, tum bene (consulere) posse: sed vbi destinasti?' Poscamus (ait pater) filiam Asgrimi Ellidagrimi filii; haec enim est virginum lectissima.

CAP. XXVII.

Helgius Niális filius vxorem petit.

Eidem paullo post Thiorsam (amnem taurinum) (n) transierunt, & (ad praedium) vsque Tungam iter faciebant, & apud Asgrimum, qui tunc domi prae-

(g) Ketilbiarnarſ.] E. Ketils (L. N. Ketils) Biarnarſonar.

(h) Hrapsſonar.] E. R. Hrafnsſonar.

(i) fríðaſtr.] C. frækuaſtr, fortidudine clariſſimus.

(k) hrap Gauk.] E. R. varð banamaðr Gauks, interfector Gauki fieret.

(l) Þórhalla.] E. Þóralla.

(m) Post fríðvzt addunt E. R. of kurteiſuzt, & morum elegantia. *mox*: of vel at ſer.] iid. of ger. í allu, ab omnibus rebus inſtructa.

(n) riðu þeir út yfir.] R. E. fara (kvomu) þeir of bidia konunnar: riðo veſtr yfir, profecti ad petendam mulierem, occ. veſt.

praesens: prolixe illos excepit, noctem exigebant. Postridie autem Niall, instituto inter ipsos colloquio, petitionem prorulit, Thorhallam filio Helgio in connubium poscens. Commodè suscipit Asgrimus; negat esse, cum quibus, quam illis, conuentionem libentius faciat. Itaque de conditionibus agunt; (o) resque ita confecta, vt Asgrimus Helgio (p) filiam sponderet, diesque celebrandis nuptiis diceretur. Huic conuiuio Gunnarr, multique alii optimorum interfuere. Quo absoluto Niall vltro detulit *Thorhallo* Asgrimi filio educationem (q); indeque hic diutinum apud Nialem tempus transigebat: quin eum (r) plusquam parentem suum amabat. Niall vero alumnum in jure sic eruditit, vt Islandorum suae aetatis (s) jure consultissimus euaserit.

Cap. XXVIII.

Aduentus Hallvardi in Islandiam.

Appulsa (t) est nauis in ostium Arnarbælense, rectore Hallvardo, Vichensi homine. Is hospitatum profectus Hlidarendum cum Gunnare perhiemabat, eumque jugiter sollicitauit, vt (secum) peregre abiret: quod Gunnarr silentio fere transiit, (u) nec tamen recusauit. Facto autem vere Bergthorshvalem in (v) consultum Nialem, quam vtile duceret ipsum peregrinari. Ille, Duco, inquit, haud inconsultum; quo enim cunque tu veneris, (x) vir honoratus habe-

K 3

(o) lavk sva.] Chb. *supplent*: l. s. málino.

(p) festi H. dottr sina.] R. E. fastnadi (fastnadi) H. konona, mulierem spond.

(q) *Huc addunt* E. R. ok fór han til hans (heim med honom), isque domum ejus (cum eo) migrauit.

(r) meira] R. miklt, magnopere, *mox omittit*: en favdr sinum.

(s) lagmadr.] R. Chb. lagamadr.

(t) kom ut.] E. kom af hafi, aduenit ex alto.

(u) tók á sugv úlikliga.] N. tók af sugvu þar um.

(v) at finna Niál hv.] E. R. ok spurdi M. eptir hv. & N. rogauit.

(x) þar þikkia sændar madr.] iid. hér þar vel koma, bene te praebebis.

habebere. (Gunnarr porro:) Numquid tu vis bonorum meorum, donec abfuero, curam gerere? nam (y) fratrem meum Kolſkeggum proficiſci mecum
p. 41. volo: tu vero cum matre mea prouideas velim (z) rei familiari dum abero. Niall: Id non obſtabit, faxo; (a) adjuuabo te, quicquid vis. Bonum te praebebis, ait Gunnarr: domumque mox equitabat. Compellatus a Noruego, vt peregre abiret; ſciſcitatur, numquas (æ) regiones alienas adnauigârit? Faſſus, omnes inter Noruegiam & Ruſſiam interſitas adiſſe, et Biarmiam quoque (addit) adnauigaui. Tum Gunnarr: Uelificare vis mecum ad *regiones orientales* (Ruſſiam)? Uolo vtique, inquit ille. Decreuit igitur Gunnarr cum Noruego (b) peregre proficiſci; Niale rem ejus omnem (adminiſtrandam) capeſſente.

CAP. XXIX.

Peregrè abitio Gunnaris.

A. C. 976. Gunnarr cum fratre Kolſkeggo vna peregre nauigans ad Tunbergum appulit, ibique hybernabat. Inciderat jam mutatio Principum Noruegiae: exſtinctis nempe Haralldo Grafelldo *) & Gunnhillda, dynaſtes Hacon *Malus*,

---

(y) vil at Kolſkeggr brodir minn fari.] E. R. ætla at láta Kolſkegg brodur m. fara, ſtatui, vt Kolſkeggus fr. m. eat.

(z) búid medan omittit E.

(a) ſiydia þar vm þat.] R. E. ſtunda þer (þat) tuo commodo inſeruiam.

(æ) ſiglt til annara landa.] Chh. farit milli l. inter reg. commeauerit.

(b) vtanferd ſina.] R. utanf. ſinni.

*) *Quo anno mortuus ſit rex Haralldus Grafelldus, non conſentiunt Chronologi: namque auctor Chronologiae Heimskr. edit. 1778. praefixae obitum ejus anno Chriſti 977. Tb. autem Torfaeus a. 976. incidiſſe ſtatuunt. parum quidem haec differunt, ſed longius abit ratio temporum, quam neſcio quis marginibus ejusdem codicis, in quo Torfaeus ſua, vt videtur, propria manu Chronologiam adnotauerat, quique ipſius fue-*

(c) *Malus*, Sigurdo Haconis filio, nepote Griotgardi natus, imperio potiebatur. A. C. 976.
Mater Haconis fuit Bergliota, filia Thoreris Comitis, matre Olofa Arbot genita, quae filia fuerat Haralldi *Pulchricomi*. Ab Hallvardo interrogatus Gunnarr, num ad Haconem dynaſtam ſe conferre vellet; Hoc nolo, inquit: ecquam vero tu nauem longam poſſides? Immo duas, reſpondit. Hic Gunnarr: Itaque mens eſt, vt piraticam faciamus, nobisque in hoc ſocios adſciſcamus. Et (d) miſſi quoque hoc lubet, ait Hallvardus. Mox igitur in Vicham profecti (e) binas 977.
hic accipiunt naues, has expediunt, commilitones opportune parant; namque ingentes

---

fuerat, adleuit, mortem Haralldi Gr. ad annum Chr. 962. neſcio quo fundamento referens, & ſecundum hoc uſque ad introductum in Islandiam Chriſtianiſmum pergens. Cum autem ſecundum Chronologiam Kriſtniſagae (ſupra pag. 7.) adprobârim Haralldum Gr. Norvegiae regem anno 961. factum eſſe, & Snorro Sturlaeus in Heimskr. Tom. I. p. 201. adſerat, a morte Haconis Adalſteinis Alumni ad occaſum Haralldi Gr. XV. annos interceſſiſſe, perſpicuum eſt, hujus deceſſum in annum 976. incidiſſe, ideoque auctoritatem Torfaei ſequi viſum, eidemque fundamento per totum librum, quoad ejus fieri poteſt, inſiſtere. Sed objiciat quis, incertum eſſe, utrum Gunnar peregre ſit profectus eodem anno, quo idem rex deceſſerat, an aliquo ſequenti; atque adeo calculum ei ſuperſtrui non poſſe. dabo: at, quamquam ita ſit, peregrinationem Gunnaris vix ac ne vix quidem alium ad annum referri potuiſſe, benevolus Lector, excuſſa rite ſerie temporum in hoc libro, facile obſeruabit. Caetera quod noſter Gunnbilldam jam tunc mortuum adfirmat, cum eo conſentire videtur Olafsſaga Tryggv. edit. 1698. & nihil quidem obſtat; quod Sn. Sturl. Tom. I. p. 203. illum in Orcades aufugiſſe refert: inde enim ab Haralldo Gormſonio in Daniam, vt interficeretur, ſine dubio eſt eodem anno accita, quo Haralldus Grafelldus occidit.

(c) hinn illi, omitt. E. R. K. De hac appellat. vide ſis Ol. Fr. S. ed. 1698. T. I. p. 237. & Heimſkr. ed. 1778. T. I. p. 254.

(d) þat vil ek þá ſ. h.] R. Hallv. quadz allbuinn þeſs, H. ſe ad id paratiſſimum.

(e) ſkip xi.] R. langſkipin, longas illas naues.

A. C. (f) ingentes de Gunnare laudes praedicabantur. Idem (ad Hallvardum:) (g)
977. Visne, inquit, orientem versus ad Hisingam ire? Volo, ait ille, cognatum meum Ölverem conuentum. Gunnarr instat: Quid eum vis? Respondit: Vir bonus est, nobisque aliquid subsidii ad iter conferet. Et Gunnarr; Eamus ergo illuc. Quamprimum instructi fuerant, Hisingam orientem versus petierunt, ibique sunt hospitaliter excepti. Haud sane diu Gunnarr illic manserat, cum eum Ölver admiratus est; ejusque itineris rationem percontatur. Innuit Hallvardus, Gunnarem piraticam rei faciendae gratia cogitare. Id cogitatum nihil est, inquit Ölver, cum nihil habetis copiarum. Hallvardus: Tu vero (nonnihil) potes addere. Cui Ölver: (h) Et certum est Gunnarem
p. 42. nonnullo subsidio iuuare: quin, vt tu (i) cognationem ad me referas, ille plus ponderis habet apud me. Quid ergo illi commodabis? ait Hallvardus. Duas naues longas, vnam viginti, alteram triginta interscalmiorum (k). Hallvardus pergit: Quibus rutandas? Alteram famulis meis, alteram paganis instruam: verum inaudiui, (l) amnem (a piratis) nuper inquietari; atque adeo in dubium voco, an possitis enauigare; nam (m) stant in amne. Quinam (n)? inquit

(f) mikil ágiæti var sagdr frá G.] R. Gunnarr hafdi þar eigi lengi verit áðr enn menn þóttuz siá hverr afreksmadr hann var, parum diu G. illic fuerat commoratus, antequam vulgo intellectum, quanta vir esset fortitudine.

(g) hvart villt þú s. G. austr til Hísingar.] E. R. hv. v. þ. nú hallda? s. G. fyrst sudr til Hís. segir Hallv. &c. Quo nunc instituere vis cursum? — Primum austrum versus ad H. ait Hallv.

(h) Ef ætla ok.] E. R. H. L. ef ætla gott, benefactum puto.

(i) Ante frændsemi inserunt H. L. nokkura, nonnullam.

(k) Post þrítugsessu add. R. at rúmatali. Sess & rúm *P. Vidalino idem sunt, & comprehendebant duo transtra cum duobus tantum remis.*

(l) ána.] R. elsina, Gothalbim.

(m) þeir ero í ánni.] E. brædur tveir ero komnir í ána, fratres duo jam occuparunt amnem.

(n) Huc addunt R. to þar komnir? eo venerunt?

inquit Hallvardus. Ôlver reſpondit: Duo fratres, alter Vandill nomine, (o) Karlius alter, filii (p) Siolfi *Grandaeui* ab Gothia Orientali. Gunnarr ab Hallvardo certior factus, Ôlverem ſibi naues praebuiſſe, gaudio afficiebatur. Dein iter apparabant, &, vt prorſus erant parati, ſeſe Ôlveri ſtiterunt, gratias ei perſoluentes: qui, vt ſibi a fratribus illis (piratis) (q) cauerent, monuit. A. C. 977.

CAP. XXX.

Gunnarr in piraticam excurrit.

Ex amne Gunnarr enauigans, in eadem qua Kolſkeggus naui fuit, Hallvardo aliâ vecto. Nauibus jam ante ſe conſpectis, Gunnarr, Quadam ex parte, inquit, parati ſimus, ſi ab his tentemur; ceteroqui nihil cum iis negotii contrahamus. Ita fit, in ſua quiſque naui accinguntur. Piratae, diducta claſſe, viam inter naues intermediam relinquunt: (r) quò in medio Gunnare procedente, Vandill harpaginem prendit, ex ſua in nauim Gunnaris immittit, eamque mox attrahit. Gunnarr, quem ei inſignem dederat Ôlver, gladium ſtringit; neque dum impoſita capiti galeâ, (s) in proram nauis Vandilis curriculo aſcendit, ſimulque nautarum quendam lethaliter caedit. Ab altera parte ſuam nauem Karlius admouens, haſtam per tranſuerſam Gunnaris nauim adjicit, in medium hominem deſtinans: (t) quod videns Gunnarr, tam

 citò,

(o) Karli.] E. R. Karl.

(p) Siólfs.] H. K. L. N. Sniólfs. || C. E. Snæúlfs. R. Sucúlfs. *unde* Sniólfr *contractum.*

(q) fara varliga.] R. vel fara ok varſ. cau. proſperum iter ominatus.

(r) Gunnarr fór fram í millum ſkipanna non agnoſc. R.

(s) hleypr þegar á farit.] R. hlióp han fram í forin. *plural.*

(t) G. ſer þetta.] E. R. G. ſ. ſviótit er at (honom) fór *(ſeqqv. ſoli* R.*)* miſſit ſkiótt ok tól ꝛc. haſtam videns, quae aduolauit (ad eum) magna celeritate, illam intercipit.

A. C. 977. citò, vt vix ac ne vix quidem obſeruari poſſet, conuertit ſe, haſtam intercipit læuâ & in nauim Karlii retorquet, eô, quem telum deprehendebat, interfectô. Kolſkeggus manu corripit anchoram & conjicit in nauem Karlii: dens lateri nauis impactus, id ita perforauit, vt mare liuidum irrumperet, p. 43. omnisque nauta (u) in alias naues tranſcurreret. Iam in ſuam nauem recurrit Gunnarr; adeſt ſimul Hallvardus: atque praelio inualeſcente, (v) ducem (piratarum) imperterritum ſentiunt, (x) quiſque quod potuit, rem gerunt. Alternis vicibus Gunnarr gladio pugnat, vel tela excutit, magnam ita moliens ſtragem: nec fratri Kolſkeggus ſtrenuam ſubtraxit operam. Corripuerat ſe in fratris Vandilis nauim Karlius, indeque ambo pugnam ea die faciebant. Eodem die Kolſkeggus (y) requietis paullulum in naui Gunnaris capiebat: quod is conſpicatus, (z) carmen pronuntiauit:

(a) Nunc auidae annonae aquilae tu conſuluiſti,
Cognate corue, rectius,

Dando

(u) á ſnuvr ſkip.] E. R. af ſkeidinni, de eadem naui.

(v) formadr.] E. ſyrirmadr. Chh. ſyrimenn voru auruggir. *plural.*

(x) gerdi hverr at ſíſt er mátti.] R. dugdi hverr ſem faung hafdi til, qu. operam pro virili portione nauant. || K. gerdu þeir ſíkt í móti, ſeque ſimiles viciſſim praebent.

(y) tók hvíld um daginn.] E. vard miok módr um d. ok ſettizt nidr, admodum fatigatus — confidebat.

(z) R. & C. *omiſſo carmine ita:* ok mælti til hans betri hefir þú verit Karli (audrum C.) í dag en þer. þú hefir gert hann (þá) úþyrſtan (úþyrſta) en þik þyrſtan (*ſeqq. ſoli* R.) ok gáck ok dreck. Síðan tók han bolla ok drack, ei dixit; meliorem te praebuiſti hodie erga Karlium (alios) quam temet: ſitim ejus (eorum) depuliſti, te vero ſitientem feciſti: quare i bibitum. Mox ille patellam (rotundam) &c.

(a) *Ordo verborum carminis hic eſt:* Þú hefir, 1) ætthrafn (α), betri verit 2) árgiornum erni en þer (3) ſiálfum (ſ) (4) gumna dauda, (5) greidir (6) giálfr (β) dags. Margr (7) æſir munum gengr her í morg-

Dando homines morti, donatur luminis vndæ A. C.
Latrantis, ipsi quam tibi. 977.
Hic hodie creber coit hauſtum flumina coruus
Lupo dicata percitus.
Sed vexare ſitis te coepit; dum violentus
Inſiſtis enſium foro.

Dein Kolſkeggus ſirulam aqua mulſa plenam ſumit, & (æ) poſtquam potârat, praelium init. Ad vltimum fratres in nauem Vandilis transſiliunt; Kolſkeggus ad vnum, Gunnarr ad alterum latus graſſantur. Huic ſe Vandill offerens, gladium illico intentat, ictus in clypeo ſiſtebatur: Gunnarr clypeum, cui gladius inhaerebat, ita contorquet, vt gladius ſubter capulo infringeretur: tum viciſſim ipſe gladium vibrat, & quod (b) tres ſimul ſublimes viderentur

---

ſ morgin (at) brekka vargs bekki. en þik, (8) fetils ſtinga þing álmr, tekr at þyrſta.

1) E. K. P. etr hrafn, comedit coruus. 2) D. K. P. átgiarnum, voraci. E. attgernum. || C. *alia manu.* M. atgiarvid. I. N. atgiar vid, ſtrenue! in (aquilas). H. L. atgeir vid, *forte pro* vid (i. e. med) atgeir, cum haſta. 3) E. P. ſiálfann, *ſine dubio mendoſe.* 4) C. D. I. L. M. N. gunna. || H. af gumna d. ab ſtrage. 5) S. giordir (giálfr d.) feciſti turbas hodiernas. 6) N. P. giálfdags, id. 7) E. aſt, rabide. C. H. L. æðſtr, furioſus. P. faſt, vehementer. 8) E. P. feſtinga. feſting ſponſio; þing, *abſolute*, pugna; *ergo* þing feſtinga álmr, qui promiſſo ad pugnam deſcendendi ſatisfacit.

æ) ættbrafn *poëta fratrem vocat, ad. ludens ad nomen* Kolſkeggr, *quod hominem* barbam nigrum *ſignificat, qualis forſitan erat Kolſkeggus. Sed nec ſpernenda eſt varians lectio* ettr hrafn *ſc.* gumna dauda, coruus cadaueribus humanis veſcitur. *imo ſic ſonuior eſt rhythmus.* β) giálfr þagr, maris dies, i. e. *aurum. vbi dies Metonymicè pro luce, v. lumine, pro quo Ægir ſolo auro utebatur in conuiuio Aſorum. Edd.*

(æ) bardiz eptir þat.] E. tóku þeir at berduzt, ambo pugnam redintegrarunt.

(b) *Ante* þriú *addit* E. honom, illi. R. hinom, alteri, *ſc. Vandili.*

A. C. gladii, neque ille, (c) quomodo eunaret, cerneret, vtrumque pedem ei sub-
977. secuit. Kolskeggus hastâ Karlium transfodit. Quo facto magna potiti praeda, hinc austrum versus in Daniam cursum direxerunt, indeque ad orientem in (d) Smalandias, (e) victores vsque, tetenderunt: neque eo autumno reuer-
978. tebantur. Altera aestate (f) Revaliam petierunt: vbi cum praedonibus sibi obuiam factis raptim congressi, victores discessêre. Posthaec ad (g) Osiliam orientem versus perrexerunt: vbi classe sub quodam promontorio ad tempus suppressa, hominem de promontorio descendentem animaduertêre. Hunc conuentum Gunnarr in littus excurrit, &, colloquio coepto, nomen ejus percontatur. Nominari se Tosium fassus, quidque vellet, a Gunnare interro-
gatus: Te conuentum volo, (inquit): stant ab altera promontorii parte
naues bellicae, queis qui praesint, tibi indicabo: praesunt igitur fratres duo,
p. 44. alter Hallgrimus, alter Kolskeggus nomine; quos maxima esse belli fulmina scio. adde, quod instructi sunt armis tam egregiis, (h) vt haud sanè paria inuenias: Hallgrimus bipennem habet, quam (carminibus) incantari fecit, quo nullum sibi telum, praeter hanc, necem adferre valeat. accedit etiam, (i) quod homicidium hac bipenne breui faciendum praecognoscitur; nam in anteceſſum

---

(c) hverſv hann ſkyldi forðaz.] E. hverio at ætti han at forða ſer. R. vit hverio — forða ſer, quem eorum cauere deberet.

(d) ſmá lond.] D. ſmá ſund, *verbo tenus*, freta parua.

(e) hoſdv iafnan ſigr.] E. hørdust iafnan oſ hoſdu ſigr, praeliis crebo commiſſis, v. v. R. ſeingv ſigr hvar ſem þeir komo, ubicunque venerant.

(f) Reſala.] F. Veſialla.

(g) Eyſyſlu.] E. Auſslv.

(h) at eigi ſær annarr ſlík, *omittunt* E. R.

(i) at þegar veit — atgeirinum. Þvíat ſva — ádr at.] iid. at þ. víg er — atg. Þá ſyngr hátt í honom. ſva at ꝛc. quod cum caedes h. b. edenda eſt, alte reſonat ea, ita vt &c.

ceſſum tantum edit clangorem, vt procul audiatur; tanta in ferro (k) vir- A. C.
tus ineſt. Hic Gunnarr carmen cecinit: 978.

(l) Id excitato miſſile capiam impetu,
Saeuumque ſternam perceler, tumeſcere
(Duellicarum exaggerator cladium)
Qui dat ſonoras turbas peſte caſſidum.
Campos per aequos piſcium piratico
[Viri] caballo vectus ibo denique,
Et ille vitam, qui venena abutitur,
Deuictam perdet in Sigaris imbribus.

Kolſkeggo, (pergit index), machaera eſt, telum quam egregium. Copias item habent, veſtris (m) triplô majores: magnam quoque ſpoliorum vim in

(k) náttúrv med ſer.] C. E. nátt. á ſer. *mox* iid. & R. Kolſkeggr hefir ꝛc.

(l) *Ordo verborum in hoc carmine talis:* (1) Æſt ſkal ek (2) fánga geir (3) ok hegar fella geyſtan hiálmángrs gnyſvella-anda, (4) hlædir hilldar (*) ſkóda. (5) Of ſidir ſkal ek ridandi endils eyk (6) avlvngrvndar. ok eitrs eydir láta líf (7) ort (ſ) 8) ſigars drífv.

1) I. M. N. O. Q. S. æſt, id. K. æſir, incitatus. H. L. æ, certe. 2) D. H. I. L. M. N. O. Q. S. gánga, ibo. *ſed ſuſpecta lectio: nam quo ita* geir *pertinebit? forte ad* geyſtan, *& ſignificet:* ſaeuum in armis. 3) N. á geyſtum. *ergo* fella geir á. g. haſtam incidere corpori ejus faciam v. corpori ejus applicabo. 4) O. hlædum hilldar ſkedia, pugnatoribus nocebo. 5) Chb. um ſidir. 6) N. aulnugrundar. || H. L. aulmgrundar. I. aulvigrundar. 7) H. I. L. N. Q. ort (aurt) juuenilem v. vegetam. 8) D. I. M. N. O. figurs. H. L. figur. *idem ac* figarr, *ſc. rex bellicus, imperator.*

(*) ſkód, *in genere* res nociua, *a* ſked noceo: Hilldr, bellona, *(de qua Edda,) quae ſaepe pro ipſa pugna ſumitur.* Hilldar ſkód, *vel inſtrumenta, quibus clades bellicae inferuntur, nempe gladii, tela &c.* hlædir *ſ. coaceruator, qui talia multa habere amat. vel* hilldar ſkód *per Metonymiam cauſae, ipſae clades bellicae. Notandum vero hoc non dixiſſe poëtam de pirata, quod demonſtrat Accuſatiuus* gnyſvellanda, *ideoque illud parentheſi includebam: ſed vel de ſe ipſo, & tum referendum eſt ad pronomen* ek; *vel caſu Vocatiuo ad Tofium.*

(m) þridiúngi.] E. helmingi, duplo.

A. C. terra conditam, (u) loco, quem probe ſcio. Nauim autem ſpeculatoriam
978. vltra promontorium ſubmiſerunt, quo aduentum veſtrum prorſus habent exploratum. nunc etiam magnum faciunt apparatum, vos, ſimul atque parati erunt, nauibus perituri. (o) vnde vobis alterutrum eſt faciendum, vel quam primum ſubducere vos, vel quam (p) citiſſime praelio accingere. Quod ſi tu victoriam tuleris, ad theſauri deducam te cumulum. Gunnarr, dato homini annulo aureo, reuerſus ad ſuos, (q) naues vltra promontorium bellicas excubare nuntiat: omnia de nobis, (inquit,) habent explorata; quare capiamus arma, ſeduloque praeparemur; hic enim opulentum operae pretium offertur. Mox itaque accinguntur, & cum eſſent perarmati, naues in ſe ferri conſpiciunt. (r) committitur praelium, diuque depugnatur: fit ſtrages haud modica. Caeſis a Gunnare compluribus, hujus in nauem Hallgrimus cum ſuis irruit, & in occurrentem ſibi bipennem dirigit. Tigillum Gunnarr, quod per tranſuerſam nauim erat poſitum, inuerſus (s) tranſulta-
p. 45. uit, ſcuto ante trabeculam propendente: hoc igitur Hallgrimus icit, transfigitque, ſic vt ferrum in ligno ſiſteretur. Tum Gunnarr manum ejus percutit, vt lacertus tantum contunderetur, hebetatô ſcilicet gladiô: mox defluit bipennis: eam arripit Gunnarr, latus Hallgrimo haurit (t), & hoc fundit carmen:

Illum

(n) hvar er.] E hvar þeir hafa fólgit, vbi condiderint, probè. &c.

(o) er ydr nú — ſem ſkiótaſt, *omittunt* R.

(p) ſkiótaſt.] C. E. beſt, diligentiſſime.

(q) ok ſagdi — allt til vár, *neſciunt* R.

(r) tekſt nú orroſta.] R. *t.* þegar hardr bardagi, aſpera ſtatim incipit pugna.

(s) lióp — yfir.] E. l. — eyfir.

(t) *Huc addit* E. ok kaſtadi honum baudvm af atgeirinum, mortuumque diſcuſſit de bipenni. || R. & C. *omiſſo carmine, mox habent*: Gunnarr bar atgeirinn iafnan ſidan, G. bipennem ſemper ex eo geſtabat.

(u) Illum ego dejeci, populum qui conficiebat, A. C.
Qui volucrem vibrare fauillam in corpora ſciuit. 978.
Carminibus deuota Hallgrimo, (quod mihi dictum eſt)
Virga fuit, galeas qua ruperat, extero in orbe.
Scire licet cunctos, quâ forte lupum ſaturanti
Venerit haſta bidens, homines virtute probatos.

Illa

(u) *Talis ordo verborum eſt in hoc carmine:* Ek hefi felldan þann er eyddi (α) aullðv. er (1) kunni at reiſa hollði (β) eiſv. 2) frá ek at Hallgrímr (3) hefði (4) ſeydan (5) hiálma vsnd (6) í avdrum lavndvm. Allir dǫggvir ſkatnar (7) viti (8) hve (9) atgeirr (10) of kom (11) at úlfaſylli. hann ſkal mer hendi (12) ſylginn lífs til enda, þviat kunnvm herſkap (γ).

1) E. kvnv hollð at ꝛc. Q. kunnu hollð at ꝛc. *per Apocopen pro* hollði, hominem, *idque ſingul. pro plur.* || K. P. kunnu hilldi, ſciuit pugnam ciere. 2) H. K. trú eg, credo. 3) I. *ſupraſcribit* hyddi, *pro* húðaði poliuit, *quod rhythmo magis conuenit.* 4) O. ſeiðdann. || E. K. leyſ-dan, famoſa. *idque rectius in metro.* 5) H. in marg. hiallta vsnd, capuli virga i: gladius K. hliáknavsnð. 6) O. or sðr. l. ex al. regionibus. 7) H. I. K. L. M. N. O. Q. vitu. H. in marg. vita, ſciunt (omnes) 8) K. hvo, quis. 9) Chh. atgeir, bipennem adeptus ſit (at úlfaſylli) ſaturandis lupis. || E. atgeirs. 10) K. um kom. N. af kom. I. aðkomu. 11) E. avla faſylli, id. 12) E. & Ch. *omnes:* fylgia, *infinitiv.*

α) aullðu *per Paragogen pro* aullð, homines, *accepi. nam* & jarð & jarðu, ſtund & ſtúndu *dicimus. Quod ſi parum placuerit, per* aullðv eiſu, *aurum intelliges,* & *porro* hiálma vsnð *cum* reiſa *conſtrues.* β) eiſa, *fauilla, hic pro gladio: nam gladius* & *ignis in Edda quaedam communia habent nomina, vt,* brandr, hyr, logi. γ) *Haec verba notauit Dnus G. Pauli triplici modo capi poſſe, nimirum:* hann ſkal mer hendi fylginn, 1) þviat ver kunnum herſkap, i. e. *quia rem militarem callemus.* 2) kunnum at herſkap, *noto (qui ſum notus) de re militari.* 3) at kunnum herſkap, *in nota mihi re militari. Primo loco Verbum eſt* 1o kunnum. 2) *Adjectivum* & *ad hominem refertur.* 3) *idem Adjectivum, ad rem militarem ſeu piraticam relatum, quod mihi, (inquit), ſe potiſſimum probat.*

A. C. 978.

Illa mihi, quoniam bene ſum bellare peritus,
Illa meae manui haerebit ad vltima vitae.

Neque migrauit Gunnarr promiſſum, (v) quin bipennem illam, donec vixit, gereret. Interim cognomines manus conſerunt, verum ancipiti Marte. Hic interueniens Gunnarr Kolſkeggo (praedoni) ictum peremtorium inflixit. Quo facto piratis pacem implorantibus veniam dabat. Cadauera perluſtranda, resque mortuorum auferendas curauit; arma vero & veſtes victis conceſſit: qui in terras patrias reuerti ab eo juſſi, protinus abierunt: ipſe omnia relicta occupauit. Depugnato praelio Tofius ad Gunnarem veniens, pollicetur eum ad theſauros a piratis reconditos deducere; hos & majores & pretioſiores parta jam praeda eſſe. Gunnarr placere ſibi annuit, & in terram egreſſus, Tofium anteambulonem in ſiluam ſubſequitur. deueniunt, vbi ſtrues lignorum ingens fuit congeſta, ſub qua theſauros eſſe Tofius ſignificat. (x) Dirutis lignis, (y) ſubtus & aurum et argentum, veſtimenta, bonaque arma reperiunt. Quibus rebus ad naues aſportatis; Gunnarr ex Tofio quaerit, quid abs ſe praemium poſtulet? Reſpondit: Danus ego genere, vnde me ad cognatos meos peruelim (z) deducas: porroque percontato, cur ſit in oriente? Sum, inquit, a piratis interceptus, & in terram Oſiliae expoſitus, hic inde vſque manſi.

CAP.

(v) at þann þar atg. — lifði.] E. Gunnarr ſer hvar þeir berduzt nafnar, G. vbi cognom — animaduertit.

(x) rvnðv.] C. E. R. ruddu.

(y) fvnðv vndir bæði ꝛc.] R. f. þar feit. bæði, ibi theſaurum & auri & &c.

(z) fylgðir mer.] C. E. R. flyttir mik, deuehas.

CAP. XXXI.

A. C. 978. p. 46.

De aduentu Gunnaris ad dynaſtam Haconem.

Admiſſo homine, Gunnarr Kolſkeggo & Hallvardo fatur: Iam nos ad regiones boreales conuertemus, quod & illi comprobantes in ejus eſſe poteſtate jubent. Itaque relicto oriente, praedam ingentem vehens X. nauium claſſe ad Heidabæium (Slesvicum) Daniae appulit. Aderat ibi in regione ſuperiori Haralldus Gormi filius: qui, aduentu Gunnaris nuntiato, ſimulque, huic neminem Iſlandorum eſſe parem, amandauit (a) qui eum ad ſe inuitaret. Gunnarr confeſtim adit regem, & a rege liberaliter excipitur, (æ) proximusque ipſi adſidere juſſus; ibi dimidium exegit menſem. Interim rex ea delectatione vtebatur, quod Gunnarem cum ſatellitibus certare variis fecit exercitiis; neque erat quiſquam, qui arte (b) vel vnica virum aequipararet. Vnde rex Gunnari: Ita cenſeo, haud ſane paſſim tuos pares inuentum iri, quin ſe (c) illi vxorem amplamque praefecturam daturum, ſi ſedem ibi vellet figere, pollicebatur. Gunnarr (d) de pollicito regi gratias agebat, &, Primum, inquit, in Iſlandiam proficiſci volo, amicos meos cognatosque viſurus. Ad quae rex: Sic vero nunquam redibis ad nos. Et Gunnarr: Fors viderit, Domi-

(a) maun.] iid. mann ſina, quosdam e ſuis, qui — inuitarent.

(æ) ſetti hann hit næſta ſer.] R. ſkipadi honom ſæmiliga þar i hálfan mánod, & honorifice tractatus, ibi dimid. &c.

(b) ne eina.] C. E. neina. || R. nockora, aliqua.

(c) ſá Gunnari kvanfáng — ſtadfeſtaz.] R. qvanga hann í riki ſino ef — ſtadf. ok þar ſtórar veizlor med.

(d) konúngi bod ſitt. ok m. fara vil ek fyrſt.] C. E. R. honom ok qvezt (lezt) fara verda (mvndo) fyrſt — vini ſina, ei, & dixit (oſtendit) ſibi primum trajiciendum (ſe pr. trajecturum) eſſe — ſuos.

A. C. 978. Domine. (e) Idem regi eximiam nauem longam (f) multasque res alias donauit. Rex vero ea veſtitu ſuo magnificentiori, chirothecisque auro inductis, diademate (g) aureo nodo inſigni, pileoque Ruſſico remunerabat. Poſtea nauertit Gunnarr Hiſingam, & ab Ölvere ambabus vlnis exceptus, ſuas illi naues tradidit, has ejus (h) portionem eſſe dicens. Quibus acceptis, Ölver eum liberalem virum praedicauit, ſecum vt (i) aliquamdiu degeret, precatus. Requirente Hallvardo, anne dynaſtam Haconem adire intenderet; Gunnarr pronum ſibi ad hoc animum fatetur; Iam enim (inquit) nonnihil ſum expertus; olim vero, te hac de re compellante, nihil. Exinde (k) boream verſus in Thrandheimum profecti, dynaſtam Haconem adeunt: qui Gunnari, benigne accepto, hibernum apud ſe hoſpitium pollicitabatur: (l) neque hic aſpernatus conditionem; fauorem omnium conſequebatur. Feſto *Iolenſi* armillam auream ei dederat dynaſtes. Ad Bergliotam dynaſtae cognatam *) Gunnarr animum
p. 47. adjunxit; & ſaepe de dynaſta compertum eſt, quod hanc vel verbulo petitam illi daturus fuiſſet.

CAP.

(e) *Hic inſerunt* H. K. & L. margt annat ſleira tauludu3t þeir vid. þó þat ſe þer ei ritat. multa alia colloquebantur, quamquam hic memoriae non ſint prodita.

(f) annat ſe mikit.] R. marga dyrgripi aðra er han haſði fengit í hernaði, multaſque adhoc res pretioſas, quas in piratica acquiſiuerat.

(g) oſ gullknútr á.] R. oſ gullknytr. C. þat er gullknútar voru á, id.

(h) hlut.] E. R. hlutſkipti.

(i) nockvra hríð.] C. medan han villdi, quamdiu vellet.

(k) *Poſt* ſíðan *adduns* C. E. R. biuggu þeir ferð ſína oſ, iter apparant &c.

(l) þág þat.] iid. þeckti3t þat.

*) *Haec filia Haconis dynaſtae, quam poſtea in matrimonio habebat Einar Thambaſkelver, fuiſſe videtur, cum, praeter eandem filiam atque matrem, nullam illum conſanguineam Bergliotae nomine vocatam habuiſſe conſtet: ſed obſtat ſignificatus vocis* frændkona, *quae non niſi caſu Vocatiuo vel in blanditiis tali notione, vt filiam ſignificet, uſurpari ſolet.*

CAP. XXXII.

A. C. 979.

Gunnaris domum reditio.

Inito veré Gunnarem dynaſta, (m) quid habeat in propoſitis, rogat; & ſignificanti, ſe in Iſlandiam traiecturum; illata (n) difficilis annonae cauſâ, Rarus, inquit, eò commeatus erit: farinam tamen & ligna naui tua vehes (o). Gunnarr nauim expediuit mature; quîcum & Kolſkeggo vna profectus eſt (in Iſlandiam) Hallvardus. Huc primori aeſtate peruenientes oſtium Arnarbælenſe, ante comitia vniuerſalia, tetigerunt. Relicta naui, Gunnarr, ac negotio eam exinaniendi certis hominibus dato, domum equitauit: quo is & frater peruecti laetis animis excipiuntur. Erant in domeſticos blandi, neque animos virorum faſtus inflauerat. Quaeſiuit Gunnarr, an domi ageret Niall, & domi eſſe cognito, equum curauit adducendum, cumque fratre vna Bergthorshvalem equitauit. Niall (p) aduentu eorum gauiſus, vt pernoctarent apud ſe, rogauit. (q) Gunnarem de profectione ſua memorantem, virum eſſe rebus geſtis ornatiſſimum praedicauit, multumque nunc expertus es, (addit), tametſi plus in poſterum; quia multi tibi inuidebunt. Omnibus, ait Gunnarr, mihi beneuolentibus vti velim. Niall contra: Multa exiſtent diſcordiae ſemina, tuaque ſalus tibi ſemper erit defendenda. Plurimum ergo referret, inquit Gunnarr, habere me bonam cauſam. Et Niall: Ita quidem erit, niſi

(m) hvat hann vildi ráða finna.] E. hvar han v. láta ráð ſín, vbi rationes ſuas conſtituere vellet. *inuſitata locutio.*

(n) vera illa ært.) C. E. R. litt ært, modicae.

(o) *Huc addunt* iid. ſem þú vilt. Gunnarr þakkadi honom, quantum vis. de quo G. gratias dynaſtae perſoluit.

(P) *Poſt* Niáll *addunt* R. & E. tók þeim vel ok, benigne eos excepit &.

(q) ok ſagdi Gunnarr.] R. Gunnarr var þar ok ſagdi honom frá &c. G. ibi manſit eique de &c.

A. C. 979. alienam culpam lueris. Interrogatus a Niale Gunnarr, an Comitia eſſet aditurus; aditurum ſe ſignificauit: viciſſim rogans, an eo proficiſci cogitaret Niall, is vero negabat profecturum; quin velim (ait) vt & tu ita faceres. Inde Gunnarr domum, Niale domis egregiis mactato, gratiisque de bene geſta rei ſuae cura illi perſolutis, repetebat. Kolſkeggus fratri, vt ad Comitia iret, vehementer ſuaſit: eo tuus (ait) honor glifcet, quod (r) te illic multi ibunt viſere. (s) Parum mihi, reſpondit Gunnarr, procliuis ad oſtentationem fuit animus: nihilo tamen minus amo bonos viros videre. Venerat eo Hallvardus, (t) illosque ſponte promiſit ad Comitia proſequi.

CAP. XXXIII.

Petitio Gunnaris vxoria.

P. 48. Gunnarr caeteris comitibus iter ingreſſus eſt. Ut vero in comitia ventum, hi tam laute veſtiti erant, vt nemo aeque ſplendidus fuerit: quin omnibus ex tabernaculis admiratum eos multitudo effuſa eſt. Adiit Gunnarr tabernaculum Rangaënſium, ibique cum propinquis egit ſuis. Ibant eum viſere, resque nouas percontatum, multi homines: queis omnibus lubentem ſe ac laetum praebuit, cuique quod deſiderabat, referens. Quodam die, quum ab *juris dicundi rupe* diſcedebat, accidit, vt (u) praetergreſſus tabernaculum Mosfellenſium, mulie-

(r) margr mun þar at þer vilia.] E. R. m. m. ſi at þ. v. nú at eigi þeſir áðr (er þín þiðiz þurfa) t. ill. m. ii nunc ib. viſ. qui non antea (qui tua opera opus ſibi putant).

(s) Lítt heſi ek þat ſkap haft.] R. l. h. ek þ. ſ ſkapi h. minus mihi id in animo fuit, oſtentare me.

(t) *Haec neſcimus* C. E. R.

(u) gekk fyrir Mosf. b.] lid. g. f. aedan M. h. prodiens infra s. M.

(v) mulierem, nitida ornatam, sibi obuiam incedentem videret; quae, simul A. C.
vt conueniebant, Gunnarem salutauit. Is salutatione comiter suscepta, quae 979.
sit (faeminarum) rogat. Nominari se Hallgerdam indicat, gnatam esse Höskulldi filii Dalakolli: libereque ad illum verba faciens, petit, sibi de ineneribus suis vt narret: ille vero faeminam colloquio prohibiturum negauit. Itaque adsident & confabulantur. His autem habitus mulieris: Erat (x) in rubro subligaculo, pallam coccineam, (y) fimbriis limbo infimo tenus ornatam, superinduta: capilli ad pectus pertingebant multique & nitidi. Gunnarr (z) veste coccina, quam ei rex Haralldus Gormi filius donârat, amiciebatur, manu armillam, ab Hacone dynastu datam, gerens. Postquam prolixe, (a) neque id demissa voce, colloqui erant, res eo venit, vti, num innupta esset, quaereret. Affirmat mulier; Nec est (inquit) mei connubii fortuna cuilibet periclitanda. Siccine dignum te putas neminem? Illa respondit. Haud sane; atqui delectum virorum adhibeo. Quomodo suscipies, si ego te ambiam vxorem? mulier: Hoc tibi, reor, non est in animo. Ille: Est vero, inquit. Et illa: Siquid ita fert animus, parentem conueni meum. Finito ita colloquio, statim se Gunnarr ad tabernaculum Dalamannorum contulit, & a quodam homine ante tabernaculum offenso percontatur, an Höskulldus sit in tabernaculo? illoque hunc intus esse respondente, mox introgreditur. Ab Höskulldo & Ruto comiter exceptus, his medius adsedit, neque ex colloquio

(v) konv sara— vel búin.] iid. konur gánga í mótt ser ok voru vel búnar. sú var í serdarbroddi konan er best var búin, mulieres — ornatas — incedentes —. ea vero, quae splendidissime vestita erat, in fronte catenae ambulauit.

(x) í ravdu kyrtli.] C. E. R. í ravdom kyrtli ok var á búningi mikill, in rubra tunica, magno cultu exornata.

(y) hlaðbúnd.] C. E. R. ok var hlaðum búin ꝛc.

(z) skallaskrædum.] C. E. tignarskrædum heim, veste illa pretiosa. R. skrædum heim, v. illa.

(a) hátt.] E. hliótt, demissa v.

A. C. apparebat, (x) iras vsquam interceſſiſſe. Deuenit eò ſermo Gunnaris,
979. quomodo fratres ſoeuae reſponſuri, ſi Hallgerdam poſceret? Cui Höſkulldus:
p. 49. Recte, inquit; modo hoc tibi (b) certum ſit: Et Gunnarr: Serio dico: tametſi nos proxime ſic diſceſſimus, vt plerisque ſuarum ſit veriſimile, nullam inter nos fore conjunctionem. Höſk. Quid tibi, Rute frater, videtur? Rut. Diſpares has partes cenſeo. Gunn. Quid huc adfers? R. (c) Hac ſuper re, quod verum eſt, tibi reſpondebo: tu vir es fortis, bonisque rebus praeditus: foemina vero multis laborat maculis; neque enim tibi in vlla re imponam. G. Bene feceris: atqui ſi hanc mihi conditionem denegaueritis, pro certo habeo, vos hic (d) antiquae ſimultatis rationem habere. R. Haudquaquam; quin te video jam non poſſe foris reſiſtere: at quamquam non ineamus pactum, tui amici eſſe vellemus. G. Compellaui foeminam, neque illa conjugium abhorret. R Scio (e) vos ambos hujus (f) connubii eſſe cupidos: cetera ipſi praecipue euentum periclitamini. Ruto de indole Hallgerdae omnia Gunnari vltro enarrante, (g) primum ei compluria eſſe vitia videbantur: ſed eo tandem res deuoluta, vt (h) conuentio inter eos conſieret. Arceſſitur Hallgerda, resque hac praeſente tractatur: nunc & quemadmodum antea fecerunt, vt ſemet ipſa ſponderet. Agitarentur nuptiae Hlidarendi. Quae res vt initio celanda eſſet, tamen eo rediit, (i) vt vulgo innoteſceret. A comitiis domum rediens

(x) miſſætti.] C. E. R. nockor miſſyklia, quidquam ſimultatis.

(b) alvgat.] E. Chh. alhugat. C. R. alvara, ſerio ſtatutum.

(c) þetta *omittunt* R.

(d) í fornan ſtandſtap.] C. R. fornam f. vid mik, erga me.

(e) at báðum er ꝛc — hættit þit of ꝛc.] R. at ſvo mun vera of hættir þú m. ita eſſe, tuaque res maxima agitur.

(f) girnda ráð.] Chh. giuranda.

(g) fyrſt ærit margt.] R. helſti mart, admodum quam multa.

(h) ſaman dró kaupmála með þeim.] C. R. ſ. ſell kaupmáli (ſellu kaup E.) þeirra.

(i) er.] E. R. at.

reliens, Bergthorhsvalem venit, suisque de pactis Nialem docuit. hic vero A. C.
eam illam iniquo sane animo excepit: rogatusque a Gunnare, (k) qui tam 979.
inconsultum duceret? Quoniam, inquit, ab illa muliere, vbi venerit huc in orientem, omnia proficiscentur mala. Gunnarr: At nunquam inconciliabit nostram amicitiam. Niall vero: (l) Prope tamen erit, vt id fiat: tu autem peccata ejus semper corriges. Nialem & (m) omnes, quotquot ejus familiae adesse vellet, Gunnarr ad conuiuium nuptiale inuitauit: illeque condixit. Deinde profectus domum, per viciniam conuiuas vocatum curcumibat.

CAP. XXXIV.

De Thraine Sigfussonio.

Viro nomen erat *Thrainn*, filio Sigfusi, filii Sigvati *Rufi*. Ille praedium Fliotzhlidense (n) Griotam incolebat: Gunnari cognatione junctus: vir sane honoratus. Uxor illi Thorhillda *Poëtria*, mulier procaciſſimae linguae, & cauillabunda: viro parum amata. Ad nuptias Thrainn (o) vxorque vocaban- p. 50.
tur: quae & Bergthora Skarphedinis filia, Nialis conjux, munus ministrandi (cibum potumque) obibant. Secundus Sigfusi filius nominabatur Ketill, (praedium) Markam ab oriente fluminis Markici inhabitans: cui vxor fuit Thorgerda Nialis gnata. Tertius Sigfusi natus erat Thorkell, quartus Mördus, quintus Lambius, sextus Sigmundus, septimus Sigurdus: qui omnes Gunnarem cognatione

---

(k) hví Niáli þótti þetta ꝛc.] C. E. R. hvat han fyndi til þess at (er) honom þetti fiekt, quid adferret, quamobrem tam.

(l) nær. fara.] C. R. nærr (nerr) leggia. E. nærri liggia.

(m) øllvm þeim.] R. Chb. allu hví (*subaudi* liði, domesticos).

(n) Grytá.] D. Gritá. ceteri Griótá, o: amnis lapidosus.

(o) ok konu hans. hon gekk at beina.] C. E. R. til Hlíðarenda ok skyldi kona hans gánga vm beina (hon gánga fyrir bodi. E.) Hlidarendum vocabatur, vxorque ius officium ministrandi obiret (in conuiuio ministraret).

A. C. natione tangebant, magnique bellatores erant. Hos ad conuiuium Gunnarr
979. conuocauit. Rogârat etiam Valgardum *Vafrum*, Ulfum *curionem* Eyrenſem, horumque filios Runolfum & Mördum. Ad nuptias Höſkulldus & Ruto magno comitatu venerant, in quo Thorleikus & Olafus (p) filii Höſkulldi, Orneuit & comitatum ſponſa, hujusque filia Thorgerda; virginum venuſtiſſima: tunc temporis (q) XIV. annos nata. Ducebat ſponſam numeroſa mulierum caterua. Praeterea Thorhillda Aſgrimi filii Ellidagrimi gnata, item Thorgerda & Helga filiae Nialis aderant. Celebri conuiuio Gunnarr vtebatur, & ſic collocauit ſuos inuitatos. Unum ſedilium ipſe inſedit medius: ab interiore latere Thrainn Sigfuſſonius, tum Ulfus curio Eyrenſis, tum Valgardus *Vafer*, tum Mördus & Runolfus, tum caeteri Sigfuſſoniorum & Lambius quidem (r) vltimus. Exterius Gunnari latus claudebat Niall, cui Skarphedinn, Helgius, Grimus & Höſkulldus; item Hafur *Sapiens*, Ingialldus a Kelldis, filiique Thoreris ab Hollto orientali, ordine adſidebant. Ipſe Thorer extremam inter nobiliores viros ſedem affectauit; nam ſua quemque ſeſſio delectabat. Alterum ſedile medium Höſkulldus occupauit, filiis (s) intra ipſum, ſed (t) extra Ruto accumbentibus. ordo caeterorum virorum non eſt editus. Sponſa (u) in medio tabulato ſedit, cui filia Thorgerda & Thorkatla filia Aſgrimi Ellidagrimo nati, conſidebant, altera dextra, altera ſiniſtra. Conuiuis Thorhillda miniſtrabat, & ſociâ Bergthorâ cibos (v) appoſuit. (Interim) Thrainn Sigfuſſonius obtutum in Thorgerda Glumi filia defixit: quod vxor Thorhillda ſentiens, ſtomachata in virum (x) his verſiculis inuehitur:

Turpe

(p) Poſt Olafr *addit* E. Þá, Pauo.
(q) ſiórtán.] E. Xvii. R. Xvi.
(r) yſtr.] C. E. R. inſtr, intimus.
(s) innar frá.] E. utar frá, extra.
(t) utar frá.] E. innar fr. intra.
(u) á miðivm palli.] E. R. á miðian pall, medium tabulatum inſ.
(v) á bord.] R. innar, introferebat.
(x) gerði quiðling.) C. E. R. qvedr, ita cecinit.

(y) Turpe eſt, finditur os hiante riſtu, A. C. 979.
Et limis tibi fraus ineſt ocellis,

Mi Thrainn! inquit mulier. Repente vir menſam tranſilit, (z) declarat dimitti a ſe (a) Thorhilldam; neque enim (inquit) cauillas ejus & venenata dicteria pati volo: quin adeo pertinax (æ) hanc rem vrgebat, vt conuiuio p. 51. intereſſe, niſi expelleretur vxor, noluerit. atque ita fiebat, vt illa faceſſeret. Jamque ſuo quiſque loco haerebat, magnaque (b) feſtiuitate potabatur, cum Thrainn ſic orſus eſt: Non (c) muſſabo quod mihi in animo eſt: te, Höſkullde Dalakolli gnate, interrogo, an velis Thorgerdam neptim tuam mihi nuptum dare? Höſkulldus ait: De hoc dubito; nam hanc modo vxorem tuam (d) male abs te dimiſſam cenſeo: verum qualis eſt, Gunnarr, hic homo? Is reſpondet: Nolo de homine dicere, nam eſt mihi conſanguineus: tu vero, Niall, dicas quaeſo, addit Gunnarr; tuis enim verbis omnes habebunt fidem. Niall inſit: Hoc de homine licet dicere, quod eſt homo diuitiis pollens, & omnibus praeclaris artibus (e) exornatus, & inter magnorum hominum pri-

(y) 1) era 2) gapripur 3) góbar, 4) Gegr er 5) þer í avgvm.] 1) R. erab, id. || E. Chh. eru, placent diducta ora. *per quaeſtionem, v. ironiam.* 2) S. gapriſur. I. K. L. N. gapryſur. H. gafryſur. E. P. gaſhriſlur. C. R. gapriplar. M. gafriplar. 3) C. góbir, *maſc. gen.* Q. gervar, admodum. 4) C. R. gægr. E. Chh. giægr. P. giægir. O. Q. giæur eru, limi ſunt tibi oculi. 5) P. E. í augum (aug E.) þer.

(z) *Ante* ſagdi ſkilit *addunt.* C. E. R. uefndi ſer votta ſk, teſtibus nominatis.

(a) Þórhilldi. vil ek eigi — mer.] R. M. hana vk villdi eigi — ſer, vxorem, neque voluit &c.

(æ) of þetta.] C. E. R. Chh. um þetta.

(b) gladir.] C. E. R. kátir, laetitia.

(c) færa þat í hlióðmæli er mer er í ſkapi.] iid. gera at launtali þat ſem mer er í hug (byrr í ſkapi) celabo &c.

(d) illa ſkilit.] iid. litt haſa ſk. *per Charienſiſmum.*

(e) gerr at ſer.] Chh. vel at ſer.

A. C. mos annumerandus; quapropter ei copiam hujus conditionis facere poteſtis.
979. (f) Tum Höſkulldus: Quid tibi, Rute frater, videtur? Ea gratiâ (reſpondit
[a]) facultatem illi facile dabis, quod vir muliere dignus eſt. Hinc de pactis
conjugalibus tractatur & vtrinque plane conuenit. Tum Gunnarr & Thrainn
ſurrexerunt, tabulatum adeunt; quaerit Gunnarr, an mater & filia (Hallg. &
Thorg.) pacta ſuo adſenſu firmare vellent? Negant hae, ſe quicquam
mutaturas, ipſaque Hallgerda deſpondet filiam. Mutato hinc foeminarum
conſeſſu, Thorhalla jam ſedit media inter ſponſas. Honeſte agitatur con-
uiuium. Quo exacto, Höſkulldus cum ſuis in Occidentem, Rangaënſes vero
(g) ſuam quiſque domum rediêre. Multos conuiuarum Gunnarr donis ho-
norauit; id quod ei magnam conciliauit gratiam. Hallgerda, (h) poteſtatem
rei domeſticae adepta, parandae rei diligens erat, & magnae auctoritatis.
Thorgerda quoque procuratione rei familiaris Griotae ſuſcepta (i) bona mater-
familias (k) exſtitit.

CAP. XXXV.

Conuiuium in Bergthorshvale.

Id erat moris Gunnari & Niali, vt alternis hyemibus vnus apud alterum (l)
conuiuaretur amicitiae nomine. Tunc autem Gunnari frequentandum apud
Nialem (m) conuiuium fuit, iſque & Hallgerda profecti ſunt Bergthors-
hvalem. Interim Helgius & vxor domo aberant. Gunnarem vxoremque
Niall

(f) þá mælti H. — Koſtinn *omitt.* R.

(g) ſinna heimila.] E. ſins heima, ad ſe domum.

(h) búrádum.] N. búnadinum, rem domeſticam capeſſiuit.

(i) góð.] H. miſil, inſignis.

(k) var.] R. þótti vera, habebatur.

(l) þá — heimbod.] E. R. P. þ. — vetrgrid, id. *variſſimo ſenſu, nam alias hoſpitium hiemale denotat.*

(m) veiſlv.] iid. vetrgrid.

Niall benigne amplexabatur. Cumque (n) aliquantiſper illic egiſſent, Helgius & conjux Thorhalla domum reuenêre. Tum Bergthora cum Thorhalla vna tabularum adgreſſa, Hallgerdae loquitur: Huic mulieri locum facias oportet. Reponit ea: Nulla cedam; nolo enim (o) in angulum (infimum locum) rejici (p). Illa contra: Hic eſt mea poteſtas. Itaque Thorhalla conſedit. Accedebat Bergthora menſam, aquam (lauandis) manibus adportans. Hallgerda, manu ejus prehenſa; Haud ſane, inquit, tu & Niall formae decore diſpares eſtis: tu ſingulis digitis vngues habes ſcabros; vir autem eſt imberbis. Verum, ait illa; hoc tamen neuter noſtrum alteri dat vitio: ſed vir tuus Thorvalldus non imberbis erat, ac tamen mortis ejus auctor fuiſti. Hic Hallgerda: (q) Adeo mihi parum prodeſt, viro Iſlandorum fortiſſimo nuptam eſſe, ſi tu, Gunnarr, hoc non vlciſceris. Hic raptim ſurgens & ante menſam progreſſus, Me domum referam, ait; namque digniſſimum eſt, vt cum hominibus tuis domeſticis (r) jurges, non alienos intra parietes: caeterum ego Niali de multis officiis multum (s) debeo; adeo *) ſtimulis tuis non incitabor. Cum domum abituri eſſent, Hallgerda fatur: Memento Bergthora, non (t) diremta ſic fore negotia noſtra. haec vero illam nihil inde lucri facturam confirmauit. Id Gunnarr ſilentio praeteruectus, Hlidarendum rediit, domique (u) totam hiemem aeſtatemque, dum comitiorum tempus appeteret, commorabatur. A. C. 979. p. 52.

(n) *hic iterum incipit cod.* B.

(o) hornreka v. ek v.] D. I. hornreka. M. hornrecka. N. hornska, id. B. K. L. hornkona, C. E. R. P. hornkerling, mulier, anus angulo digna cenſeri.

(p) *Huc addunt* R. her, hic.

(q) til lítils.] C. E. P. forir lítit. || R. forir hvat, quid m. pr. — ?

(r) ſennir.] D. E. Chh. ſinnir. R. ſœmir.

*) eggiamar.] P. eggíngar.

(s) lavna.] R. giallda.

(t) ſkildar.] E. ſk. at ſkiptunum, — commercia.

(u) allan vetrinn.] R. v. igegnom, per t. h.

A. C. 980.

CAP. XXXVI.

(v) Kolus occidit Suartum.

Idem ad Comitia iter inſtituit: ſed priusquam domo abiret, Hallgerdae dixit: Placide te geras, dum abfuero, (x) neque te infeſtam vlla re praebeas, vbi cum amicis meis res eſt. Amicos tuos, reponit illa, mali genii auferant! Gunnarr, (y) haud mollem affatu eſſe conjugem intelligens, Comitia petiit: quo & Niall omnesque filii proficiſcebantur. Iam vero (z) quae domi geruntur, memoremus. Erat in Raudaſkridis (ruinis rubris) ſilua Niali & Gunnari communis, quam adhuc indiuiſam (a) caedere ſolebant, vti quiſque (æ) opus habuit, nec (b) ſuper hoc alter alterum incuſauerant. Kolus nomen
p. 53. fuit operum praefecto Hallgerdae, qui cum ea diu egerat, homo ſane profligatiſſimus. Svartus nominabatur homo, (c) Nialis & Bergthorae famulus, iisdem ſatis acceptus. Hunc Bergthora in ſiluam Raudaſkridenſem (d) lignatum ire juſſit: ego vero (inquit) allegabo, qui ligna domum (e) vehant. Famulus (f) imperata facturum (g) annuit, & in Raudaſkridas aſcendit, (h) ibi

---

(v) Kolr vá Svart.] B. víg Svartz húskarls Niáls, caedes Svarti, famuli Nialjs.

(x) enga fárſkapi.] D. E. I. K. L. N. P. engann fárſkap. *ſingular.* G. enga úviſso, nullas turbas pr. *mox* iid. þviat (*pro* þar ſem) quoniam.

(y) at eigi var gott ordum vid hana at koma.] C. E. K. L. N. P. — ſkipta, nihil expedire cum vxore verba commutare.

(z) hvat heima er tídenda.] Fragm. membr. c. hv. til tíd. er h. medan, quae interim &c.

(a) at høggva] Fragm. c. at láta h.

(æ) þyrfti.] id. þurfti. R. villdi, voluit.

(b) á annan of þat.] Fragm. c. á þat, neuter id accuſauit.

(c) var húskarl R. ok B.] id. hafdi lengi verit med þeim Bergþoru ok Niáli, qui diu apud B. & N. egerat.

(d) høggva ſtóg.] E. h. í ſtógi. R. h. vid.

(e) draga.] Fragm. c. bera, portent.

(f) legdi fyrir hann.] E. R. villdi, quod ea vellet.

(g) quaj.] Fragm. c. lej, oſtendit.

(h) *Huc inſerunt* E. M. tekr han þar ok høggr ſtóg, ibi arbores caedere incipit.

ibi ad ſeptem dies (i) manſurus. Interea (k) mendici quidam ex oriente A. C. per flumen Markicum veniebant Hlidarendum; Svartum in Raudaſkridis 980. fuiſſe, arboresque, magno opere confecto, cecidiſſe referentes. Ad quae Hallgerda: Sic Bergthora multis me rebus intenderit ſpoliare: hoc autem ego faciam, ne ſaepius caedat famulus. Quod audiens Rannveiga Gunnaris mater ſuſcipit: Bonae quidem habitae ſunt matresfamiliarum (l) quanquam non operam dederint (m) homicidiis. Poſtquam nox deceſſerat, tempore matutino Hallgerda Kolum conuenit, &, Negotium, inquit, tibi deſtinaui; (n) teloque illi tradito, ſubjecit: Ito in Raudaſkridas, illic Svartum reperies. Ille: Quid mihi cum illo? Tu rogas? inquit mulier, qui ſumma praeditus es malitia animi: illum nempe (o) tollito. Famulus: Id quidem potero; verum credibile eſt, id me capite luiturum. Hallgerda contra: Nihil non tibi formidinem incutit, teque indigne praebes erga me, quae tibi (p) in re qualibet (q) fauerim: quare allegabo alium, ſi tu non ſuſtines. Hinc ira concitus ſecurim capit; equum, qui Gunnaris erat, adhibet, orientem verſus tendit ad flumen vſque Markicum. Hic ex equo deſcendit, & in ſilua, donec materiem vectores deportaſſent, ſolusque remaneret Svartus, opperiebatur. Tum vero ſe ad eum proruens, Plures, inquit, quam tu (r) ſolus grandes dederint ictus: (s) hominique ſecurim in caput impingit, (t) lethalemque (u) plagam infert.

(i) vera.] Fragm. c. vinna, opus facturus.

(k) Svavdir menn komv.] R. Svá bar til at fátækir menn f. ita accidit, vt pauperes quidam.

(l) góbar þótt.] Fragm. c. góbar auſtr her. at, — in hoc orientali tractu, qu.

(m) mannrádum.] E. P. manndrápum.

(n) honom í hendr vapn.] Fragm. c. honom vpi, ſecuri tradita.

(o) vega.] id. drepa, caedito.

(p) hvern hlut.] R. hvetvetna. Fragm. c. jafnan, ſemper.

(q) mællt eptir.] N. látit eptir, indulſerim.

(r) einn *omittit* E. & Fr. c. *Mox* E. hleypr at honom ok hió han h. h.

(s) ok ſetti — hofvd honom *neſc.* R.

(t) ok hió — banahøgg *omitt.* Fr. c.

(u) høgg.] B. C. høggvi.

A. C. 980. Quo facto reuerſus domum, Hallgerdae caedem nuntiat. (v) Praeſtabo tibi, ait illa, praeſentem adeo tutelam, vt (x) nihil tibi nocere queat. Ille vero: Id fieri poteſt; verum (y) aliter comiſſum ante homicidium ſomniaui. Interim vectores in ſiluam redeuntes Svartum nacti ſunt (z) interfectum, & cadauer domum reportauêre. Miſit ad Comitia Hallgerda, qui Gunnari caedis nuntium adferret. Is initio, praeſente nuntio, neque acriori voce perſtringebat vxorem, neque aequo, an iniquo animo colligi (a) primum potuit. Paullo poſt (æ) ſurgens, comitari ſe ſuos juſſit; quod & faciebant. Ambulant ad Nialis tabernaculum; quem Gunnarr, miſſo intus homine, egredi rogat; illeque ſtatim exit. Cumque (b) in colloquium veniſſent, Gunnarr ita loquitur: Habeo tibi homicidium indicare, cujus (c) cauſa eſt vxor mea, meusque villicus Kolus; tuus vero domeſticus Svartus necem accepit. Niall
p. 54. ſilentium tenuit, donec ille rem expoſuiſſet omnem: tum vero inſit: Curato tibi opus eſt, ne conjux omnia (pro libito) perpetret. Ipſe cauſam diſceptabis, ait Gunnarr. At Niall: (d) Arduum tibi erit, cunctas Hallgerdae culpas expiare: quas quidem plus incommodi ſecuturum eſt alibi, quam hic, vbi (e) res eſt inter nos; tametſi plurimum etiam (f) abeſt, vti haec res recte

(v) þón mællti. ſva ſkal ek þik.] Fragm. c. niót heill handa. ſagði hon. ok ſkal ek þik, gratulor tibi fortitudinem ſuam, inquit illa, & ego &c.

(x) ekki.] R. eingi, nemo.

(y) hinn veg dreymdi mik.] C. R. E. hitt hefir mik (hellðr) dreymt, illud &c.

(z) veginn.] C. E. R. dauðann, mortuum.

(a) fyſt.] R. viſt, pro certo.

(æ) ſtóð hann upp — búdar R. *neſcium* R.

(b) gengv — á tal.] Fragm. c. ſettuz — á tal, conſediſſent colloquentes.

(c) valldit.] Fragm. c. valldit.

(d) erfitt.] id. feſeyſit, deficiet pecunia ad expiandas.

(e) eigum lut at.] id. eigum; vid eda hlut at.

(f) ávanta.] C. atſvorta. E. ſvorta (*ſeqq.* R.) at vel verbi, — vt recte agatur.

recte fit: quare nobis opus erit, (g) promiſſae mutuae benevolentiae vt ſimus memores, & ſpero te tè bene geſturum; at oppido fatigabere. Ius ex arbitratu dijudicandi adeptus a Gunnare; Hac de re, inquit, non litigabo tecum contentioſe; XII. vncias argenti ſolue: verum hanc adjicio conditionem, ſi qua lis a (h) noſtra familia, quam decidere tuum fuerit, proficiſcetur, (i) ne (mecum) iniquius tranſigas (k). Hanc multam Gunnarr juſte (l) ſoluit; ac domum poſtea rediit. Niale filiisque a comitiis domum reuenientibus, Bergthora pecuniam (multatitiam) conſpicata, Bene quidem, ait, res eſt compoſita; ſed tantundem pro Kolo expendetur labente tempore. Gunnarr ex Comitiis domum redux Hallgerdam increpauit; &, quum ea multos (Svarto) praeſtantiores inexpiatos jacere praedicaret, repoſuit, penes vxorem fore (m) conata ſua, penes vero ſemet (n) cauſarum exitum. (o) De caede Svarti Hallgerda crebro gloriabatur; id vero Bergthoram male vſſit. Niall filiique Thorolfi fellum ad ordinandam ibi rem domeſticam proficiſcebantur. Hoc ipſo die (p) caſu accidit, vt Bergthora foris conſtituta, hominem equo pullo ad aedes inuehi animaduerteret: ſtitit ergo gradum, neque tecta ſubiit, ſed hominem, quem ignorabat, quique haſtam manu praeferebat, enſiculo cinctus; nomen per-

A. C. 980.

(g) vel vid mæltj.] C. M lengi v. v. m. diu. R. E. lengi vid m. quid jam diu (ſaepe) inter nos promiſerimus.

(h) varum.] Fragm. c. minum, mea.

(i) at þer ſtillit eigi verr gerdinni.] R. at þer gerit ſva, vt (quemadmodum ego) ita transigas. E. at þat ſe iafnt, vt aequalis ſit multa. || Fragm. c. at þú hafir ſ góðum hofnum, vti tu id placide accipias. at þer — gerdinni, *omittunt* B. C.

(k) *Huc addunt* R. Gunnarr ſagdi þat makligt vera, quod G. aequum eſſe dixit.

(l) *Hic inſerit* Fr. c. vt ſtoroliga, promteque.

(m) tilteſium.] id. tiltæſium. Chh. tilteſtum.

(n) hverſv málin lúkaz.] E. hv. rádin ſkuln lúk. quomodo incepta (cogitata) abeant.

(o) vm víg.] C. E. R. af vígi.

(q) *Poſt* ſama dag *addunt* C. E. R. er hon var i brottu, cum abeſſet (Niall).

A. C. 980. percontatur. Atlius nominor, inquit: rogatusque, vnde gentium eſſet, (q) reſpondet: homo ſum Oſtfiördenſis. Bergth. Quo iturus? (r) Atl. Egeo certa ſede; quare Nialem & Skarphedinem conuenire cogitabam, ſi me recipere vellent, cogniturus. Bergth. Cui tu operi aptiſſimus? Atl. Profiteor agriculturam, compluribus adhoc negotiis (s) ſat idoneus: caeterum non diſſimulabo, quod duri ſum ingenii; vnde & (t) multis ſubinde contigerunt a me haud leuia incommoda. Bergth. Hoc tibi vitio non do, quod non es ſemivir. Atl. (u) Numqua tibi poteſtas hic loci? Bergth. Sum vxor Nialis, neque minus, quam is, familiam conduco. Atl. Vis me admittere? Bergth. Hoc faciam ea lege, ſi tu, (v) quod tibi praecepero, exſequi velis,
p. 55. etiam ſi te ad (x) homines de medio tollendos ablegem. Atl. Ea tibi (y) virorum copia eſt, vt (z) ad hoc mea opera opus, credo, non habeas. Bergth. Quod volo, indico. Atl. In hoc conueniemus. Itaque matrona recepit hominem (a). Niall cum filiis domum rediens, Bergthoram, qui ſit ille, percontatur. Famulus tuus, ait; quem in familiam accepi, (b) quod ſe manu

---

(q) ek em Avſt. f. m. ſ. hann. omitt. C. E. R.

(r) *Hic* Fragm. c. *nouum caput incipit*: Grá Þvi er Bergþóra tók vid Atla. De Bergthora Atlium (in familiam) recipiente.

(s) er mer vel heut at gera.] id. kann ek at vinna. E. — vinna oc ek er madr ſkaphardr.

(t) margr jáfnan.] Fragm. c. *tantum: opt*, ſaepe.

(u) ert Þú nokkrs — enn hann', *neſcit* E.

(v) villt vinna Þat er ek legg fyrir Þik.] E. villt ſligt ſem eg, tu idem, quod ego, voles. *Mox* id. Þótteg vilir ſenda. || Þat er ek ꝛc.] R. C. ſlikt ſem ek vil, quod ego voluero, facere vis. || Fragm. c. allt Þat ꝛc, omnia, quae.

(x) mannráda.] C. mannadrápa, id.

(y) tilvarit of menn.] Fragm c. mannum varit.

(z) mín at ſliku Þurfa.] id. mín Þurfa at Því at koſta. || E. mik at ſl. Þ. at quedia, me ad hoc appellare.

(a) *Poſt* honom *addunt* R. vel, amice.

(b) ok quedz hann vera.] Fragm. c. Þviat h. leſt v. nam &c.

manu alacrem profiteretur. Ad quae Niall: (c) Credo hominem valde ope- A. C.
rosum, sed (d) an adeo bene operosus sit, id vero nescio. Erat Skarphedinn
bona in Atlium voluntate. Aestate Niall & filii Comitia adierunt: in quibus 981.
etiam Gunnarr adfuit. Patre erumenam expromente, Skarphedinn, (e) Quid,
inquit, mi pater, hoc est pecuniae? illa ipsa multa, (respondit Niall,) quam
priori aestate Gunnarr pro (f) famulo nostro soluit. Hac tu, puto, (g) non
ad nihil vtêris, ait Skarphedinn, ac subridebat.

CAP. XXXVII.

Caedes Koli, ab Atlio interfecti.

Sed (h) eo vertat oratio: (quod) Atlius quodam die a Bergthora quaesiuit,
quid sibi operis esset conficiundum? Cui illa: Designaui tibi negotium, inquit:
i, quaere Kolum, dum conueneris; namque tu illum hodie, si ex voluntate
facere vis mea, obtruncabis. Atlius: Aeque hoc comparatum, (i) nam vter-
que sumus sceleśti homines: tamen ego illum sic adoriar, vt occumbat no-
strûm alteruter. Hera: Lepidam, inquit, (k) praestiteris operam, neque id
nullo pretio facies. (l) Famulus arma capit & equum, inque Fliotzhlidam

 ascen-

(c) ærit mun hann stórvirkr.] R. yfrit m. h. úhandlatr, — manu alacrem. I. synum er h. stórv. adspectus hominis ostendit eum esse v. o.

(d) hvart hann er sva góðv.] Fragm. c. hversv góðv. h. er. quam bene.

(e) hvat fe er þat fadir.] R. hv. f. þ. fyllði, quò ea pecunia? rogauit.

(f) heimamann.] Fragm. c. húskarl.

(g) til nockvrs.] id. fyrir nacquat.

(h) þar til at taka.] B. D. R. Chh. at t. til heima, domum. Fragm. c. at segia frá heima, quae domi geruntur, narranda.

(i) þviat hvarrtv. ykkar er.] Fr. c. her er hv. illm. hic.

(k) fara.] E. verba.

(l) hann tók.] R. h. gekk vt tók, abiit, armaque cepit.

A. C. 981. adſcendit. Ibi viatores obuiam fiebant, Hlidarendò decedentes, quibus in Marka orientali domicilium erat. Ab his Atlius, quò cogitaret, interrogatus; eundum ſibi dixit equum quemdam veterinum inueſtigatum. Aſſerunt exiguum tanto operario (m) negotium: caeterum, (addunt,) res eſt primum ab iis requirenda, (n) qui proxima nocte (o) vigilarunt. Quinam? ait. Reſpondent: Kolus *homicida*, famulus Hallgerdae, qui modò ab aeſtiuis deſcendit, perpetem noctem vigilauit. Hic Atlius: Dubito an hunc adire audeam; (p) malitioſus eſt; (q) & forſan ego *alterius damno cautus* fiam. Viatores contra: Alius videri poſſes de ſupercilio, ſcilicet haud (r) mollis animi vir: ſimul, vbi Kolus eſſet, monſtrantes. Mox incitato equô, magna feſtinatione Atlius vehitur, & Kolum, vt venit obuiam, compellat, inquiens:
p. 56. Bellè procedit (s) vectura clitellaria? At Kolus: Nihil ad te, inquit, (t) lutum hominis! neque ad quemquam e tua domo. Atlius reponit: Reſtat tibi res laborioſiſſima, (u) mori ſcilicet: & cum dicto haſtam in medium Koli corpus dirigit. Kolus contra ſecurim vibrat, neque tetigit: ſed ab equo delapſus continuo exſpirauit. Hinc Atlius, donec operarios Hallgerdae inueniret, equi-

---

(m) eyrindi.] E. verk, opus. *mox pro* ſiſkum *legit* Fragm. c. ſva góbum, tam bono.

(n) er.] Regii: at, id.

(o) á ferli haſa v.] Fragm c. á ferd h. v. iter fecerunt.

(p) ſkapillr.] R. illſengr.

(q) má vera at ek.] E. & Fragm. c. mun eg, opinor. || Chb. ſkal ek, certum eſt, vt. || B. búd eigi láti ham ann. forſitan ille non — fiet.

(r) ragr.] R. hræddr, meticuloſi.

(s) klyſiabandit.] C. E. R. klyſiaburdrinn.

(t) maunſplan.] R. maunſplo þína. *accuſandi caſu.*

(u) en þat er at deyia, *omittunt* B. C. E. R.

(v) equitat: Adſcendite vos, inquit (illis), ad jumentum Koli, hominem- A. C.
que (x) ferunte; nam ex equo demiſſus eſt, idque exanimis. Tune occidiſti 981.
eum? quaerunt. Ita, credo, videbitur Hallgerdae, non ſua morte mortuum
eſſe, regerit Atlius: & mox domum profectus rem renuntiat Bergthorae.
Quo de facinore, verbisque, (y) quibus fuerat vſus, illa gratias peregit.
Atlius: Neſcio, an hoc probetur Niali. Accipiet, inquit hera, bonam in
partem; cujus vnum tibi argumentum adferam, quod (z) (ſecum) ad Comi-
tia ſumſit pretium ſerui, quod priori (a) vere accepimus; id ipſum nunc pro
Kolo expendetur. caeterum etſi tranſactio fiat, tibi tamen vt caueas, auctor
ſum; Hallgerda enim nulla ſeruabit pacta. Numquid vis, (ait ille,) ad Nia-
lem mittere, qui caedem nuntiet? (æ) Nolo, inquit illa: ſatius haberem
caedem Koli non reſarciri. quo dicto colloquium dirimebant. Hallgerda,
caede Koli ſibi nuntiata, verbisque ab Atlio adhibitis, mercedem ſe huic
reddituram praedicauit, miſitque ad Comitia Gunnari caedem Koli indicatu-
rum. Suſcepit ille paucis, &, qui Niali renuntiaret, mandauit. Quo (b)
nihil reſpondente, Skarphedinn ſuſcipit: Multò majora nunc, praeut dudum,
ſerui gerunt; ante hac (tantum) colluctabantur, (c) neque id in noxa pone-
batur; nunc verò *) armis confligere (d) incipiunt. haec ille ſubridens.

(v) reid.] Fragm. c. for, iter fecit.

(x) getid.] C. E. R. geymit, id.

(y) er hann hafdi vm haft.] R. e. h. h. eptir, quae poſt factum fecerat.

(z) til þings þrælsgisllð þav.] Fragm. c. med ſer ſeſiód þann, crumenam ſecum.

(a) vár.] B. R. Fragm. c. ſumar, aeſtate.

(æ) eigi vil — þav talino *neſcit* R.

(b) *Hic* Fragm c. *inſerit:* þagdi ok, tacente, neque quidquam.

(c) ekki ſaka.] B. engom manni ſaka, cuiquam vlla videbatur culpa. Fragm. c. engo ſkipta.

*) vegaz. ok glotti vid.] R. brepaz. ok hló vid, alter alterum interficere &c.

(d) vilia (volunt.] Fragm. c. taka.

A. C. 981. Niall crumenâ, quae in tabernaculo (e) erat ſuſpenſa, raptim depromtâ exiit, filiis eum ad Gunnaris tabernaculum comitantibus. (f) Hic quendam in oſtio (g) conſtitutum Skarphedinn ita compellat: Dic Gunnari patrem meum ab eo conueniri velle. Id faciente homine, Gunnarr ſtatim egreſſus, Nialem (h) benigne ſalutauit, cumque ſermonem inchoauiſſent, hic ita fatur: Male euenit, pacem pactam (i) a conjuge mea violatam eſſe, ſubjiciendo, qui famulum tuum occideret. Ad quae Gunnarr: Nullam hinc ea vituperationem ſubeat. Et Niall: Ipſe cauſam judicabis, ait. (k) Faciam, reſpondit: aequali pretio Svartum & Kolum (l) metior; ſolues mihi XII. vncias argenti. Niall crumenam producit, & Gunnari tradit, eandem agnoſcenti pecuniam atque ipſe pependerat. Reuertit Niall ſuum in tabernaculum: (m) neque
P. 57. minus poſtea, quam ante, mutua beneuolentia conſtitit. Domum autem rediens Niall Bergthoram redarguit: quae ſemet Hallgerdae nunquam ceſſuram confirmabat. Gunnarr, vxore ſe grauiter inſectante (n) eo quod de homicidio tranſegiſſet, negabat ſe vnquam (o) erga Nialem & filios mutatum iri: fremebat

---

(e) uppi var.] Fragm. c. K. L. heck uppi.

(f) Sk. mælti v. m. — ſegdv G.] Fragm. c. Sk. ſpurdi hvart Gunnarr veri í búdinni. honum var ſagt at hann var þar. ſegir at :c. Sk. quaerebat, an G. adeſſet in tabernaculo, & eum adeſſe diceretur, Significate, (inquit).

(g) er var.] N. er ſtód, ſtantem.

(h) *Poſt* Niáli *addit* Fragm. c. ok ſonum hans, filiosque illius.

(i) *Huc addit* id. ok ſettir, & tranſactionem.

(k) Sva man eg gera.] id. ſva ſkal vera, ita fiat.

(l) læt ek.] Fragm. c. geri ek.

(m) *Huc idem addit:* ok var nú kyrt, jamque pax obtinuit.

(n) er.] B. ef, id. *raro ſenſu.*

(o) bregdaz ſkyldv Niáli ne ſonum hans.] Fragm. c. mundu Niál ok ſonu hans þar vid gefa, N. & fil. eam ob rem proditurum eſſe.

mebat illa, ille vero nihil id penſi habuit. Sequenti anno ſic eſt prouiſum a viris, vt nihil turbarum eueniret (p). A. C.

CAP. XXXVIII.

(q) Caedes Atlii ſerui.

(r) Verno tempore Niall verba fecit ad Atlium: Tu vellem in Oſtfiördos remigrares, ne Hallgerda terminum aetatis tibi ſtatuat. Atlius contra: At ego hoc non metuo; quin libentiſſime, modo vt impetrem (tuae) domi manco. Niall: Hoc vero magis temerarium. Atqui ſatius habeo, in tua familia (degens) mori, quam dominos mutare: verum te quaeſo petoque, ne, ſi occiſus fuero, pro me ſeruile pretium refundatur. (s) Caedes tua, (inquit Niall,) vt liberi hominis expiabitur: id vero Bergthora tibi, credo, condicit, quod (t) praeſtabit, tibi nempe ſanguine parentatum iri. Poſt in miniſterium receptus eſt. Iam vero (u) de Hallgerda dicendum, quod ea occidentem verſus miſit in Biarnarfiördum, qui cognatum ſuum arceſſeret Bryniolfum (v) Roſtium (turbulentum), qui ex concubina Svani natus; ſumma praeditus erat ingenii malitia. Ea res Gunnarem latuit: Hallgerda vero hominem gubernan- 982.

(P) Fragm c. *addit:* með þeim, inter eos. || R. & E. ſátt taladi (raddi) Niáll við Atla, parum N. verborum fecit cum Atlio.

(q) víg Atla þræls.] Fr. c. Bryniólfr vá Atla, Br. Atlium interfecit.

(r) vm varit — Atla *omitt.* E. R. & *legunt:* þat villda ek Atli, ſagdi Niáll. at ꝛc.

(s) Sva ſkal þit bæta ꝛc.] E. ſva ſk. eg gerꝺ, id ego faciam.

(t) hon man efna.] R. efnaz mvn, perficietur. C. E. h. m. láta fram koma, euenire faciet.

(u) ſegia frá Hallgerði.] Fragm. c. taka til Hallgerðar, *v. t.* apprehendenda eſt Hallgerda.

(v) Roſta.] R. Roſto. *Foemin. gen. Mox* Fragm c. *omittit* lavngetiun.

A. C. dis operis (x) eptum ſibi praedicabat. Veniente Bryniolfo ab occidente, Gun-
982. narr, (y) quò tendat, percontatur: cumque illic manendum ſibi eſſe diceret; Ita mihi, inquit, de te perhibitum eſt, vt non meliorem redditurus ſis familiam noſtram: at verò propinquos Hallgerdae, quos ea ſecum eſſe vult, (y) foras non ejiciam. Parum familiariter, nec male vtebatur Gunnarr homine. Sic elapſo ad comitia tempore, idem & Kolſkeggus ad Comitia proficiſcuntur: quo cum eſſet ventum, Nialem conuenêre, (a) qui cum filiis vna in Comitiis aderat; (æ) amiceque hos inter & Gunnarem agebatur. Atlio (interim) Bergthora loquitur: Adſcende tu (b) Thorolfsfellum, & (c) fac ibi per ſeptiduum opus. Adſcendit eò famulus, ac latitans ibi, carbones in ſilua coquebat. Hallgerda Bryniolfo fatur: Narratum eſt mihi, Atlium domi non agere, & creditur Thorolfsfelli opus facere. (d) Ille: Quid eum praep. 58. cipuè negotiari putas? Aliquid in ſilua, reſpondit illa. Bryniolfus porro: Quid mihi cum homine? Hallgerda: Perimito eum, inquit: & cum ille ſtomacharetur, addit: Minus id ſanè Thioſtolfo, ſi in vita eſſet, horroris incuteret Atlium interficere. Neque tu hic, regerit ille, opus habebis (e) aſperiores admouere ſtimu-

---

(x) fallinn.] C. R. felldann.

(y) hvat hann ſkyldi.] R. hv. h. vildi, quid vellet.

(z) viſa í brott frændvm.] R. reka þik í br. ut abra frændr, te aut alios propinqu. &c. Fragm. c. reka í brot frændr.

(a) ok var hann — ſynir hans *omittunt* R. & Fragm. c.

(æ) ok fór vel með þeim G.] E. R. ok áttuzt þeir mart vel við (við ok vel) iique multa negotia amice habuerunt inter ſe.

(b) í Þórólfsfell.] E. Raudaſkridvr ok fyſt í Þór. in Raudaſkridas, & primum quidem Th.

(c) vinn þar vikv.] E. v. þ. á ſavn, — clanculum op. || Fragm. a. v. þ. við, lignare ibi.

(d) hvat þikki þer — nacquat ſ. h.] R. ok þat líkazt at hann vinni í ſtógi. hvat ſk. & veriſimillimum, eum lignari. Qvid m.

(e) miok] R. ſtórum. *Mox pro* fryia Fragm. c. telia, hortari v. accuſare.

simulac. Mox arma capit, equum adducit, conscendit, Thorolfsfellum A. C.
equitat. Ab oriente aedium magno (f) carbonariae vstionis fumo viso, illuc 982.
adpropinquat; tum ex equo descendit, eumque religat, ipse, (g) qua vis fumi erat maxima, procedens, fossulam carbonum animaduertit (h) & hanc juxta hominem, quem apud se hastam humi destituisse videt, ad hunc vsque secundum fumum penetrat: eum vero carbonarius operi suo (i) intentus non sentiebat: securim in caput ejus Bryniolfus ingerit (k). Atlius autem, (l) conuerso tanta vi corpore, vt ille securim amitteret; hastam corripit & in Bryniolfum conjicit; telum vero hominem, humi se projicientem, supervolauit. Hic Atlius: Nunc tibi fuit saluti, quod ego imparatus (m) eram, & sane complacebit Hallgerdae, quod ei mortem meam nuntiabis: hoc autem (mihi) solatio est, quod tu (n) talem sortem propediem subibis: caetera, quae hic fuit, securim tuam recipe. Bryniolfus nullo responso dato, neque secure prius recepta, quam ille exspirasset, Thorolfsfellum adequitauit, homicidioque palam ibi facto, domum (o) peruectus, idem Hallgerdae nuntiauit. Ea primo

---

(f) kolreyk.] Fragm. c. kolvid, arbusto carbonario. *vel* (magna) lignatione ad vrendos carbones congesta.

(g) þar sem.] E. R. þar til er, eo, vbi.

(h) ok er þar m. v. — h. hafdi.] Fragm. c. ok hvar Atli hefir, & vbi Atlius h. destituisset.

(i) ódr.] id. sem ódaztr, quam maxime int. G. idinn. F. idan.

(k) *Post* hió *addit* Fragm c. tveim hendvm, ambabus manibus.

(l) brást vid sva fast at Br. let lausa sxina.] Fragm. c. brá vid skiótt ok hart sva at homom vard laus auxin, — celeriter & —.

(m) var.] Fragm. c. vard. *Mox*, er pro þvíat, id.

(n) eiga slikan brátt] Reg. *supplem.* c. sl. hlut brátt fyrir hendi. — B. c. sl. á havgi brátt. Fragm. a. & c. sl. br. á havgi eiga, *ejusdem sensus, sed incertae originis locutio.*

(o) Post heim add. Fr. c. til Hlidarenda.

A. C. 982. primo (p) Bergthorshvalem misit, (q) Bergthorae caedem Koli nunc esse compensatam dicere jussos: (r) deinde ad Comitia, qui Gunnarem de caede Atlii certiorem faceret, amandauit. Gunnarr (hac audita) surrexit, & cum eo Kolskeggus, inquiens: Parum commodi erunt tibi consanguinei Hallgerdae. Cumque Nialem conueniissent, infit Gunnarr: Habeo tibi caedem Atlii nuntiare: (s) ac prodito percussore, subjecit: De hac tibi (t) satisfacere polliceor, ac tute sententiam feres. (u) Id agere constituimus, inquit Niall, ne (v) diffideamus inter nos: nec tamen illum (caesum) in mancipiis ponam. id Gunnarr dextram porrigens adprobauit, (x) inque hanc legem, (y) Niale testes adhibente, transactum est. Tunc Skarphedinn: Non sinit Hallgerda domesticos nostros (z) occumbere senio. Cui Gunnarr: (a) Hoc & forte intendit mater tua, vt alternentur (æ) familiarum vulnera. Nimium, inquit Niall, hujus

---

(p) sendi menn t. B. ok let segia.] id. let senda mann t. B. at mú er launat &c.

(q) ok let segia — víg Kols.] E. at segia vigit, nuntiatum caedem.

(r) Síðan sendi H. mann.] Fragm. c. enn annan mann s. hon, alterum vero nuntium ad &c.

(s) hann sagdi honom &c. — fiálfr.] R. hverr vo hann. segir Niáll. Bryniólfr hefir vegit hann. sagdi han. ok vil ek at hú gerir um fiálfr, Quis occidit eum? inquit Niall. Bryniolfus occidit, ait alter; egoque volo, vt ipse judices.

(t) bót.] Fragm. c. sætt, id. *Mox* id. einn gera, solus &c. *pro* gera fiálfr.

(u) hat hafvm vid ætlat &c.] R. sva mvn ek gera. hviat vid h. &c. ita faciam, id enim &c.

(v) ágreina.] Fragm. c. áscilia.

(x) ok sættuzt at þessu.] Fragm. c. ok skilþu at því, & ita ab invicem discedebant.

(y) R. nefndi ser v.] C. R. N. tók ok nefndi s. v. id.

(z) ellidauda.] E. R. fiálfdauda, sua morte mori.

(a) sva man módir þín tilætla — eigi.] Fragm. c. þat monoþ þer ætla — skyli eiga, — vos intenditis &c.

(æ) hogg í garda.] K. L. hlut í gardi. *forte*, vt familiae inter se alternatim debeant. || í garda.] E. N. P. í annars gardi.

hujus rei vestigium esse credo. Deinde Centussem argenti indixit, quem & Gunnarr numerò expendit. Haud paucis, qui adstabant, grandem esse multam dictitantibus; Gunnarr exsandescens, caedes hominum haut fortiorum, quam Atlius fuisset, absolutas (b) multa refarciri adserebat. Re ita confecta ex Comitiis domum itur. Conspecto aere, Bergthora Niali dixit: Videris tibi tuum compleuisse promissum; at meum jam restat. Hoc vt soluas, ait vir, nihil necessum est (c). Contra vxor: Aliter conjecisti, & ita fiet. Hallgerda vero ad Gunnarem: (d) Tu caedem Atlii C. argenti redimendo, hunc reddidisti liberum? Antea liber erat, regerit; &, quicquid sit, Nialis domesticos criminis capitalis reos non habebo. Illa reponit: Aequa est tua & illius ratio, quod ambo (e) effoeminati estis. Quid hujus sit, ait vir, res ostender. Hinc & conjugem diu austerius habebat, quousque ipsa viro cederet. Proximo anno nihil mouebatur. Neque eo vere Niall ministeria ampliauit. Sequenti aestate ad Comitia itur. A. C. 982. p. 59. 983.

CAP. XXXIX.

Caedes Bryniolfi Rostii.

Homini nomen erat Thordus, qui *libertinus* appellabatur. Ejus pater, Sigtryggus nomine, libertus (f) Asgerdae fuerat, & in flumine Markico submersus perierat: ex eoque filius cum Niale commorabatur: vir statura magnus & (g) robustus; quique omnibus Nialis filiis paedagogus fuerat. Adjecerat

 animum

(b) bótum.] B. C. R. Fragm. c. retti.

(c) Post navdsyn á add. Fr. c. hústreyia, vxor.

(d) hefir þú.] E. R. þú hefir. || Fragm. c. er þat satt at þú h. an verum est, quod &c.

(e) blavdr.] E. ragr, ignaui.

(f) Asgerdar.] R. Bergþóru || post Asgerdar *addit* Fragm c. móður Niáls ok Hollaþóris, matris &c.

(g) styrkr.] Fragm. c. sterkr.

A. C. 983. p. 62. mente abhorrentis. Ad haec Sigmundus: (p) *Abeſt, qui praemonet, a culpa.* Itaque conſilium eſt obſeruandum, ait Gunnarr; at magnopere (q) tentaberis: quare memet affectare, meiſque conſiliis vtere. Exinde hoſpites ipſum jugiter comitabantur. Sigmundo Hallgerda ſtuduit: quod ſtudium eò vehementiae tandem proceſſit, vt largitionibus illum oneraret, neque (r) minori cura, quam virum ſuum coleret: (s) ea res multorum ſermone jactabatur, mirari ſe, quid ſubeſſet, praedicantium. Gunnarem adloquens Hallgerda: Haud jucundum eſt, inquit, in illo Centuſſe argenti, quem pro meo propinquo Bryniolfo accepiſti, acquieſcere; & ſane (t) hunc ego, ſi potero, vlciſcar. Ille vero ſe cum vxore verba commutaturum negauit, atque digreſſus Kolſkeggum hujusmodi verbis conuenit: I conuentum Nialem, eique dic, Thordus ſibi caueat, quamuis (de homicidio) tranſactum ſit; non enim ſecuritati confido. Ille profectus Niali; (u) hic Thordo rem aperuit, & Kolſkeggo, domum reuerſuro, fratrique de (v) fidelitate ſua gratias peregit. Accidit aliquandò, vt Niall & Thordus extra aedes (x) conſtituti eſſent. Solebat autem caper, quem exigere nemini licuit, per pratum (aedibus adjacens) paſcere. Thordus fatur: Res mira nunc euenit. Quid apparet, inquit Niall, (y) cujus te capiat admiratio? Videtur mihi caper in hac (z) lacuna jacere, idque toto corpore cruentatus. Niale, neque caprum ibi, neque aliud

(p) vellðrat.] E. Fragm. a. & Chh. eigi vellðr, id. || N. vellðr opt varandi, ſaepe in cauſa eſt (peccati), qui praemonet.

(q) reynðr.] C. at þreyttr, fatigaberis.

(r) verr.] C. minur. E. R. miðr.

(s) lagðv margir þat til orðs.] Fragm. a. lagðv m. henni þ. t. o. multi eam rem foeminae crimini dabant.

(t) hana.] C. E. R. þeſſ, hanc rem.

(u) en Niáll — reið heim *omittit* E.

(v) trúleika.] C. E. R. trúlyndi, id.

(x) vorv.] C. E. R. ſátu, conſiderent.

(y) er þer — móti *neſciunt* E. R.

(z) lægðinni.] C. E. R. ðælinni.

aliud quicquam esse, dicente: Quid ergo istuc est? inquit. Cui Niall: A. C. Propediem vt moriare, futurum credo, ac forte tuum ipsius (a) genium vi- 983.
disti; quare vide sis cautus. Thordus contra: Id verò me non sustinet, si (æ) fato sum destinatus. Hallgerda Thrainem Sigfussonium conuenit, &, Haberem te generum, inquit, si Thordum (b) *Libertinum* tolleres. Ille respondit: Hoc ego non parabo; quia sic iram cognati mei Gunnaris in me conflarem: quin & res ea (c) magni sane constabit; nam haec caedes propere vindicabitur. Quis vindicabit? ait illa, num senex ille imberbis? Non ipse quidem, regerit, sed filii sui. Dein multa secretò communicabant, (d) consultationis materiam nemine hominum rescisente. Vsu euenit, vti Gunnarr & frater simul ab domo abessent (e): aderat verò Thrainn ab Griota, isque & Hallgerda sub dio confidentes colloquebantur. Tunc ea: Vos promisistis, inquit, sodales, Sigmunde ac Skiöllde, Thordum *Liberti-*
num (f) interficere; tu verò, Thrainn, facto adesse. Omnibus id foeminae p. 63.
spospondisse confessis: Iam igitur consilium ad hoc dabo, ait: iter orientem versus in Hornafiördum facite, bona vestra inde asportatum; ac primo comitiorum tempore domum redite: si enim domi estis, volet Gunnarr vos vt secum adeatis Comitia: verum, vbi Niall & filii & Gunnarr Comitiis jam intererunt, vos Thordum obtruncabitis. Hanc rationem (g) exactum iri confir-

---

(a) fylgiv.] R. dauðafylgiu, mortis indicem (tuae).

(æ) dauðinu ætladr.] Fragm. s. dauðinn af lagadr. C. E. R. Chh. þat ætlat (sc. at deyia) si necessitas fati instet.

(b) Leysingiason.] C. Lausingia, libertum.

(c) stórt áliggia.] R. stórt afhliótaz magnum malum pariet.

(d) hafdv i rádagerdum.] E. talvdu, quid colloquerentur.

(e) Post heima add. R. en Sigmundr var heima, Sigmundus vero domi erat.

(f) Post Leysingiason add. iid. fóstra Niálssona, paedagogum filiorum N.

(g) at sv fyllist frumloma nefcit E.

A. C. confirmauerunt: deindeque in Oſthördos proficiſci parant: quam fallaciam
984. Günnarr haud prouidens, iter ad Comitia fecit. Thordum *Libertinum* orientem verſus in tractum Eyiafiallenſem Niall amandauit, vnam noctem (h) abeſſe jubens. Qui eo profectus, in reditu ab oriente, tantam propter fluminis altitudinem, vt longe longeque (i) inequitabile eſſet, impediebatur. Eum poſtquam Niall vnam noctem (k) manſerat, cum (l) ſibi comitem fore propoſuiſſet; Bergthorae, vti Thordum, quam primum hic domum adforet, ad Comitia mitteret, praecepit. Binoctio poſt ex oriente redeunti Bergthora dixit, ei quidem ad Comitia proficiſcendum eſſe; verum jam, (addit), Thorolfsfellum adſcendes ad recognoſcendam villicationem, neque ibi diutius vna vel (ſummum) (m) binis noctibus commorabere.

Cap. XLII.

(n) Caedes Thordi *Libertini*.

Sigmundum & ſodalem ab Oriente reduces Hallgerda certiores facit, domi eſſe Thordum, ſed ad Comitia paucarum noctium interuallo profecturum: Quare vobis, inquit, (o) hujus opprimendi jam eſt occaſio; verum hac forte ſublata, nulla vobis fiet copia hominis. Quidam Thorolfsfello venientes Hlidarendum, Hallgerdae, Thordum illic agere, nuntiabant. Igitur Thrainem Sigfus-

---

(h) vera í brott.] R. verda í þr.

(i) óreitt.] B. E. Fragm. a. K. & L. ófært, imperuium.

(k) beid.] R. bidaþi, id.

(l) Ante með honom addunt E. R. til þings, ad Comitia.

(m) eda tvær, omittunt iid.

(n) Wſg.] C. fall, occaſus.

(o) nú færi á vid hann ſ. h. en ef þetta verr vndan.] R. eigi færi á honom ſ. h. ef nú verr vndan. menn ꝛc. non dabitur ejus poteſtas, ſi haec non arripitur occaſio. || E. en allvri ef nú h. v. (*omiſſ.* náit — eigi.) ſed nunquam, ſi haec &c.

Sigfuſſonium (ac ſodales) adgreſſa, illi dixit: In praeſentia Thordus adeſt A. C.
Thorolfsfelli, vobisque ideo tempeſtiuum erit, eum, quum reuertetur domum, 984.
adgredi. Hoc faciamus, ait Sigmundus. Egreſſi ergo, armis equisque adhibitis, viam homini praeoccupare feſtinant. Hic Sigmundus ad Thrainem: Tu nihil huc operae confer; res enim nos omnes haud poſtulat. Cui alter: Sic faciam, inquit. (p) Breui poſt iis Thordus adequitauit. Quem Sigmundus adloquens: (q) Dede te, inquit, namque tibi jamjam eſt moriendum. Thordus contra: Non vero illud fiet; deſcende, ſodes! mecum ſolus in pugnam. Et ille: Neque hoc fiet; ſed, quod nos (r) numero ſuperiores, in noſtros vſus conuertemus: caeterum haud mirum, quod Skarphedinn ſit (s) fortis, vulgo nempe ajunt, *quartam* (*indolis partem*) *ex alumno trahi.* Hoc tu experieris, inquit Thordus; nam Skarphedinn mortem vlciſcetur p. 65.
meam. Mox impetum in eum faciunt: at ſe tam pulchre propugnauit, vt (t) haſtam vtrique frangeret; vnâque ſibi a Skiölldo abſciſſa manu, alterâ ſeſe defendit aliquamdiu: tandem a Sigmundo haſtâ confoſſus, exanimis humi procidit. Quo ſaxis glebisque aggeſtis obruto; Malum nos facinus, inquit Thrainn, hic edidimus; maleque caedes filios Nialis, quum reſciuerint, vret. Domum reuerſi Hallgerdam certiorem fecerunt, homicidio applaudentem. At Rannveiga Gunnaris genitrix (ad Sigmundum): Id quod vulgo dictitant, *Occiſorem caede parum diu triumphare*, (u) tibi quoque nunc eueniet; tametſi Gun-

(p) litlu ſíðarr.] B. & Fragm. a. venum bráðar, exſpectatione citius.

(q) gefi þú vpp.] Fragm. a. gef þú upp vopn þín, dede arma tua.

(r) fleiri.] E. liðfleiri.

(s) hrauſtr.] C. hetia mikil, magnus bellator, athleta. E. gilldr, validus.

(t) braut ſpiót fyrir hvarvintveggia þeirra.] E. br. ſpiótſkauptin fyrir þeim, haſtilia eorum fr. || O. brotnuðv ſpiótleggir þeirra, pali haſtarum infringerentur.

(u) enda man ſva her.] E. e. m. þer ſvo fara nu, tu etiam nunc facies.

A. C. narr hoc te crimine liberabit: ſi vero Hallgerda alteram tibi muſcam in os
984. indiderit (ɔ: altera nocendi illecebra te ineſcuerit), periiſti. Unum Hallgerda Bergthorshvalem, alterum ad Comitia Gunnari miſit, homicidium renuntiaturos. (v) Qua de re Bergthora ſe illam maledictis verberaturam negauit, haec enim nullam eſſe tanti facinoris vindictam.

Cap. XLIII.

Tranſactio Nialis & Gunnaris de caede Thordi.

Sed vt nuntius ad Comitia veniens Gunnari caedem indicauerat, erupit is haec in verba: Factum peſſume, ac nullum ſane nuntium ad aures meas, mihi hôc ingratius, perueniret: attamen Nialem mature ibimus conuentum; quem etiam ſe beneuole geſturum ſpes me habet, quamuis oppido (talibus) fatigatum. Ad hunc igitur conueniendum ambulant, in colloquium acciunt; illeque ad Gunnarem confeſtim prodiit (x). Inito ſermone, neque pluribus, quam Kolſkeggo, primum arbitris; Amarum, inquit Gunnarr, tibi adferre
p. 65. habeo nuntium, necem puta Thordi *Libertini:* quam caedem tuo ipſius judicio permitto offeroque. Niall, voce parumper ſuppreſſa, tandem ait: Bene polliceris, (y) neque adſpernabor conditionem; ſed, licet haud dubitandum, (z) quin vxoris meae filiorumque, quod iis grauiter diſplicebit, vituperationem

---

(v) quaz ekki mvndv beria H. illyrdvm vm ſlikt.] E qv. alldri ſkyldv beriaz vid H. ſe nunquam cum Hallgerda decertaturam ait. || illyrdum.] R. ſiſtyrdum, ineptis verbis (proſciſſuram).

(x) *Huc addit* O. ſem þeir bádu, vt illi (Gunnarr & ſui) petierant.

(y) þiggia.] C. E. R. taka.

(z) at ek haſa ámæli af ꝛc. — þvíat ek veit at ek á ꝛc.] E. at miſlíki kono minni ſ. þ. en þó — hætta. vid þat er eg á ꝛc. qu. vxori meae diſplicent, — quandoquidem mihi res eſt cum v. b.

nem ſubeam, nihilo tamen ſecius hoc periclitabor; quippe gnarus, rem eſſe A. C. 984.
mihi cum viro bono: neque enim amicitiae noſtrae (a) violationem a me proficiſci volo. Gunnarr: Numquid vis vt adſint filii tui? Nolo, ait Niall; quia tranſactionem a me conuentam haud rumpent: contra ſi aderunt, nihil ad eam conueniendam (æ) facient. Ad haec alter: Sic & ego putabam; vnde tu ſolus conſule. Tum ſtipulatis inuicem manibus, (b) probe citoque redierunt in gratiam: quum & Niall: CC. argenti indico, quae multa grauior forte tibi videbitur (c). Minime cenſeo hanc nimiam, ait Gunnarr. ſuumque ad tabernaculum rediit. Filiis ad ſe venientibus, ac Skarphedine percontato, vnde tanta (d) eſſet pecunia, quam pater teneret in manu, reſpondit Niall: Caedem Thordi paedagogi veſtri vobis refero; qua de cauſa ego & Gunnarr tranſegimus, isque (e) pro caeſo duplum hominis pretium expendit. Ille porrò: Quinam ſunt occiſores? Sigmundus ac Skiölldus, ait Niall; ſed tamen praeſens erat Thrainn. Hic Skarphedinn: Magna ope opus eſſe cenſebant, inquit; (f) carmenque addidit:

(a) brigd.] C. E. R. afbrigd.

(æ) *Poſt* ſamnandraga *addunt* C. & M. ſattina, pacificationem.

(b) vel vl ſkiótt.] B. heilum ſáttum, ſolida fide.

(c) *Huc addunt* C. E. R. M. þviat þat eru tvenn manngiallð, haec enim duplum aequat caeſi hominis pretium.

(d) *Poſt* þit mikla *inſerunt* iid. vl (þit) góda, tamque pretioſa.

(e) bætt hann.] C. R. golldit.

(f) vl qvad viſo.] O. en ſvo nær mun þat komit at ver ſk. h. h. Sed jam prope eo ventum eſt, vt nos debeamus manus tollere. R. *omiſſo carmine*, en hvar ꝛc.

A. C. 984. (g) Exiſtimârunt, qui maris horridi
Stipant equorum pondera firmiter,
Audaciâ promti neceſſe
Non modicas adhibere vires.
Sed quando oportet tollere nos manus,
Vir tela jactans, quîs fodiunt, (virûm
Gens antehac tinxêre ferrum
Inclyta:) ſi ſumu' nunc quieti?

(h) At quò tandem (injuriarum) peruentum eſſe debet, cum nos manus (i) eleuabimus (arma capiemus)? Ad haec Niall: Propediem fiet, neque tum (k) reuocabere: attamen ego plurimum in hoc pono, vt pacificationem hanc
p. 66. ne diſſoluatis. Id ergo faciemus, ait Skarphedinn: verum ſi quid porro nos

---

(g) *Ordo verborum hujus carminis hic eſt:* Eigi þótti þeim þróttadiarfum ægiſs heſia áfeſtaundum lítils þurfa vid hlíta. 1) Nær ſkulum heſia handa, 2) laugdis branda *) hrærir, 3) eſ erum nú kyrrir. fyrr 4) rudu frægir fyrdar ſverd.

1) P. Ver ſk. h. nos. *ſublata quaeſtione.* 2) id. bugdis branda (hrærir) incurvorum gladiorum (ficarum) vibrator. 3) id. eun nú ero k. ſed nunc quieti ſunt. 4) E. rvddv.

*) *Quanquam vtrumque,* laugdir & brandr *gladii nomen ſit, tamen* laugdis-brandr *conjunctim denotare poteſt haſtam, idque ea ratione, quod* laugdir *a* legg, *pango, fodio, deſcendit; quod verbum de haſtis plerumque, de gladiis raro dicitur.* Branda *vero cum* heſia handa *vix conſtrui poſſe arbitror; nam* handa brandr *ſecundum Eddam nihil aliud quam aurum ſignificat, quod ſi admittas, verbum* heſia *genitiuum* (laugdis) *regere oportet, quod plane inſolens. Caeterum* heſia, eleuare, *abſolute dictum videtur pro* vega, *quod idem, item* pugnare *ſignificat. & in* handa *forte ſubaudienda praepoſitio* til, *quae in quibusdam locutionibus* quod ad *denotat.*

(h) en hvar ſk. — h. heſia omitt. E.

(i) heſia.] Chh. heſiazt, eleuabimur.

(k) eigi þeſſ lattr.] P. Q. ekki þ. latr, ad id ſegnis eris. O. vera þeſs hlatr, tardus ad eam rem eris.

nos inter & Sigmundum interuenerit, iras veteres recordabimur. Ad quae A. C. 984.
Niall: Tunc ego nihil deprecabor, inquit.

CAP. XLIV.

Sigmundus Nialem filiosque conuiciis afficit.

Postquam a Comitiis domos discessum est, redux Gunnarr Sigmundo loquitur: Magis tu (l) infortunatus homo es, quam ego sperabam, tuasque dotes artesque male collocas: attamen te Niali filiisque jam reconciliaui: quam ob rem fac, oro, ne tibi exitiale denuò consilium suggeratur: tu sane mei dissimilis es ingenio; tu cauillari atque illudere amas, quod a meo ingenio diuersum; eòque Hallgerdae gratiosus es, quod animi vestri magis congruunt. Gunnare cognatum (m) diutius increpante, secunda hic responsa dedit, se magis porrò, quam adhuc (n), monitis ejus obsecundaturum pollicens: quod & ille cognato (o) saluberrimum fore adserebat. (p) Durabat Nialem inter & Gunnarem amicitia, quamuis inter caeteram (q) familiam (r) frigida. Visu venit, vt (s) foeminae circulatrices Bergthorshvale profectae

(l) úgiptumadr.] O. ógiæfumadr.

(m) lánga hríd.] O. Q. S. l. stund.

(n) Post þar til addunt C. E. R. M. hafdi verit, fecisset.

(o) hlyda.] P. duga.

(p) Hellz vinátta med þeim G. ok N.] C. hellz med þeim sætt nokkura hríd. en úvalt mælltuz þeir vel vid Gunnarr ok Niáll ok synir hans. þótt &c. durauit pax inuicem pacta, semperque amicè colloquebantur (amicitiam mutuo promittebant) G. & N. quamv. || E. & R. *tantum:* tasnan mæltuzt þeir vel vid G. ok N. ok Niálssynir.

(q) lidsins.] B. fólksins.

(r) sátt.] N. ílt, irae (intercederent).

(s) farandkonur.] E. R. Chh. farandi konur.

A. C. fectae Hlidarendum adeſſent: loquaces illae ac majorem in modum (t) male-
984. dicae. (u) Fuit Hallgerdae exedra, in qua ipſa jugiter ſedebat. Inibi tum filia ejus Thorgerda, Thrainn ac Sigmundus, (v) multaeque mulieres aderant, neque Gunnare neque Kolſkeggo praeſentibus; quum foeminae circulatrices in exedram introiêre. ſalutat eas Hallgerda, locumque dari facit, quid nouarum rerum interrogans: ſe verò quicquam adferre negant. Percontanti, vbi proximè pernoctâſſent? reſpondent, Bergthorshvale. Hallgerda: In quo fuit Niall occupatus? Circulatrices: Magno niſu ſeſſitauit. Hallg. Filii quid operam dabant? hi ſibi hodiè viri videntur primarii (x). Circ. Sunt quidem (y) ſtaturâ magni, at nullo ferè vſu exerciti: Skarphedinn ſecurim acuebat; Grimus haſtile ſpiculo aptabat; Helgius clauulum gladio capularem obtundebat; Höſkulldus anſam clypeo firmabat. Halg. Cogitant facinus aliquod. Circ. Ignoramus. Hallg. Quid faciebant famuli Nialis?
p. 67. Circ. Caeteros neſcimus; (z) vnus in colliculos ſtercus euehebat. Hallg. Quid iſtuc ſibi velit? Circ. Quia (a) affirmabat (æ) iſtam prati partem pinguiorem exſtituram. Hallg. Allucinatur interdum ſapientia Nialis, qui ad omnia conſilio valeat. Circ. Quò iſtuc valet? Hallg. Id quod res eſt, huc adferam; quod (b) non curauit barbam ſuam ſtercore ſaturandam, vt aliorum ſui

---

(t) illordar.] C. E. vrdillar.

(u) H. átti dyngiv ok ſat þar optliga.] R. H. ſat i dyngiv. þviat hon var þvi vaun, Hallgerda in exedra ſedebat; ea enim erat conſuetudo illius.

(v) ok fiolldi qvenna *neſcit* E.

(x) Poſt hellz menn Reg. add. ſegia þar, reſponderunt mulieres.

(y) verti.] C. R. at vallarſyn. E. vallarſſ. *(forte legendum* vallar ſynum) ſagdi Hallgerdr, aſpectu —, cum ſtant erecti, inquit Hallgerda.

(z) einn ók ſkarni á hóla.] E. vtan einn á ók ſk. á vøll, niſi quod vn. in campum aedibus adjacentem ſt. eu.

(a) ſagdi hann.] R. ſ. Niáll.

(æ) yrdi tada betri.] E. ygri betr t.

(b) let eigi aka.] C. E. R. ók eigi (hellder) non (potius) b. — ſaturauit.

ſui ſexus foret ſimilis: quare illum *Senem imberbem*, filios verò *Fimo-barbos* appellabimus. & age tu, Sigmunde, verſifica jam aliquid, & fac aliquis ex tua vena poëtica fructus ad nos redeat. Ille: Nihil me ad hoc promtius, inquit, & carmina (c) haec fundit: A. C. 984.

(d) Quò, Nympha, quis ad falco ſuevit, ſedium,
In ſcutulo inſertorium,
Qui deſtituti conſiliis fidelibus,
Figant *Fimo-barbatuli?*

Illiberali

(c) Þeſſar.] C. D. R. Chh. III. eda IV. of (vorv) allar illar, tria vel quatuor ſ. eaque omnia contumelioſa. *Iidem Codd, illa neſciunt, praeter I. P. & D. in cujus ultima plagula deſcripta ſunt, ſed aegre quidem legi poſſunt.*

(d) *Verba hujus carminis in ordinem redacta ſunt*: 1) Hauka ſetra hilldr, α) hvat ſkolv tadſkegglingar, 2) travdir 3) trygra ráda, regla mvndrida ſ. ſkilldi. Þviat 4) ſviphnuggnir ſeggir megu eigi, 5) ſvanteigs β) ellda biarkar fordaz hav 6) hádulig ord, er (ver) 7) yrkium.

1) E. P. hska (hauka) ſetia, id. 2) E. travdr. *ſingularis, ſed quo referri poteſt? forte ad Nialem.* || P. traudum. 3) E. tryggdra. || Fragm. c. trægra, (ſegnes) & tardi conſilio. 4) D. ſviphúngir. *ita legit Arn. Magnaeus. ſed forte legendum* ſviphnugir v. ſviphnuggir. E. ſvipt hnuggnir P. ſvipt hungner, id. || I. *in margine*, ſviphnsggvir. *quod ſecutus ſum.* || Fragm. c. ſvinnhugnir, ingenio ſapientes. *per Ironiam.* 5) E. ſvantvegs. 6) P. hádugligr. 7) E. eyrkium. Fr. c. urkium.

α) Hauka ſetra Hilldr, *adpellatio foeminae poëtica, qua Sigm. Hallgerdam caſu Vocativo adloquitur.* Hauka ſetr, ſ. ſedes accipitrum *ſecundum Eddam* manum (hsnd) *ſignificat.* hsnd *autem ſynonymum habet* mund, *cui vocabulo quidam caſus communes ſunt cum* mundr, dos: *quam ob cauſam mulierem recte ab manu denominari docet Edda.* β) Teigr, *portio prati certae menſurae, hic Synecdochice quamcunque terram denotat*: terra *autem* olorum *quid aliud quam aqua? ergo* ſvanteigs elldar, aquae ignes, *ſecundum Eddam* aurum *ſignificant.* Biarkr, betula. *mulieres ſcilicet eadem ratione, qua viri, nominibus arborum inprimis foemin. gener. recte appellantur. vid. ſupra pag. 22. not.* β.

A. C. 984.

Illiberali namque vulru non viri
Poſſunt, oloris jugeri
Facium paratrix, illa, quae procudimus,
Probroſa verba euadere.
(e) Inaudiat *ſenex* mali conuicii,
Licebit id, ſententias:
Quin vomitus ille verba diſcat, cum vacat,
Imberbis, haec quae fundimus.

Tri

(e) *Ordo verborum in hoc carmine mihi ſalis eſt:* Karlinn 1) ſpyri greinir illra yrda, þat er einſætt. 2) vámr hinn ſkeggłauſi nemi víſt í 3) tómi 4) vart 5) raus. 6) Hoddveitir velr tadſkegglúngum þavlýti gott heiti af ſpotti. 7) trautt ſem ek vegligt lið *) vm truba.

1) E. P. ſpurdi, audiuit, v. vt audiat. 2) P. vomr. 3) Fragm. c. mumi. *obſcurum.* 4) id. vátt lauſt, ſine teſtibus. 5) E. roſt, tumultum (vocum) v. turbulentas voces. 6) id. hollo *(omiſſo* veitir), homini. *mendoſe.* || P. hollbar velia at heiti, homines appellationem quaerunt non (nimis bonam). 7) E. P. lióð ſem ek trautt vm tryga (trauſt má toga) tadſk. neglig (negleg), poëma Fimobarbis pango, quos vix mihi fidos efficio (quod me firmiter jungere oportet). || Fragm c. lyds em ek traudr — negliſs, cantilenam aegre concinno (de nequam homin figitur v. figatur (hoc nomen Fin bis).

*) lið *pro* lióð *ſ.* hlióð, voce ca *capiebam, & per Metonymiam pro* lena: *quemadmodum* ſigrhlida *pro* hða *infra videbitur in carmine Darr vide & ſupra pag.* 27. *not. c. Ca haud diffitendum, periodum hanc alio explicari poſſe, verbis ita in ordine dactis:* ſem ek trautt vm trúða, t lið, i. e. quod vix credidi *(ſc. me rum, vt nomen nimis honeſtum iis nirem)*, honorabilis familia. *caſu vo Vel ſic:* ſem ek trautt vm trúða t lið, quos (ſc. Nialſ.) honeſtos vir eſſe credidi. *Vel denique ita:* lið! trautt vm trúða vegligt (v. trúða t vm), homines! (v. qui ſunt hom de quibus aegre ſperaui honeſtum (pulchrum factum).

Tributor auri quam dat, appellatio
Nimis decora eſt, ad probrum
(Aegrè poëma texo de nebulonibus
Bellum;) *Fimo-barbatulis.*
(f) Inuenio nomen maximè digniſſimum,
Inferre qui ſtudent mala,
(Inuitus at jam pacta rumpo nobili
Viro!) *Fimo-barbatulis.*
Vocetur [autem] vir ſenex, (humana ego
Ingenia tento pluries.)
Vt verba colligemus in compendium,
Imberbis, ore in omnium.

A. C. 984.

(f) *Ordo verborum talis in hoc carmine:* 1) Get ek α) meinsleitendum tadſkegglingvm miklu makligaz heiti. traudr 2) rvf ek ſidan 3) trygdir 4) vegligs β) 5) Kneytvm 6) ſkial í ſkemmv máli: heiti 7) karlinn ſkegglavſs (ſ) tali 8) ſeggia. opt 9) kanna ek 10) hugi manna.

1) D. giort er, factum (datum) eſt. || E. P. veit eg, ſcio. 2) P. rauf. D. rovf. E. reivf, rupi. 3) P. trygd, fidem. 4) D. E. negliſs. P. negliſt, fixum fore (ſcio): v. figatur (ſc. Nialſoniis hoc nomen vel clauo trabali). 5) E. P. knytum. || D. kneyti. *ſingul.* 6) D. E. P. ſkiót, ſkiótt, celeriter. 7) iid. karl en kn. ſenex, ſed conligemus. 8) E. P. (tali) ſeggir, id dicant (ſermonibus frequentent) homines. 9) P. kann, calleo, teneo. 10) id. huga.

α) *Hoc verbum etiam ſignificat* conjicio, exiſtimo. β) vegligs *de nemine alio quam Gunnare dicit poëta; & per* trygder *intelligit vel tranſactionem, quam hic de caede Thordi fecerat: vel id quod ipſe Gunnari ſupra confirmauerat. caeterum ſe* inuitum *pacta rumpere per Ironiam dicit; modò enim ſe promtum paratumque ad canendum adfirmauerat.*

A. C. 984. p. 68. Ad quae Hallgerda: Summi tu pretii vir es, adeò mihi (g) obſequeris. (h) Hoc momento Gunnarr, qui pro foribus exedrae adſtans (i) omnia dicteria auſcultauerat, interuenit: quem intrantem animaduertentes, perturbati cuncti obmuteſcere, at effuſos modo (k) cachinnos ediderant. Magna ſuccenſus irâ Sigmundo loquitur: Inſipiens homo tu ac ſanorum conſiliorum contemtor: inclamas Nialis filios, ſed & illum ipſum, quod ſane grauiſſimum eſt; (l) vt taceam, quod in anteceſſum feciſti: hoc autem in tuam (m) necem cadet. Quod ſi quis dicteria illa (n) carminave praedicauerit, is domô expulſus, meas quoque iras ſubeat. His dictis exiit: (o) tantus verò ejus metus omnibus inceſſit, vt haec probra nemo ſit auſus diuulgare (p). Contulerunt inter ſe circulatrices, mercedem ſeſe a Bergthora, ſi hanc rem ad eam (q) detuliſſent, obtenturas; ideoque poſt ad illam degreſſae, clanculum ei rem vltrò indicârunt. Haec, (r) vbi diſcumbebatur: Vobis, inquit, patri & filiis dona ſunt data, quae ſi nulla re penſaueritis, (s) euadetis inde homunciones.

(g) eptirlátr.] E. eptirlátſamr. Fragm. c. eptirlátiſamr.

(h) í þvi.] Fragm. c. í þeſſu, hoc ipſo m.

(i) heyrdi all ordtøkin.] id. heyrt á alla ordtækin.

(k) hlátr mikill.] id. háreyſti mikit ok hlátr, — & conuicia.

(l) ok þó ſlíkt — gert.] id. en ſlíkt — afgert vid þá, — peccâſti in eos.

(m) bani.] C. E. M. hofudbani.

(n) eda víſur *neſcit* Fragm. c.

(o) var þeim allvm óttı mikill at honvm.] C. E. R. M. ſtóð þeim af honom ógn mikil.

(p) *Huc addit* B. af hans heimamonnvm, (nemo) e domeſticis ſuis.

(q) ſegdi.] Fragm. c. ſegia, deferant. E. kæmi til Bergþórshvols ok ſegdi, veniſſent Bergthorshvalem & hanc rem detul.

(r) er menn ſátv vndir bordvm.] C. R. M. Fragm. c. e. m. ſ. yfir b. ſuper menſam.

(s) verdit þer litlir drengir af, ef.] Fragm. c. erod þer engir dr. ef, eſtis homines nihili. E. verd. þ. engvir vid (R.) nema þer lavnit.

ciones. Skarphedinn: Qualia (t) iſthaec dona? Vos, nati mei, (pergit illa,) A. C.
vnius (u) omnes muneris participes eſtis; appellamini *Fimo-barbi:* at meus 984.
vir, *Senex imberbis.* Ad quae Skarphedinn: Non ſumus ingenii muliebris, (v) ita vt re qualibet iraſcamur. Mater contra: Atqui Gunnarr veſtri nomine excandeſcebat, tametſi habetur placidi animi: quocircà niſi vos hanc injuriam perſequamini, nullam prorſus contumeliam vindicabitis. Delectamento hoc eſt matri vetulae (x)! inquit ille, vultum in riſum torquens: ex fronte tamen ſudor emicabat, (y) rubris maculis, id quod praeter morem accidit, genas diſtinguentibus. Grimus conticens labrum morſitabat. Helgius nihil vultu commouebatur, (z) nec ei vox vlla excidit. Höſkulldus autem cum Bergthora (a) exiit (a coenatione). Quam (æ) rurſus introgreſſam, ac valdè frementem Niall ſic affatur: *Etiam* (b) *lentando*, mea vxor, *peruenitur*: atque talis eſt (c) multarum rerum exitus, quamquam id aegritudinem parit, vt, (d) ſi injuria ſit vindicata, lites plerumque moueat. Veſpere autem poſtquam ſe (e) in lectum compoſuerat, ſecurim, tactâ tabulatione, altius clan-

 gentem

(t) þær *non agnoſcit* Fragm. c.

(u) allir ſamann *omittit* id.

(v) at ver reidimz vid avllv.] Fragm. c. of reidumz ver eigi ollu, neque — iraſcimur.

(x) *Huc addunt* R. at erta oſs, nos irritare.

(y) komv ravdir flekkir í kinnr honom.] E. kom raudr fleckr í (Fragm. c.) kinn h. *ſingular.* || flekkir.] B. C. D. Fragm. c. & d. flekkar.

(z) of mællti hann ekki *omitt.* Fr. c.

(a) Poſt Bergþóry addunt Fragm. c. & d. ſtiúpmódor ſinni, *v. r.* nouerca ſua. *ſed nota ſenſum vocis* ſtiúpmódir *quam rarum; Hoſculldus enim filius Nialis nothus, & mater quidem ſua adhoc in vita fuit.*

(æ) í annat ſinn add. C. E. R. M.

(b) ſeinna fari.] Fragm. c. ſeint f.

(c) mørg mál.] Fragm. c. margt, id.

(d) jafnan orkar tvímælis þótt hefnt ſe.] id. þá orkar tv. er hefnt er, tum lit. mov. cum inj. vindicatur.

(e) í rekkiu.] R. til ſvefns, ad ſomnum profectus erat.

A. C. 984. gentem audiit, clypeosque, qui ex (f) alio lecto clauſo ſuſpenſi fuerant, ablatos conſpicatus: Quinam, inquit, ſcuta noſtra ſuſtulerunt? Cui Bergthora: (g) Hos filii tui foras aſportârunt. Tum raptim calceos inducit, feſtinèque egreſſus atque fecedens (h) ad alterum aedium latus, filios videt
p. 69. recta (i) tumulum adſcendentes, &, Quò ibitur (k) Skarphedinn? ait. Hic verò: Oues (l) tuas quaeſitum. Niall contra: (m) Hoc conſilio non eſſetis armati; verum aliud, credo, negotium eſt. (n) Tum Skarphedinn carmen cecinit:

(o) Sunt, ambientis ſepis orbem terreum
Multùm fauillas qui ſolent

Praebere,

(f) *ſnuvr.*] E. R. *ſdrvmegin* (lect. cl.) qui ad alterum domûs latus erat.

(g) *Þá neſcit* Fragm. c. *& mox* kipti ſkóm á fætr ſer ok.

(h) *ſdrvmegin húſa* ꝛc.] E. vpp vm húſin ok ſtefnir vpp á hólinn, ſupra aedes, rectàque adſcendit ad tumulum.

(i) *hvalinn.*] *ita.* B. C. R. & Fr. c. *ſed* A. D. & caet. *hálfinn*, collem.

(k) *Huc inſeris* Fragm. c. frendi, cognate, v. mi fili.

(l) *Þinna.*] Fragm. c. fadir minn, mi pater.

(m) *ekki mvndv Þer Þá vapnadir eſ Þer ætladit Þat ok man* ꝛc.] B. c. *mvnvd Þ. Þ. med vopnvm vega og mvn* ꝛc. ac non eas caedetis armis, &c. || *vapnadir.*] Fragm. c. *med vapnom vera*, in armis. Id. omitt. *ok man — erindit.*

(n) *Sequens carmen neſciúnt* C. E. R. Chh.

(o) *Ordo verborum in hoc carmine talis eſt:* 1) Avdsvarpandi, opt 2) veitendr 3) vmgirdis iardar *α*) eiſv erv einkar fúſir ſavda leita. Þeir drápnída ſmídendr haſa lítit 4) grasbíta ſkyn, ſeima ſærir, geyſir 5) vm *β*) geira roſtv.

1) B. avdverpandí, id. 2) veitendr *ex codice B. recepi, nam* veitandi *(quod* A. *legit) ſingularis eſt.* D. veitandar. *plur. num.* 3) D. vmgerdis, id. 4) D. grasbítar. *caſu Nominativo, vnde verborum ordo:* Þeir grasbítar, drápníða ſmídendr, haſa, geyſir ſeima ſærir, lítit ſkyn vm geira roſtv, illae pecudes, qui condunt mortifera conuicia, — parua pugnandi ſcientia gaudent. 5) B. vinn *(non verò* vinſ)

Praebere, nummûm diſſipator, admodum A. C.
Oues auentes quaerere. 984.
Ineſt in illis, munifice, letalia
Qui conſtruunt conuicia,
(Saeuus tumultum praelii cio.) pecudum
Senſus [profecto] paruulus.

Hisque dictis adjecit: Salmones, mi pater, capiemus (q). (Et Niall:) Bene cederet, (q) ſi ita eueniret, vt haec praeda manibus non elaberetur. (r) Filiis iter ſuum pergentibus, ad lectum regreſſus, Bergthorae fatur: Omnes filii tui foris fuerunt in armis, quos a te (s) non ad nihil incitatos puto. Quam maximas illis gratias agam, regerit vxor, ſi mihi (t) caedem Sigmundi nuntiant.

---

vuni) ef geira røſto, facio telorum tempeſtatem ↄ: praelium.

α) vmgirdir iardar, cingulum v. ſepes telluris, *ſecundum Eddam* mare *denotat, quod terram, inſulas ſpeciatim, circumluit.* vmgirdis iardar eiſa, ſ. maris ſaxilla, *aurum ſignificat.* β) *Explicandâ hac ſtropha Praepoſitionem* vm *non admiſi, ſed Verbum* vinn ef *ex codice* B. *recepi, nam parum aptè poëta de patre ſuo Niale dixiſſet, quod ſenſus ejusdem Praepoſitionis inuoluit, nempe:* ſaeuè in praelio v. qui ſaeuus es inter praelium. *neque enim hic homo belliceſus, neque turbulentus, quin pacificus & ab turbis & armis abſtinens. Caeterum haud longè abſum, quin lectionem* vm *mendo laborare credam (nam ipſum cod. A. nondum mihi videre contigit) & legendum fuiſſe* vinn, *quamquam non apparuerit punctum ſuper litera* n; *hoc enim vetuſtate abſumtum eſſe facile potuit, vel forte* vni *(contentus ſum, acquieſco).*

(q) *Huc addunt* C. E. R. ef ver rotvm *) eigi ſaudina, ſi oues non inueſtigârimus. *) *ita ſanè legendum, non verò* rotum (ↄ: feriendo ſopiamus) *quamquam Membrana ſuo more apicem neglegat.*

(q) ef ſva væri omitt. Fragm. c. & d.

(r) þeir fóru leid ſína. en R. gekk til.] id. þeir foru. en R. til.

(s) vpp til nokkurs..] E. *tantum*, nokkurs.

(t) Poſt mer add. Fragm. c. heim, domum.

A. C. 984.

CAP. XLV.

Caedes Sigmundi & Skiölldi.

(u) Interim Nialſonii ad Fliotzhlidam adſcendunt, (v) & ſub radicibus cliui exacta nocte, (x) propius Hlidarendum, quum diluceſceret, accedunt. Hoc ipſo mane Sigmundus & Skiölldus (y) cubitu ſurgunt, equitium (z) petere cogitantes; frena ſecum portant, & equis in prato cultiori prehenſis, domô deuecti, (a) equitium duos inter riuos nanciſcuntur. (æ) Hos Skarp-
p. 70. hedinn animaduertens (b), quod Sigmundus amiciebatur veſte colorata; (c) Videtisne, inquit, viri, rubrum genium (hominem)? Qui oculos aduertentes

---

(u) Nú fara þeir Niálsſynir.] C. E. R. Nú er at ſegia frá Niálsſonum at þeir fara, iam de Nialſoniis commemorandum, quod ad &c.

(v) ok voro vm — Hlidarenda omitt. E. R.

(x) nær Hlídarenda.] C. í ſúg við Hlídarenda. *obſcurum.* M. á ſvig við Hl. obliquè praeteribant Hl.

(y) vpp.] Fragm. c. vpp ſnemma, mature.

(z) ætlvdv til.] C. E. R. ætl. at fara til, adire. || til ſtódhroſſa.] Fragm. c. hroſſa, equos. || C. at leita ſtódhefzins í hlídina. ok fvndu medal lækia tveggia ok leiddv roſſin ofan at gøtvm miøk, equum admiſſarium per cliuum petituri, quem inter II. riuos nacti, vna cum caeteris equis deorſum duxerunt proxime viam publicam. E. R. þeir leitudo ſtódheſtzins vm hlídina ok f. m. l. tv. ok l. r. at gøtvnom, quaerebant &.

(a) þeir fvndv roſſin milli lækia tveggia.] Fragm. c. & d. þviat ſtódhroſſin þau. er þeir leitodo. voro milli l. tv. er þar voro, nam equitium, quod petebant, inter duos riuos, ibi (per cliuum) delabentes, paſcebatur.

(æ) Skarphedinn — litklædvm omittiunt C.

(b) Poſt ſá þá add. Fragm. c. & d. forſt, primus. *omiſſ.* þviat — litklædvm.

(c) hvart ſiáit er.] ead. ſiá þer, videtis.

res, (d) conſpicari ſe illum adnuunt. Tum Skarphédinn: Nullam tu, Hö- A. C.
ſkulde (e), huc operam confer; nam (f) ſolus ſaepè domô temere mittê- 984.
ris: ego (g) Sigmundum mihi deſtino; hoc enim pulchrum (h) arbitror: (i) Grimus verò & Helgius Skiölldum impugnabunt. Adſedit igitur Höſkulldus: caeteri, donec (k) ad ſodales (l) peruenirent, proceſſêre. Hic Skarphedinn ad Sigmundum: Arma tua cape, teque tuere; (m) hoc tibi magis neceſſum, quam nos fratres carmine (n) cauillari: dumque hic armaretur, (o) exſpectabat. Helgio & Grimo ſeſe Skiölldus obtulit, hique pugnam vehementer ineunt. Sigmundus capite galeâ tecto ſcutum (p) ab latere, haſtam (q) in manu tenens, gladioque ſuccinctus, gradum in Skarphedinem vertit, haſtâque mox in eum directa, ſcutum ejus figit. Hic verò haſtile confringit

(d) ok qvoduzt ſiá hann.] ead. ok ſá at Sigmvndr var í litklædvm. ſiá ver hann ſagdi Helgi, Sigmundum veſte colorata amictum viderunt. videmus eum, ait Helgius.

(e) Poſt Havſkvlldr add. ea[1]. frændi, frater.

(f) opt ſendr einnſaman úvarliga.] ead. opt ſ. úvarl. hefra, ſaepe temere per haec loca mittêris. || E. einn óvarligaz ſara, tu ſolus incautiſſimè vagaberis.

(g) ætla mer Sigmvnd.] C. M. æ. m. at eiga vid S. cum Sigmundo pugnare cogito.

(h) Poſt karlmannlict add. Fragm. c. verk, factum.

(i) þeir Gr. ok H. ſkylv.] id. þit Gr. ok H. ſcolod, vos, Grime & Helgi.

(k) komv at þeim.] id. fvndo þá Sigmvnd, Sigm. & ſodalem conueniſſent.

(l) Ante at þeim add. C. miok ſva, proxime.

(m) þat nú meirr navdſyn.] Fragm. c. d. þer þat ſkyldugra (ſkyldara), hoc te plus attingit. || E. P. þ. n. m. ſkadi (þrydi) en kuda (qveda) ſlimtr vm menn, hoc magis periculoſum (magis animoſi) eſt, quam homines c. c.

(n) ſlim.] R. I. M. N. ſlimt.

(o) beid medan.] R. bidaþi hans m.

(p) á hlid.] R. í hendi, (altera) manu. || E. ok ogri, ſecurimque.

(q) í hendi.] R. í annarri, alterâ.

A. C. 984 git ictu, ſecuri elatâ Sigmundo ictum intentat, clipeum ab altero anſae latere (r) deorſum findit. ſtrictum ille gladium in Skarphedinem dirigit, qui in ſcutum veniens infigebatur. Hoc Skarphedinn tanta vi torquet, vt gladius efflueret homini; ſtatimque ſecuri (s) *Rimmugyga* ictum Sigmundo, (qui erat loricatus), infert; (t) ſecurique humero illapſâ deorſum alteram ſcapularum ſcindit: quam cum raptim ad ſe retraxiſſet, Sigmundus in genua procumbit, at continuò reſurgit. Iam geniculâſti mihi, ait Skarphedinn; verum, antequam digrediemur, in matris gremium (ad auos maternos) faxo (u) relabêris. Malè id euenerit, inquit alter. Tum Skarphedinn galeam percutit, ipſumque Sigmundum mortifero ictu afficit. Grimus pedem (v) per talaria Skiölldo deputauerat, isque gladio trajectus ab Helgio mortem ſtatim oppetiit. Skarphedinn opilione Hallgerdae forte viſô, (x) caput Sigmundi, quod jam praeciderat, illi tradidit, idque Hallgerdae apportaret juſſit; illam enim recognituram, num id caput (y) probroſum in ipſos carmen compoſuiſſet: (z) tumque carmen ludit;

(a) Hocce caput, jubeo, gladiûm quae murmuris auctor
Sonantis, Hallgerdae feras:

Tu

(r) klyſr — ofan.] Fragm. c. fl. ſſundr, diſſecat.

(s) Rimmvgygi omitt. E. & *mox*, Sigm. var í þ. — at ſer eyrinni. *Verbo tenus* Rimmvgygr *belli* gigantidem *ſignificat, quod ipſe Skarphedinn teſtatur infra Cap. XCII. carmine 2. verſu 4.*

(t) hann klavf ofan herdarbladit.] B. hvn hleypr ofan á herdarbl.

(u) falla *non agnoſcunt* E. P.

(v) í riſtarlid.] R. oc tók af í lidnom.

(x) hofvd af Sigm.] E. af Hofut af Sigm.

(y) ort nid vm þá.] R. qvedit — ſlim vm þá fedga, — in ſe, patrem & filios.

(z) *Mox omnes Codd. praeter* B. & D. Smala madr kaſtar ꝛc.

(a) *Verba hujus carminis ita in ordinem redigenda videntur:* Petta hofud ſkallu

Tu fer ei mea verba, facem qui carpi' minutim
Accenſam in anguillae via.

A. C. 984.

S Credo

ſkaltu færa Hallgerdi, ſtærandi hrotta hlióm α). kom þú ordum, elldſkerdir 1) álsferdar β). Hyck γ) at þyd δ) þyniar 2) logs þavll 3) muni þekkia ok ſkynia, hvart þat haſi ſmídat þúngt níd, 4) bodi ſkída ε).

1) B. álmsferdar. D. álfsferdar. *vid. mox not.* β. 2) B. legs. D. lags. 3) B. mani þikkia. *ergo ita conſtruendum*: hyck at þyniar logs þaull mani þikkia ok þyd ſkynia ꝛc. arbitror (hoc) parum probatum iri (diſpliciturum) mulieri, & blandam illam intellecturam, quod &c. 4) id. bodvm ſkída, de promouentibus calopodia, *v.* (nobis) currentibus calopodiis.

α) *Prima quidem fronte videtur* hrotta hlióm - ſtærandi *caſus eſſe Vocatiui, ſed minus veriſimile eſt poëtam duobus Vocatiuis vnam perſonam in uno hemiſtichio adlocutum eſſe, & opilionem quidem tam honorifica nominatione (ſi modo appellatio viri ſit) compellâſſe. ideo cenſebam Participium* ſtærandi *vel Datiuo caſu ad* Hallgerdi *referendum, vel Accuſatiuo ad* høfud: *vtrobique ſatis apte quadrat; nam & Hallgerda & Sigmundus auctores hujus dimicationis fuerant, illa ſuadendo vt conuiciaretur Nialſoniis, ille conuiciando. Cui parum placet* þó ſtærandi *ad mulierem referre, ille* quod *pro* quae *legere poterit in primo verſu.* β) álsferdar, *quae lectio quam ob cauſam ab texta impreſſo in marginem ſit relegata neſcio, rurſus omnino recipienda eſt. & illa quidem* mare *denotat; nam diſerte docet Edda Sn. mare appellari poſſe* fiſka leid ok brautir, *i. e. piſcium iter & vias: ideoque* álsferdar elldr, ſ. ignis maris, *aurum. Quid autem lectio diuerſa* álmsferdar, *quae in textum impreſſum illâ abjectâ repoſita eſt, ſignificet, non adeo perſpicuum eſt.* álms elldr, ſ. ignis arcûs, *forte denotare poſſet* ſagittam, *&* álms elld - ferd *vel ipſum ſagittae* curſum, *aut* jactum. *vel (quia* ferd, *iter, pro* land, *terra, ſ. ſolo, capi poteſt)* ſolum, *quod ſagitta aut penetrat, aut quo excipitur, aut in quo ſiſtitur, nempe* clypeum. *vide ſupra pag. 66. not.* α. *Porro* álmsferd, *ſignificare poſſet* manum, *ſi* iter *pro* via *v.* ſolo *capias; &* álmsferdar elldr ſ. manûs ignis, *aurum. Altera lectio diuerſa, nempe* álfsferdar, *eodem modo explicari poteſt; nam* m *&* f *in variis vocibus ſibi inuicem ſubſtituuntur.* γ) hyck *contractum eſt ex* hygg ek, *cogito, puto: quod & obuium infra Cap.* LXIII. δ) Þyn *in nomenclatura fluuiorum habet Edda, & ſine dubio nomen proprium eſt, atque idem quod* Dwina ſ. Dvi-

A. C. 984.

Credo fore, vt flammâ [mulier] fluuiatica abutens
Cognoſcat atque intelligat
Comis, an hoc ipſum probra concinnârit acerba,
[Vrenda] promens ſchidia!

P. 71. Opilio, cum (æ) diuerſi diſceſſiſſent, caput abiecit; nam quoad (b) eum cernerent, haud ſuſtinebat. Euntes domum fratres ad flumen Markicum deuenerant, quum viatores offendebant, quibus rem geſtam indicârunt: Sigmundum ſua manu Skarphedinn, Skiölldum (c) a ſe Grimus & Helgius interfectum profitebantur. (d) Inde domum pergunt; quae acta ſint, Nialem edocent. (e) is ita ſuſcepit: Macti eſtote facinore, neque in praeſens liberum (Gunnari) arbitrium de hoc (f) permittetur. Sed eò vertat narratio, (g) vbi paſtor domum veniens Hlidarendum, Hallgerdae nuntium caedis attulit: (h) Skarphedinn, ait, caput Sigmundi mihi in manus tradidit, (i) jubens, id tibi

---

f. Dvina *(fluuius Ruſſicus)*. þyniar log, aurum. *boc enim tam a propriis quam communibus fluminum appellationibus denominare licet. ſic & idem infra l. c. vocatur* rínar leygr, *ignis Rheni.* þavll, *arboris genus eſt, a maſculino* þollr, *quod in carmine* Hauſtlaung *in Edda legitur.* þyniar logs þavll, mulier, *quae aurum (rem) vel quaeris vel conſumis, vel vtrumque.* e) *Denique monendum* bodi ſkîda *eſſe Vocativi caſus, quo Skarphedinn paſtorem adloquitur. Cui autem explicatio minus adriſeris mea, quam ad proprium vtriusque vocabuli ſenſum adcommodaui, famulo ſatis competentem exiſtimans; ille* bodi ſkîda *eo ſenſu, quem ſupra nor. 4. adferebam, capere non nequibit.*

(æ) þeir hafdv ſkilit.] Fragm. c & d. þan hafdi ſkilit vid þá, ab illis diſceſſiſſet.

(b) ſá þann] C. E. R. Fragm. c. voro vid (hiá), coram aderant.

(c) Poſt Skiallbar addunt Fragm. c. & d. ſer á hendr, ſua manu.

(d) þá.] ead. ſidan.

(e) þann ſvarar ſva.] ead. Miáll mællti.

(f) ſkulv — koma.] Fragm. c. ſkal — k.

(g) er.] Fragm. c. & d. at.

(h) ſekk Skarph.] ead. villdi Sk. fá, tradere volebat.

(i) bad mik færa þer.] Fragm. c. ſkylldi ek ſá þer í hendr, quod ego tibi rurſus in manus traderem.

tibi ferrem; hoc vero non audebam facere, quod neſcirem, quomodo (k) tibi (l) probaretur. illa: Male factum, regerit, quod id non feciſti; (m) adferrem porro Gunnari caput, tumque is (n) cognatum ſuum vlciſceretur, caeteroqui communi notandus maledicto. Dein Gunnarem adgreſſa eſt his verbis: (o) Caedem Sigmundi propinqui tui tibi nuntio, hunc Skarphedinn peremit, caputque ad me perferri voluit. Ad haec ille: Hoc (p) ei haud praeter ſpem euenit; *malum* enim *conſilium male vertit*: ac ſane (q) tu & Skarphedinn crebro (r) malè (s) viciſſim conſuluiſtis. Poſt ab vxore digreſſus, neque actionem caedis parandam, neque aliud quidquam (t) fieri curauit: &, illâ quamuis crebrò ſubjiciente (u), ac caedem Sigmundi compenſatam negante, nullam (v) ejus rei rationem habuit. Sic praeterlapſis A. C. 984.

(k) þer mundi þat líka.] C. E. R. þú myndir kunna því, tu in ea re acquieſceres.

(l) þat líka.] Fragm. c. þikkia.

(m) færa Gunnari.] id. hafa fengit G. í hendr høfudit, tradidiſſem G. caput.

(n) hefna frænda ſíns.] id. hafa mælt eptir fr. ſinn, caedem cognati jure fuiſſet perſecuturus.

(o) *Huc addit* Fragm. c. Ec hefi tídindi at ſegia þer, rem nouam tibi adferre habeo.

(p) honom von] R. Sigmundi at ván, Sigmundo.

(q) hefir hvartveggia vckat opt gr.] R. iafnan gerir hvart vckar Skarhedins gr. vos ambo, tu & Skarphedinn male ſemper inuicem conſulitis.

(r) gráliga.] Fragm. c. grimliga, foedè v. atrociter.

(s) gert til annars.] K. L. þeim bræðrum til gert, (tu & Sigm.) peccâſtis in fratres (Niàlſonios). || E. gulldit ok gert t. a. inuicem conſul. & gratiam retuliſtis.

(t) at hafa.] Fragm. c. at eiga. R. í eiga.

(u) Poſt m. opt á add. Fragm. c. vm vigit, de caede.

(v) at því.] C. E. R. at áeggian hennar, ſtimulorum vxoris.

A. C. tribus *) conuentibus, in quibus cauſam acturus (x) vulgo credebatur; res
985. quaedam valde dubia (y) Gunnari euenit, cujus actionem, quemadmodum inchoaret, neſciebat. Itaque Nialem conſultum proficiſcitur, ab eoque benignè comprehenſus, Vtile conſilium, inquit ei, de (z) re impedita petitum abs te venio. Ille: Hoc tu dignus es, ait, eique fecit conſilium. Tum ſurrexit Gunnarr & gratias perſoluerat; cum Niall eum apprehendens ita loquitur: (a) Iam diu de morte cognati tui Sigmundi non eſt ſatisfactum. Dudum pro ea ſatisfactum, ait Gunnarr; verum tamen (æ) honorem meum (objecta manu) non repudiabo. (Nunquam autem (b) de Nialſoniis malè fuerat locutus). Niale non aliud, quam vt Gunnarr cauſam judicaret, volente: CC. argenti (pro caede Sigmundi), nihil pro Skiöldi caede, conſtituit. Soluitur illicò tota pecunia. Hanc tranſactionem Gunnarr in foro Thingſkalenſi, quum erat (c) quam frequentiſſimum, edidit: ſimul, quam benevolè ſe geſſiſſent (d) Niall & filii), oſtendens (e), maledicta illa, quae Sigmundo exiti-

*) *Hos conuentus non verna deinceps comitia uniuerſalia, ſed unum autumnalem (vulgo* haust-þing*), alterum vernalem (vulgo* vor-þing*) & una comitia generalia fuiſſe arbitror; etenim in conuentibus paganis, licet non adeo frequenter ut comitiis uniuerſalibus, caedium agebant veteres Islandi. Vide Gislaſaga Surſſonar Cap. XX. & XXI. item Viga-Glumsſaga Cap. XXIV.*

(x) ætlodv.] Fragm. c. hugdu.

(y) at hendi G.] Fragm. c. at G.

(z) eitt vandamál.] E. eitthvert, quadam. *Mox id. omittit* makligr — Niáll.

(æ) ærit.] R. & Fragm. c. hellzti, nimis diu.

(æ) ſóma minum.] Fragm. c. ſæmd mimi.

(b) til Niálsſona.] id. til Niáls ne ſona hans, de Niale filiisve hujus.

(c) meſt fiölmenni.] E. R. meſtr hluti manna, maxima pars curialium adeſſet.

(d) Poſt þeim addit I. ſedgum, pater atque filii.

(e) Poſt tiádi addit Fragm. c. fyrir þeim, praeſentibus.

exitium capitale maturâssent, commemorabat: neque licere cuiquam illa (f) A. C. praedicare (g) neque cantare carmina; (h) si quis autem cecinisset praedi- p. 72. cassetve, hunc sine fraude occidi posse. Insuper ambo Gunnarr & Niall confirmauerant, nullam prorsus litem inseruenturam, quin ipsi transegissent: quod & porrò sanctè seruabant, assiduâ conjuncti beneuolentiâ.

Cap. XLVI.

(i) De Gizure *Albo* & Geire *Pontifice.*

Gizurr Albus viro nomen erat, qui filius Teiti, filii Ketilbiörnis *Longaeui* Mosfellensis. Mater Gizuris nominabatur (k) Olosa, filia Bödvaris Ducis, filii Karii *Piratae.* Filius (Gizuris) erat Isleifus Episcopus. Mater Teiti Helga nominabatur, filia Thordi Skeggii (barbati), (l) filii Hrappi, filii Biörnis Bunae, filii Grimi Sogniae Ducis. Gizurr *Albus* Mosfelli habitabat; vir in primis optimatum adnumerandus. Facienda porro est mentio viri, cui (m) *Geirr Pontifex* nomen erat (n). Ejus mater, Thorkatla nomine, filia Ketilbiörnis *Longaeui* Mosfellensis fuerat. Geirr (praedium) Hlidam (o) incolebat: isque & Gizurr in quocunque negotio vicissim adjuuabant. Eadem

(f) herma hav eda k. v. en ef kvædi fyldi ꝛc.—.] C. E. R. vppi hafa sidan eda vera úgilldr ꝛc. postea praed. qui autem cec. &c.

(g) eda kveda v.] Fr. c. sídan, postea.

(h) enn ef kvædi — sá er mællti.] íd. en vera ógilldr sá er hermdi.

(i) Frá Gizori Hvíta ok Geir Goda.] id Upphaf Gizurar Hvíta Teitssonar, initium Gizuris Albi Teiti filii s. narrationis de G. A.

(k) Olof.] C. R. Alof.

(l) Hrapssonar.] Frgm. c. Hrafssonar. E. Hrafnssonar.

(m) Geirr godi het.] C. E. M. Geirr het ok var kallaðr godi, G. nomen, ac dictus erat pontifex.

(n) Post het addunt R. Asgeirsson, Ulfssonar. *consentit Landnamabok.*

(o) Post Hlid addunt R. & E. í Biskupstúngu, in (pago) Biskupstunga.

A. C. tempeſtate Mördus Valgardi filius Hofi in Rangarvallis habitabat; homo vafer ac (p) malitioſus; patre interea loci peregrinante, matre vero (q) defuncta: idem Gunnaris ab Hlidarendo perditè fuit aemulus, (r) lauta re, (s) ſed minus apud ciues gratiâ valens.

CAP. XLVII.

De Otkele Kirkiubæienſi.

Otkell *) nomen erat homini, filio Skarfi, filii Hallkelis, qui cum Grimo in Grimsneſo praeliatus, eum (t) in arena dejecerat. (u) Idem Hallkell & Ketilbiörn *Longaeuus* fratres fuerant. Otkell (praedium) inhabitabat Kirkiubæium. Vxor ei Thorgerda nomine, (v) filia Maris, (x) filii Runolfi, filii Naddadi Færeyenſis. Otkell diuitiis erat locuples. Filius ejus, Thorgeirr nomine, jam tum in adoleſcentia (y) fortis viri ſpeciem praeferebat. Skamkell nominabatur homo, villam Hofum a ſupra dicta diuerſam incolens, p. 73. reque vtens haud modica: (z) malignus ingeniô, mendax, importunus ac malè tractabilis; porrò amicus Otkelis (a). Frater Otkelis, nomine Hallkell, vir ſtaturâ magnus & robuſtus, cum eo fuit. Horum frater Hallbiörn

(p) illgiarn.] B. & Fragm. c. illſúfs.

(q) ſudvt.] Fragm. c. var davd.

(r) vel audigr.] B. C. Fragm. c. vell audigr, diuitiis adfluens.

(s) *caetera neſcium* C. E. & R.

*) I. & S. *ſemper ſcribunt* Oddkell.

(t) á hólmi.] Fr. c. af hólmi.

(u) þeir voro brædr — Kirkivbæ *neſcit* id.

(v) Mársdóttir.] Fragm. c. Másdóttir. R. Ivarsdóttir.

(x) Rvnólfsſonar.] C. E. R. M. Braundólfsſonar.

(y) gerpiligr.] B. C. E. R. Fragm. & & Chh. gerviligr.

(z) madr illgiarn omitt. Fragm. c.

(a) *Huc addit* id. mikill, magnus.

biörn (a) *Albus* nominabatur: qui ſeruum, cui Melkolfo nomen, (b) Hybernum genere, hominem inuiſum, ſecum ab exteris duxerat, ipſeque ad Otkelem, cum ſeruo Melkolfo vna, commoratum ierat. Dictitante plerumque ſeruo, ſe fortunatum (c) arbitrari, ſi Otkelem haberet dominum; hic illum beneuolentiâ complexus, cultro & baltheo (d) veſtituque omni donauit: &, quod ſeruus (e) omnia de voluntate ipſius perpetraret, a fratre emturiuit; qui ſe fratri ſeruum (f) dono traditurum pollicitus, tamen bonam aeque poſſeſſionem, vt ille crederet, negabat. Ut vero ſeruus Otkeli fuit mancipi, (g) omne opus pejori modo (h) faciebat: vnde Otkell ſaepius cum Hallbiörne (i) queſtus, videri ſibi ſeruum parum operis facere: quem tamen ad (k) alias res pejorem eſſe Hallbiörn affirmauit. Hac tempeſtate tanta incidit annonae difficultas, vt & cibaria vulgo deficerent ac foenum. idque malum per omnes pagos graſſabatur. Gunnarr haud paucis foenum eduliaque impertiit, ac nemo non, qui ad eum veniebat, eas res, quoad ſupperterent, accepit (l): ac demum euenit, vt ipſe quoque tam pabulo quam eſculentis egeret. Itaque ſocios itineris faciundi Kolſkeggum, (m) Thrainem Sigfuſſonium & Lambium Sigurdi filium adſci-

A. C. 983.

984.

(a) *Hic inſerit* E. of var kallaðr, dictus.

(b) írſkr of hellðr óvinſæll.] Fragm. c. ílr of óvinſ. malignum & inu.

(c) þættiz.] E væri, eſſe.

(d) alklædnat.] Fragm. c. allan klædnat.

(e) allt.] E. ávallt. R. iafnan, ſemper.

(f) qvaðz mvndv geſa.] Fragm. c. lyt vilia g. || E. qvazt m. ſelia, venditurum ait. || R. ſelldi honom þrælinn, vendidit.

(g) allt verr.] I. K. L. M. N. alldri verk, nunquam quidquam operis.

(h) Poſt verr add. R. enn áðr, quamante.

(i) *Hic inſerit* Fragm. c. bróðor ſínom, fratre ſuo.

(k) annat.] C. allt annat, omnes al.

(l) *Hic inſerit* E. fór ſva fram vm ſtvnd, idque aliquamdiu durauit.

(m) *Hunc non agnoſcit* Fragm. c.

A. C. 984. adſciſcit: qui Kirkiubæium profecti Otkelem (n) euocarunt. (o) isque hoſpites conſalutauit. Gunnarr infit: Sic res eſt (p) vt veniam ego foenum eduliaque, ſi horum copia ſit, abs te emturitum. Otkell reſpondit: Utriusque faculta rei eſt, at neutram tibi (q) vendam. Vis igitur mihi gratis dare? inquit Gunnarr, (r) & qua re compenſem ego, periculum facere? Neque hoc volo, regerit Otkell: Skamkele ſe malam in partem interponente. Hic Thraina Sigfuſſonius: Dignum eſſet, vt (s) & foenum & cibaria, pretiô ſubſtitutô, occuparemus. Skamkell reſpondet: (t) Prorſus emortui eſſent oportet Moſſellenſes, ſi (u) vos, Sigfuſſonii, ſpoliaretis eos. Gunnarr contra: Nullam (v) exercebo rapinam. Tum Otkell: Vis a me ſeruum emere? Ille: Non recuſo, inquit: ſeruum ſtatim emit, (x) reque ita factâ diſcedebat. Qua re audita, Niall (y): Male factum, ait, Gunnari, (z) quod emturit, (a) denegare; neque inde (æ) quicquam boni ſperandum eſt aliis, vbi tales repulſam ferunt. Ad haec Berghora: Quid tu multa (b) ſuper ea re? multo liberalius eſt, & ciba-

(n) kollvðv.] Fragm. c. qvoddv.

(o) hann heilſadi þeim.] C. E. R. h. fagnadi Gunnari (þeim) vel. Gunnarr tók (þeir tóko) vel quoniam hans, qui Gunnarem (eos) comiter ſalutauit. ſalutationem ejus Gunnarr (illi) benigne ſuſcepit (ſuſceperunt).

(p) Fragm. c. add. Otkell. *caſu Voc.*

(q) man ek ſelia.] Fragm. c. vil ek ſelia þ. vendere volo.

(r) ok hætta — launa' þer omitt. R.

(s) vpp bædi hey ok mat.] Fragm. c. hvartveggia, utramque rem. vpp — mat *omittunt* R.

(t) Aldavda.] Fragm. c. allæyda.

(u) er Sigf. ſkulvt ræna þá.] R. ſva veri, id fieret.

(v) vil ek fara] R. mvnom ver fara, exercebimus.

(x) vid ſva búit.] Fragm. c. ſidan med hann, mox vna cum eo.

(y) Poſt Niáll. add. id. at Berghorá hvali.

(z) kavps.] C. E. R. ſavlo, venditionem.

(a) varna.] Fragm. c. ſynia.

(æ) þar sdrum eigi góds von.] id. þ. eigi ván sdrum orlavſna, ibi, quod petunt, datum iri.

(b) vm ſlikt at tala.] E. R. til ſliks at leggia, hoc (multis verbis) reprehendas.

& cibaria illi & pabulum (c) tribuere, quum tu neutris egeas. (d) Et Niall: A. C. Hoc verò verius, inquit, & ſane illum (e) aliquatenus leuabo. Tum ipſe 984. cum filiis Thorolfsfellum adſcendit; ibi XV. jumenta fœno onerant, (f) p. 74. quinis equis edulia vehentes. Hlidarendum (g) veniens Niall Gunnarem (h) euocat, eique ipſum & filios comiter ſalutanti loquitur: Ecce hic fœnum & eſculenta, quae tibi donabo; volo tu (i) nunquam in aliis quam me, (k) ſi qua re indigebis, opem quaeras. Bona quidem ſunt dona tua, inquit Gunnarr, ſed in majori (l) pretio amicitiam tuam filiorumque pono. Poſt Niall domum rediit. Iamque (m) ver labebatur.

CAP. XLVIII.

(n) Hallgerda Kirkiubæium expilari facit.

Gunnarr ad Comitia (o) iter fecit. Magna vero hominum multitudo ex tractu orientali Sida veniens, apud eum hoſpitata fuerat; quos, vt de Comitiis re-

T uerſi

(c) fá.] C. E. R. mibla.

(d) Miáll m. — dagſanna.] Fr. c. M. m. — dagſ. ſegir M.

(e) at nokkuru.] Fr. c. vm nockora muni.

(f) en á ſim heſtum hafdi þeir mat.] id. en mat á ſim heſta, quinque autem cibariis.

(g) Miáll kom.] id. þeir komo, venientes.

(h) kalladi.] id. callodo, euocarunt.

(i) allri annara.] id. hvargi annars ſtadar á, nuſquam alibi, *mox* en til mín (*pro* mín) apud me. || Poſt annara add. E. fyrr, prius.

(k) ef þú þarft nokkurs vid.] Fragm. c. vm hvat ſem þú ert úbirgr, quacunque re indiges.

(l) verd vinátta þín.] C. E. R. vert vinſengi þitt.

(m) varit.] Fragm. c. vetrinn, hyems.

(n) Frá því er H. let ſl. i. K.] id. Bruni í K. incendium in K.

(o) Poſt þings. add. C. E. R. M. vm ſumarit, hac aeſtate.

A. C. 984. uerſi (p) ad ipſum diuerterent, rogauit; (q) quod & facturos poſſiciti, ad Comitia proficiſcebantur. Ibi Niall & filii adfuere; comitiaque (r) placide agebantur. Iam verò (s) ad Hallgerdam reuertendum: ea ſeruum Melkolfum conueniens, Allegare te ſtatui, inquit; Kirkiubæium ito. Et quid ego illuc? ait ſeruus. Inde tu, (t) quantum duo equi vehunt, cibaria furator, (u) butyrum & caſeos auferens: promtuarium vero ſubjectis flammis vre; quod omnes incuriâ eueniſſe, nemo furtum factum, opinabuntur. Hic ſeruus: (v) Improbus quidem ego, at nunquam (x) fur fui. Ad quae Hallgerda: (y) Vide rem inauditam! te bonum facis, qui & fur & ſicarius fueris; & ſane non aliud quam ire ſuſtinebis; caeteroqui te curabo trucidandum. Ille certum eſſe ratus, hoc eam, niſi iſſet, facturam; (z) ſub nocte duos equos adhibet, (a) ſagmis inſternit, ſeque Kirkiubæium affert. hominem (æ) canis (cuſtos) recognoſcens non latrauit (b), ſed (adulans) cucurrit illi obuiam (c). Mox penarium adit (d), duo jumenta cibariis inde onerat; domum vero incendit, canem

(p) giſti þar.] Fragm c. ridi þángat.

(q) þeir qváðuz — til þings omitt. id.

(t) fyrt.] Fragm. c. tíðinda lavſt, ſic vt nihil memorabile euenerit. | Poſt var fyrt *addunt* C. E. R. N. oc er þar fátt frá at ſegia, & pauca de iis memoratu digna.

(s) þar til at taka at H.] Fragm. c. frá því at ſegia ꝛc. de H. dicendum.

(t) á tva heſta.] E. á tveim heſtum.

(u) ſmior oc oſt.] Fragm. c. meſt oſt oc ſm. maximam partem (praecipue) c. & b.

(v) *Ante* vándr *add.* id. lengi, diu.

(x) þiófr verit.] id. ſtolit.

(y) heyr á enda.] B. C. E. R. M. heyr enda.

(z) um nóttina *omittit* Fragm. c.

(a) leavr.] Chh. leniur. Fr. c. reiþing.

(æ) hvndrinn.] D. Fr. c. Chh. hvndr.

(b) Poſt gó eigi add. C. E. R. M. Fr. c. at honom, eum.

(c) *Huc addunt* R. oc fagnadi honom, E. C. oc let vel vid hann, eique adulatus eſt. || M. add. en han klappadi honom, ille vero canem demulcebat.

(d) *Huc inferunt* iid. oc lavk vpp, idque referat. || *Mox* Fr. c. á tva heſta *pro* tva h.

perimit. In adſcenſu propter Rangam corrigia calcei ſui forte diffili- A. C.
hibito cultrô (e) calceamentum reparat; ſed imprudentiâ relinquit eum 984.
theo: neque, poſtquam itinere Hlidarendum (f) vſque continuatô (g)
deſiderabat, (h) viam remetiri auſus eſt. Tradit Hallgerdae cibaria
(k) ab ea collaudatur. Horâ matutina egreſſi Kirkiubæienſes, haud
e diſpendium (eueniſſe) ſentiunt: (l) id Otkeli (m) qui nuntiaret ad
mandatur: hic (n) jacturam leuiter ferens, (o) in cauſa fuiſſe, quod p. 75.
enario contiguus eſſet, conjiciebat, omnibus quoque (p) hinc accidiſſe
bus. Poſt, vbi de Comitiis rediretur, complures Hlidarendum di-
Hallgerda (p) menſam apponebat, caſeis butyroque (r) introlatis:
r id genus cibi copiam non eſſe (s) domi ſuae gnarus, vxorem,
eniant haec, percontatur. Inde, regerit ea, (t) vt tibi integrum ſit
: denique virorum (u) non eſt cibi adparatum curare. Hinc ille
T 2 ſuc-

ınum.] Fr. c. þvenginom, corrig. c.
ar til er hann kemr.] id. nú heim,

á ſaknar — at fara omitt. E. R.
ra.] B. I. K. L. N. hverfa. Fragm.
repetere.
luc addunt R. oſ ſegir henni ſína
imque de itinere ſuo docet.
on lætr vel yfir.] C. M. h. l. v.
ferð, illa itineri ejus adplaudebat.
ar þá ſ. m. til þings at. ſ. O.]
. ſ. m. Otkeli. han var á þingi,
lem, qui in comitiis aberat, mit-
antius.
Poſt Otkeli add. C. R. M. þviat
han var á þingi, in comitiis enim inte-
rerat.
(n) ſkadann.] Fragm. c. ſkada ſinn.
(o) valldit.] id. ollit.
(p) at þat m. tilbera omitt. id. –
(q) bar mat á bord.] R. bar mat innar,
cibum introferebat. C. b. m. innar um
qvelldit, veſpere c. introf.
(r) kom innar.] R. k. fram, depromtis.
(s) þar *omittit* Fragm. c.
(t) ſem.] id. at.
*) *Hic inſerit* P. þviat víða koma Hall-
gerði bitlingar, paſſim Hallgerdae boli
veniunt. *prouerbium hodieque uſitatum.*
(u) Huc add. Fr. c. háttr, conſuetudo.

A. C. ſuccenſus, Malè verò euenit, inquit, ſi ſum furi particeps: vxoremque pulſat
984. (v) alapa. (x) Hanc illa ſe memoria retenturam, & gratiam, ſi poſſet, relaturam comminata, (e coenatione) prodiit, viro ſubſequente. Ablatis mox primis ferculis, recentes introlatae ſunt (y) carnes: vnde cuncti putârunt, eam (z) fuiſſe cauſam, quod (a) hoc ferculum rectius partum videretur. Poſtea hoſpites, qui venerant a Comitiis, abierunt.

CAP. XLIX.

De Skamkele.

Hîc de Skamkele referendum eſt, (æ) oues quaeſiturum propter Rangam adſcendiſſe, & quidpiam in ſemita (b) coruſcans animaduertentem, (c) cultrum & baltheum inueniſſe. (d) Vtrumque ſibi viſus recognoſcere, (e) Kirkiubæium adportauit: quo veniens Otkelem, qui tum foris erat (f), adlocutus rogat: Num quid tu (g) haſce res cognoſcis? (h) Noſco equidem, inquit

---

(v) kinnheſt.] Fragm. c. kinnh. mikinn. graui ei. || R. púſtr, id.

(x) þann heſt.] R. þ. kinnheſt, id.

(y) ſlátr.] R. kiøt. C. E. ſlátr eitt, ſolae c. || M. ſl. ſeitt, c. pingues.

(z) til haſa borit.] E. t. h. gengit. B. komit. Fragm. c. til koma.

(a) þá.] Fragm. c. Gunnari.

(æ) at ſavdum *neſcit* Fragm. c.

(b) Poſt gavtvnni add. E. fyrir ſer, ante ſe.

(c) hann ſinnr þar kníf] C. E. R. M. ok hleypr af baki ok tekr vpp, ok var þar knífr, defiluit ab equo, idque excepit.

(d) þikkiz kenna hvartveggia.] E. þ. l. at þar er knífr og bellti þat er Otkell hafdi geſit Melkólfi. viſ. ſ. rec. cultr. & balt. quae Otk. Melkolfo dederat.

(e) ferr med heim í K.] Fragm c. ſ. m. í. K. || C. E. R. M. ferr í K. — petiit.

(f) Poſt var úti add. iid. ſtaddr ok ſagnar honom vel, conſtitutus, illumque comiter excepit.

(g) til gripa þeſſa.] Fr. c. gripi þ.

(h) kenni ek víſt.] id. kenna þickiomc ec, noſcere mihi videor.

inquit Otkell. Porrò Skamkell: Et (i) quis poſſidet? Ille: Melkolfus ſer- A. C.
mus. (k) Itaque plures, ait Skamkell, recognoſcent, (l) quam nos ambo: 984.
ſcilicet me in dandis tibi conſiliis fidum fore. Cumque res illas multis videndas praebuiſſent, ac (m) nemo non recognouiſſet; infit idem: Quid tu nunc conſilii (n) capies? Otkell reſpondit: Adibimus Mördum Valgardi filium, (o) ab eo conſilium petituri. Mox Hofum profecti (p) Mördo (q) res easdem oſtenderunt, noſceretne, percontantes. (r) Is noſcere ſe falſus: At quamobrem (quaeritis)? inquit: ecquid (s) vos deſideratis, quod Hlidarendi credideritis repetendum? Cui Skamkell: Id negotium nobis tractatu difficile videtur, quod (t) cum iis res eſt, qui nos opibus adeò ſuperant. Ita quidem, inquit Mördus: tamen ego, quas res neuter veſtrum reſciſcitis, ex domo Gunnaris reſcire me puto. Tum illi: Pecuniam in id tibi (u) dare vellemus, vt hanc rem inueſtigares. Reſpondet: Ea pecunia (v) pleno mihi

(i) hverr á.] id. hv. hefir átt, qu. poſſedit.

(k) kenna ſkvlv þá ſteiri.] id. k. ſk. ver ſk. láta, faciamus, vt pl. recognoſcant.

(l) enn vid *neſcit* id.

(m) kendv þeir allir.] C. k. at ſa vas, ii rem ita eſſe agnouiſſent.

(n) mvnt þú nú.] Fr. c. ſkal nu, capiendum.

(o) leita ráda vid hann.] C. R. E. bera þetta vpp fyrir honom, hanc ei rem notam faciemus. || Fragm. c. ſyna honom ok vita hvat hann leggr til ráds med okkr, (hasque res) ei oſtendemus, &, quid ille nobis conſilii det, videbimus.

(p) *Hic inſaris* Fr. c. ok ſpurdo Mord, conſulebant.

(q) gripina.] C. E. R. knífinn, cultrum.

(r) han qvaz kenna. eda, omitt. Fr. e. || qvaz.] B. E. leti.

(s) er *(plur.)*] Fragm. c. id. *Dual.*

(t) ſlikir ofreſlismenn eigv í hlut.) C. E. R. M. vid ſlíka ofr. er vm at eiga. || ofreſlismenn.] Fragm. c. ofſamenn, violenti ſunt.

(u) gefa villdim.] id. g. mvni,] dederimus.

(v) fvllkeypt.] M. alkeypt. Fragm. c. vera fullkeypt.

A. C. pretio ſtabit; at fieri tamen poteſt, vt (x) inſpiciam. Iraque Mördo III.
984. argenti ſelibras (y) pro opera ſibi danda largiebantur. Id verò conſilii
p. 76. dedit; obirent cum (z) vilibus mercimoniis foeminae, matribusfamilias ea
darent, &, quid praemii rependeretur, viderent: namque omnes (a) propenſiſſimi ſunt ad erogandas primum, ſi forte aſſeruant, res furtivas: quod & hic eueniet, modo (incendium) ſit ab opera humana. (æ) tum mihi foeminae, quid (b) vbique datum fuerit, oſtendant: (c) neque amplius huic rei, ſi manifeſtetur (d), implicitus ero. (e) Hoc illi ratum habentes, domum ſe reportârunt. Mulieres a Mördo (f) per viciniam dimiſſae, menſem dimidium aberant, & cum grandibus ſarcinis redierunt. Quaerenti Mördo, vbi largiſſimo adfectae dono eſſent? plurimum ſibi datum eſſe Hlidarendi referunt, fuiſſeque Hallgerdam erga ſe in paucis (g) liberalem. (h) quid ea praecipue dediſſet, percontanti; (i) caſeum indicant. ille monſtrari ſibi jubet: ſub adſpectum foeminae depromunt multa fruſta, quae ille accepit & conſeruabat. Nec ita longo

---

(x) lita á.] id. hætta á, periculum faciam.

(y) til lidveitslv.] id. til at hau yrdi víss ok veri í lidv. in id, vt rem exploraret, iisque opem ferret. R. t. at hau fyllti vera med þeim í ráðagerð ok lidv. vt ſibi conſiliô adeſſet, opemque f.

(z) smávarning.] Fragm. c. varning, mercimoniis.

(a) lyndi.] C. R. ſkap. Fragm. c. ſkaplyndi. ſagdi Mørdr, — inquit M.

(æ) þær þá syna mer.] Fr. c. þer, id. || R. þer þá fretta, tum vos cognoſcetis.

(b) hvargi.] Fragm c. í hverium ſtad, id. || Chh. þat ok þar, hic illic.

(c) lavss.] Fr. c. vera orlauss þ. m.

(d) Poſt verdr add. id. hverit ſvikit hafa, qui furtum fecerint.

(e) þessv iatvdv þeir.] C. E. R. sá (sva) var ſkildagi þeirra, hoc inuicem pactum eſt.

(f) vm herad.] *Omnes Codd. praeter* B. í herad, in vic.

(g) drengr.] M. ſkavrúngr.

(h) hvat þeim væri þar gefit.] Fragm. c. hv. þ. hefdi meſt verit g. cujus rei plurimum fuiſſet datum.

(i) Oſtr ſegia þær.] C. M. oſtr ok ſmior ſ. þ. caſ. & butyrum. Fragm. c. þær svorudo. oſt gaf hon, reſponderunt: caſeum dedit illa.

longo poſt Mördus ad Otkelem adit, caſei formam (quae fuit) Thorgerdae poſtulat (k) adhiberi; quô factô, ſegmenta in calathum deponit, eaque prorſus aequauerunt formam: vnde perſpiciebant, integram (l) glebam foeminis datam eſſe. Tum & Mördus: Ex facili videris, (m) caſeos ab Hallgerdâ furtim eſſe ablatos: (n) quod ex omnibus rationibus cum collegiſſent, videri ſe dixit, ſuum in ea cauſa negotium abſoluiſſe. Sic ab inuicem diſceſſum eſt. Kolſkeggus Gunnarem (o) conueniens, (p) Horribile dictu, inquit, quod vulgo increpat, Hallgerdam (q) furtum admiſiſſe, (r) auctoremque eſſe magni iſtius, (s) quod Kirkiubæii accidit, detrimenti. (t) quod ſe verum exiſtimare falſus Gunnarr, Quid autem remedio eſt? inquit. Ille reſpondet: Tibi ſine dubio incumbit inprimis, (u) multam pro vxore tua ſoluere: quare mihi vile videtur, vt conuentum eas Otkelem, ferasque illi bonas conditiones. Hoc praeclare dictum, ait Gunnarr, idque fiat. Paullo poſt (v) Thrainem Sigfuſſonium ac Lambium Sigurdi filium arceſſit; qui & propere aduenerunt (x) & quo (ire) cogitaret, edocti ab eo, comprobarunt. Vnde- A. C. 984.

(k) taka.] Fragm. c. færa, adferri.

(l) hleifr.] Fragm. c. leifr.

(m) oſtinvm.] id. matnvm, cibaria.

(n) drógu þeir þá all dæmi ſaman.] R. ok gera þau all d. ſ.

(o) *Poſt* Gunnarr *addit* Fragm. c. bróðr ſinn, fratrem ſuum.

(p) Illt er at ſegia.] id. i. e. vm at tala, en alr. quanquam h. d. ſit, tamen v. incr. || C. i. e. at. ſpyria, h. auditu.

(q) mvni ſtolit hafa.] Fr. c. hæfdi ſtolit.

(r) valldit.] id. valldi. E. allat.

(s) er vard í Kirkivbæ.] C. E. úr Kirkivbæ.

(t) qvaðz ætla at ſva m. v.] Fragm. c. lez þó ætla at ſatt m. v.] quod (quanquam eſſet nefandum) tamen verum &c.

(u) b. forir konv þína.] Fragm. c. b. vm ſlys konv þinnar, culpas uoxris tuae expiare.

(v) Þráni.] id. þráin.

(x) *Poſt* komo þ. þegar *legunt* C. E. R. ok ſpurdi Þráinn hvat þeir ſkylldi. Gunnarr ſagdi. (ſvaradi. ek ætla at fara í Kir-

A. C. 984 Undecim viris comitatus, Kirkiubæium equitauit, forasque Otkelem (y) vocat. Inibi Skamkell praeſens huic loquitur: Egrediar tecum; nam hic, puto, expedit ſapientiam adhibere: (*) voluerim ſane, vbi tu maxime opus habes, tibi quam proxime adſiſtere, (z) quod & res probabit: caetera non inconſultum reor, te vt (a) magnum ſimules. Dein Otkell & Skamkell, item Hallkell & Hallbiörn egreſſi, Gunnarem ſalutarunt, isque eos comiter. Otkell, quò ſit iturus, percontatur. Non longius, quam huc, inquit Gunnarr: id vero mihi negotium eſt (æ), vt palam faciam tibi, conjugem meam, & quem a te
p. 77. coëmi ſeruum, (b) grauis illius (quod tu feciſti) auctores damni eſſe. (c) Id ſanè credibile fuit, ait Hallbiörn (d). Porro Gunnarr: De hoc dignas ferre volo conditiones; (e) nimirum, vt optumus quiſque hac in tribu cauſam (f) decidat. Skamkell contra: (g) Specioſa haec conditio, ſed iniqua; tu enim

---

í Kirkiubæ C. E.) Þráinn let vel vſir Því. Þvíat hann var vinr Hallgerdar. G. reid ꝛc. quaeſiuitque Thrainn, quid ſibi faciendum eſſet. Gunnarr indicauit. (reſpondit: Kirkiubæium proficiſci cogito). quod Thrainn comprobabat; erat enim amicus Hallgerdae.

(y) kalladi.] Fr. c. kalla, euocant.

(*) mvnda ek — Þyrftir meſt.] id. ok villda ek nær ſtanda ef Þú Þurftir ſíks vid ſem nú man vera, & vellem equidem tibi praeſto eſſe, ſi hoc opus haberes, quemadmodum nunc.

(z) ok ſú ravn mvn á verda.] C. D. E. R. Chh. ſem nú mvn vera, quod nunc fore puto.

(a) drygliga.] Fragm. c. driúgliga, id. K. strugliga, confidentem.

(æ) Poſt eyrindi mitt add. Fragm. c. Þingat, quamobrem huc venerim.

(b) illa er hann er.] id. & B. miſſa er her varð (hefir orðit) at Þ. er, magni illius, quod hic euenit &c.

(c) Slíks var von.] Fragm. c. ſíks ván at Þrælinum, id de ſeruo cred.

(d) Poſt Hallbiorn add. id. hinn hviti, Albus.

(e) ok biðda.] B. ok bidia, rogoque.

(f) ſkipi.] E. ſkipti. Fr. c. geri.

(g) áheyrilig.] R. I. N. úheyrilig, neutiquam admittenda — (non iniqua modo).

enim es omnibus gratioſus, at Otkell inuiſus. Polliceor igitur, (h) ait Gunnarr), me dijudicaturum; ex tempore (i) ſententiam pronuntiare, dataque in amicitiam meam fide, hic multam repraeſentare: duplum igitur tibi reſtituam. Tum Skamkell: Hanc verò (k) ne accipias (l) conditionem; (m) indignum ſcilicet, Gunnari judicium permittere arbitrarium, quod te recipere oporteret. Hinc Otkell: Liberum tibi, Gunnarr, arbitrium (n) permittere nolo. Et hic: Intelligo quid heic interponant alii, (o) quandocunque referri poſſit gratia: iam verò tuum eſto judicium (p). Tum ille ſe ad Skamkelem ecclinans, Quid hic eſt, inquit, reſpondendum? Cui Skamkell: Laudábis hanc conditionem, ſed cauſam tuam ad Gizurem *Album* rejicies ac Geirem *Pontificem*; (q) ſic te multi auo tuo paterno Hallkeli, (r) viro fortiſſimo, conſimilem perhibebunt. Tum Otkell: Egregia, Gunnarr, haec eſt conditio; attamen volo (s) des mihi ſpatium Gizurem *Album* conueniendi. Et Gunnarr: Age dum pro libito, inquit: hoc autem (t) vulgo affirmabitur, te non (u) A. C. 984.

U agno-

(h) ſagdi Gunnarr add. Fragm. c.

(i) gierdinni omitt. C. E. R. Fragm. a. & c. *it.* I. & N.

(k) ſtallt þú eigi þ.] B. ſkal han e. þ. ne accipiat ſc. Otkell. || R. ſkulum ver e. þ. non accipiemus.

(l) koſt *omittunt* C. E. R.

(m) ok er þat úvirdiligt.] Fragm. c. þviat þat er úvitrligt, inconſultum enim eſt. C. Fragm. a. grunnúdligt, inſipientis eſt. || E. R. grunúngligt, grunúdligt, ſuſpectum eſt.

(n) Poſt ſiálfdæmi add. Fragm. c. vm þetta mál, hac de cauſa.

(o) nær ſem lavnat verdr.] B. Fragm. c. nærgi l. v. (er ec fæ l. — potuero gratiam).

(p) *Huc addit* Fragm. c. ef þer líkar þá vel, modo hoc tibi lubeat.

(q) mvnv þat þá margir mæla at þú ſer líkr H. ſodvrſodvr þínum.] id. mvn þ. þ. mællt at þer bregdi til Hallkels ff. þíns, ſic diceris — conſimilis.

(r) er m. l.] C. at ꝛc. id.

(s) liáir mer tómſtundar til at.] R. leggir tómſtund t. at ek.

(t) menn mæla.] Fragm. c. ſvmir m. m. nonnulli adfirmabunt.

(u) ſiá.] B. Fragm. c. þiggia, neſcire accipere, (quod tibi honori eſt).

A. C. agnoſcere honorem tuum, (v) quum, quas fero conditiones, (x) adſpernere.
984. mox domum equitauit. Cumque diſceſſiſſet Gunnarr, inſit Hallbiörn: (y) Hic maximum ingeniorum diſcrimen reperi; Gunnarr eximias tibi conditiones obtulit, tu (z) nullas accipere voluiſti: ſed quomodo tibi ſumſeris cum Gunnare hoſtili animo contendere, quum is (a) parem habeat neminem? atqui tam bono eſt ingenio, vt, quae pollicebatur, non ſit migraturus, ſi porro acceptaueris: quapropter ego vtile cenſeo, vt Gizurem *Album* & Geirem *Pontificem* quam primum (æ) eas conuentum. Hinc Otkell, equum curans adducendum, ſe prorſus itineri aptat. Erat illi parum (b) acer viſus (c). Otkelem in viam pedes proſecutus Skamkell, ei fatur: Mirabar fratrem tuum (d) iſtuc negotium pro te non capeſſiuiſſe, ideoque tibi (e) tua vice proficiſci condico, vtpote gnarus, tibi moleſtum eſſe (f) iter facere. Hoc pollicitum acceptabo, inquit Otkell; tu autem quam veriſſime rem explica. Fiat, ait Skamkell: (g) equum illius amiculumque ſumſit: ille domum remeauit. Tunc foris conſtitutus Hallbiörn, Otkelem ſic adloquitur: *Periculoſum eſt, habere*
P. 78. *nebulonem pro amico* (h) *ſingulari:* tuae reuerſionis (i) nos ſemper poenitebit; magnae

---

(v) er.] E. eſ, ſi, (ſiquidem).

(x) villt eigi.] Fragm. c. vill e. þiggia, non accipere velis.

(y) þer veit ek m. m.] id. þ. veit m. m. orðit, — repertum eſt.

(z) engi af taka.] id. eigi þiggia, non.

(a) iafníngi.] C. E. R. maki.

(æ) farir at finna.] Fragm. c. þú finnir, conuenias.

(b) glaugguſkygn.] id. ſkygn.

(c) *Hic inſerit* E. Otkell reið af ſtað, Otk. domo abequitauit.

(d) villdi eigi taka af þer þetta ſtarf.] Fragm. c. leyſti þic e. vndan ferð hæſi, hoc iter pro te non ſuſcepiſſe.

(e) fara fyrir þik.] id. taca af þer þetta ſtarf, hoc neg. pro te ſuſcipere.

(f) ferðum.] id. ferðinni, hoc iter.

(g) heſti hans ok klædum.] id. heſtinum ok klædum Otkels.

(h) einga.] B. E. R. Chh. einka.

magnae enim eſt dementiae (k) mendaciſſimo (l) homini negotium commendare, (m) de quo pronuntiari poſſit, vitam hominum in eo verti. Ad quae Otkell: Sat conſternatus (n) fores, ſi Gunnarr bipennem ſublimem verſaret, (o) qui nunc adeo timeas. Ille contra: Nondum (p) liquet, vter tunc futurus ſit pauidiſſimus: caeterum tu ipſe teſtis eris, credo, Gunnarem, (g) irâ conceptâ, parum diu (r) collineaturum eſſe bipennem (s). Otkell reponit: Vos omnes, praeter Skamkelem (t), trepidatis: tumque ambo (u) ira ſuccenſi erant. A. C. 984.

CAP. L.

(v) De Skamkele.

Skamkell Mosfellum veniens Gizuri (x) omnes (a Gunnare latas) conditiones narrat. Hae vero, inquit Gizurr, mihi ſatis egregiae videntur; at quâ gratiâ has (y) ille non acceptabat? Cum primis hâc, (z) ait Skamkell), quod

(i) munu ver.] R. muntu, te.

(k) lygnaſta.] Fragm. c. heimſcaſta, ſtultiſſimo.

(l) mann.] Fragm. s. þræl, nebuloni.

(m) er ſva mun mega atqveda.] E. at ſvo má kalla, id.

(n) mundir þú verda.] Fragm. c muntu þá fræudi, eris, mi frater.

(o) er.] id. ef, ſi (ſiquidem).

(p) veit þat hverr.] E. Fragm. s. veiztu hv. tu ſcis.

(q) er hann er reidr.] Fragm. c. ef han færir hann á lopt ok ſe h. r., ſi modo bipennem vibrauerit iratus.

(r) munda.] Fragm. s. mida.

(s) *Huc addit* E. at þer, in te.

(t) Poſt Skamkell add. Fragm. c. einn, ſolum. R. add. einn. han er ydvarr auruggastr, ſolum; ille prae vobis (omnibus) eſt imperterritus.

(u) Poſt bádir add. Fragm. c. bræðr, fratres.

(v) Frá Skamkeli.] R. Otkell ſtefnir Gunnari, O. Gunnarem in jus vocat.

(x) bod all.] R. all ordin, omnia verba (quae ſc. cum Gunnare collocuti fuerant).

(y) hann.] Fragm. c. Otkell.

(z) ſagdi Skamkell addit id.

A. C. opprobrio. Quodlibet ſuum tempus manet, ait Gunnarr; (a) haec autem
985. profectio illis nulli ſaltem (æ) laudi erit. Poſt paullo Nialem adiit, eique patefecit. ille, Fac (d) te parum hoc afficiat, inquit; id enim tibi, ante finitos comitiorum dies, (e) ſummam euadet in gloriam. ego meique omnes conſilio & viribus a te ſtabimus. Actis illi gratiis, Gunnarr domum rediit. (d) Otkell cum fratribus & Skamkele ad Comitia proficiſcitur.

CAP. LI.

(e) De Gunnare.

Gunnarr & omnes Sigfuſſonii Comitia petierunt; item Niall cum filiis: qui cum vniuerſi Gunnarem ſtiparent, nullus coetus (f) aeque ſtrenuus ac iſte (g) vulgo praedicabatur. Quodam die Gunnarr ad tabernaculum Dalamannorum ingreſſus, Ruto atque Höſkulldo, qui ad tabernaculum conſtituti beneuole comprehendebant eum, (h) cauſae qualitatem ſuae indicauit. Quid, inquit Rutus, conſilii dat Niall? (Reſpondet G.) Is me vos fratres conuenire juſſit, adfirmans, (i) idem ſibi ac vobis conſultum iri viſum. Tum Rutus: vult igitur ego affinitatis nomine vt conſilium promam; idque fiat: Tu (k) Gizu-

---

(a) ſavr ſiá.] Fragm c. ferd þeſſi.

(æ) ſæmbar.] Fragm. a. vegs.

(b) á þik ſá.] C. E. Fragm. a. Chh. á þer ſinna. Fragm. c. á þik ſá mál þetta, — haec res.

(c) innar meſtu.] Fragm. c. hinno m.

(d) Otkell ríðr til þíngs.] id. Riáll ríðr t. þ. oc ſva Otk. Niall, itemque Otk.

(e) Frá Gunnari.] id. ſættir, pacificatio.

(f) iafnhardr ſnúinn.] id. & Chh. iafnhard-ſnúinn.

(g) var þat mælt.] Fragm. c. v. þ. mál manna.

(h) mála vart á þeſſv.] id. & B. málaferli þeſſi aull, E. R. alla ſogv vm mála ferli þeſſi, omnem rem, quomodo ſe haberet.

(i) eitt ráð mvndi honvm vm þat ſyna ſem yckur.] Fragm. c. vðr m. e. r. vm ſyn. vobis idem (ac ſibi) &c.

(k) Gizuri hvíta.] id. Gitzor enn hvíta.

Gizurem *Albam* ad certamen ſingulare prouoca, (l) niſi tuum faciunt judi- A. C. 985.
cium; Kolſkeggus Geirem *Pontificem:* qui verò Otkelem ac ſuos (m) aggre- p. 80.
diantur, facilè parabuntur: atque nos omnes tam copioſam habemus manum, vt, (n) quicquid voles, ſucceſſurum tibi ſit. Gunnarr ſuum in tabernaculum reuerſus Nialem edocebat: qui, (o) Hoc & ego, inquit, ſperaui. Ulfus *curio* Eyrenſis (p) conſultationem hanc reſciſcens, Gizuri (q) aperit. Tum verò hic ad Otkelem: Quis tibi id conſilii dedit, vt Gunnari dicam impingeres? Nuntiauit mihi Skamkell (r) id eſſe tuum & Geiris *Pontificis* placitum. Hic Gizurr: At vbi eſt oletutu hominis, qui hoc eſt ementitus? Otkell reſpondet: (s) In tentorio noſtro cubat aeger. Vnde nunquam ſurgat! ait Gizurr: jam verò nos omnes ad Gunnarem (t) adibimus; remque (u) ipſius,) judicio permittemus; tametſi dubito an velit nunc eam conditionem accipere. Complures Skamkeli, toto comitiorum tempore aegrotanti, (v) male dicebant. Acceſſit (x) Gizurr cum ſuis ad Gunnaris tabernaculum: quorum aduentu cognitô, (y) nuntioque ad Gunnarem in tabernaculum perlato; omnes (ſocii) foras egreſſi, (z) manum quaſi ad aciem ordinant. Gizurr

Albus

(l) ef þeir — ſiálfdœmi *omittit* id.

(m) gánga at þeim.] id. g. at móti.

(n) þú mvnt framkoma ſliku ſem þú vill.] id. ver megum fr. k. ſt. ſ. vær vilium. *plural. prim. perſ.*

(o) ſliks v. m. v. ſ. M. omitt. id. E. & K.

(p) varð víſs þeſsarar ráðagerðar.] Fragm. c. var nær ráðagerð þeirra, in conſultatione illorum praeſens erat.

(q) *Huc add* id. hvíta, Albo.

(r) þat væri ráðageið vckur Geirs goða.] id. þit Geirr goði legdit þat til ráðs með mer, id te & Geirem pontificem mihi conſilium dediſſe.

(s) at búð.] id. í búð ſinni, in t. ſuo.

(t) ſinna.] id. hitta.

(u) honom *addit* id.

(v) illa.] id. illt.

(x) Gizurr.] id. Geirr Goði oc Gizurr hvíti, G. pontifex & G. Albus.

(y) ok var ſagt.] id. ok ſagt.

(z) ſylktu.] B. ſlyktu. C. M. ſylk. tu lidi ſinu.

A. C. 985. *Albus* primus incedens, ſermonem incipit: Nos pollicitamur, inquit, vt tu, Gunnarr, (a) litem hanc ipſe diſcernas. Gunnarr reſpondit: Id procul (æ) abeſt a (b) conſilio tuo me in jus vocandi. Giz. Neque ego, (c) neque Geirr ejus rei auctores fuimus. Gunn. Id igitur adductis rationibus (d) purgabis. Giz. Quid poſtulas? Gunn. Hoc, vt jusjurandum praeſtes. Giz. Id faciam, ſi tu (e) vis arbitrium recipere. Gunn. Iſtuc dudum pollicebar; nunc vero ſententia de re majori ferenda mihi videtur. Hic Niall: Non eſt, quod arbitrium repudies; nam quo grauior eſt cauſa, eo majore laeſus ſatisfactione dignus eſt. Tum Gunnarr: Id amicis meis dabo, vt de cauſa judicem: caeterum Otkelem moneo, nequid in me in poſterum peccet. Tunc Höſkuldus & Rutus arceſſiti, negotio interueniunt. Dat juramentum Gizurr & Geirr *pontifex*. Gunnarr vero judicium fecit, nemine in conſilium vocato, moxque (f) ſententiam pronuntiauit: hoc eſt, inquit, arbitrium meum: pretium domus & alimentorum, quae in ea fuerant, ſoluendum cenſeo; at pro flagitio ſerui, quod tu vitia ejus occultabas, nihil tibi multae expendam, ſed eum tibimet addico; *nam* (g) *aures vbi creuerant, potiſſime congruunt*. Sic & (h) exiſtimo, eſſe me contumeliae cauſa citatum a vobis; quocirca non minus adjudico mihi, quam (i) hujus rei pretium, nempe tecti ac rerum intus combuſtarum. Quod ſi vos potius ducitis, nos eſſe inconciliatos, hujus copiam etiam

(a) þetta mál.] Fragm. c. fiálfr málit þeccart Otkels, litem, quae tibi cum Otkele intercedit, ipſe diſc.

(æ) gánga *addunt* Regg.

(b) ráði.] E. ſkapi, voluntate tua.

(c) ok hvargi okkars Geirs.] Fragm. c. ok eigi Geirr goði.

(d) muntu ſynia.] id. muntv vilia ſynia, purgare voles.

(e) villt.] id. vill þá, ita vis.

(f) gerdina *neſciunt* C. E. R.

(g) þar erv eyru ſæmſt ſem órv.] O. þar er eigi ſæmda von er uru allðri, inde nihil boni ſperandum, vbi hoc nunquam exſtitit.

(h) *Poſt* ſva *addunt* R. med mer, mecum (cum animo meo).

(i) vert er þetta fe húſit ꝛc.] E. R. v. var húſit, pretium tecti.

etiam nunc facio; sic autem, quod ego (k) aliud mihi consilium prospexi, meminiet. Gizurr respondit: Volumus quidem nihil vt Otkeli dependas; at vicissim poscimus, vt eum recipias in gratiam. Hoc vero, regerit Gunnarr, quoad vixero, nunquam fiet: vtatur ille Skamkelis amicitia, quam diu coluit. Gizurr porro: Finire tamen litem volumus, etiamsi conditiones ex tuo solius arbitrio pendeant. Mutua ergo stipulatione sententia omnino confirmatur. Tum Gunnarr ad Otkelem: Magis e re tua est, vt ad consanguineos tuos te recipias: si vero in tribu tua permanere mauis, nihil in mei laesionem committe. Ad quae Gizurr: Hoc est salubre consilium, inquit, & sic ille faciat. Ex ea causa Gunnarr maximam inuenit gloriam. Postquam a Comitiis domos reditum est; (l) domi suae manebat: indeque aliquamdiu res in tranquillo erant. A. C. 985. p. 81.

CAP. LII.

De Runolfo Ulfi *Curionis* Eyrensis filio.

Erat vir nomine Runolfus, filius Ulfi *Curionis* Eyrensis: qui (praedium) ab oriente fluminis Markici Dalum incolebat. Hunc a Comitiis reuersum (m) Otkell hospitio excepit; eique bouem ex toto nigrum (n) IX. annorum muneri dabat. Quo de dono Runolfus gratias agens, illum, quandocunque liberet ire, domum inuitauit. Exiit aliquantum tempus, ita vt ad conuiuium non iret; at, per (o) nuntios saepe missos, vt veniret, monitus a Runolfo,

(k) eun eift.] E. R. eitt-hvert, aliquod.

(l) *Ante* í búi sínu add. R. I. & N. vm hvrt, quietè.

(m) gisti Otkell.] Chh. gisti Otkel, R. Q. g. at Otkels, P. g. hiá Otkeli, (hic) in domo Otkelis (apud Otkelem) hospitabatur (eique Otkell bouem &c.)

(n) ix.] O. S. x.

(o) menn.] B. orð, verba — legata.

A. C. 985. ſemper condixit venturum. Erant Otkeli duo equi, Solon gilui. (p) ad equitandum in ea tribu optimi; tamque mutuo amantes, vt alter alterum conſectarentur. Quidam Norvegus, cui Ôdolfo nomen, hoſpitio cum Otkele vtebatur; ſtaturâ magnus atque robuſtus: hic ad Signyam Otkelis filiam animum adjecit.

CAP. LIII.

De Otkele, quum in Gunnarem equô inuehebatur.

986. (q) Inito vere Otkell ſe cum ſuis Dalum orientem verſus, conuiuatum, eſſe profecturum ſignificauit, idque omnes approbârunt. Haerebant ei comites Skamkell ac duo fratres, item Ôdulfus tresque alii: ipſe (altero) equô
p. 82. giluo vehitur; alter ſolutus ſequebatur. orientem verſus ad flumen Markicum tetenderunt, cum Otkell admiſſo equo caeteros (r) praeuertit, & ambobus equis furore concitatis, deuiisque in Fliotzhlidam deflectentibus, multò quam voluit vehementius fertur. Gunnarr ſolus domô abierat, vna manu (s) cophinum frumenti, altera ſecurim leuem geſtans; in aruum ſuum progrediebatur, (t) facturus ibi ſementem; (u) & bombycina toga ſua nec non ſecuri propè adpoſitis, ſpargit aliquamdiu ſemen. Sed jam de Otkele narrandum: ille quam voluit, multò citius ferebatur: armatus pedes calcaribus, equum permittit per agrum (v) ab infima parte: neque dum alter alterum conſpexerat. At dum in eo erat Gunnarr, vt erigeret ſe, Otkell equo

(p) heſtar at reid.] B. C. R. Fragm. a. reidheſtar.

(q) vm varit.] E. G. vm ſumarit, (ineunte) aeſtate.

(r) fyrir.] R. mihi f. longe pr.

(s) korukippv.] Fragm. a. korukreppv, ſaccum frumenti.

(t) ſár.] E. ſær, id.

(u) of lagdi — korninv. omitt. E. R.

(v) nedan.] R. nordan, a boreali.

equo (x) in eum vectus calcari aurem ei tutudit, magnaque scidit (y) vibice, A. C.
vt sanguis effusior manaret. Inibi (z) sociis ejus obequitantibus; (a) Vos 986.
omnes, ait Gunnarr, facile sentitis, me a te vulneratum esse; quod indigne (æ) commissum; nam semel mihi dicam impegisti, iterum pedibus me teris, equo in me concitato. Cui Skamkell: Leuiter tu, bone vir, afficeris! in Comitiis verò haud minus iracundus fuisti, quum, (b) ipse arbiter, bipennem tenebas. Tu bipennem videbis, reponit Gunnarr, vbi proximè conueniemus. Re ita facta discessum est ab inuicem; Skamkele hoc modo (c) vociferante: (d) Citatim vos, viri, equitatis! Gunnarr domum regressus, nemini rem aperiebat, (e) neque quisquam quopiam ab homine laesum credidit. Aliquando frater Kolskeggus ab eo certior factus, Hanc rem, inquit, pluribus indicabis, ne te mortuos insimulare criminis (f) dictitent; nam pertinaciter negabitur, nisi testes, quid inter vos acciderit, norint. Itaque vicinis rem significauit, rumore primum leui. Otkell cum suis Dalum venit, ibique hospitaliter inuitatus, per septiduum versabatur. Runolfo (g) Skamkell, quod Otkelem inter & Gunnarem actum erat, explicitè memorauit: &, quum esset, qui sciscitaretur, quomodo ad eam rem affectus Gunnarr esset: Dicerentur, puto, inquit, si quis (h) esset plebejus, obortae illi lacrimae. Hoc improbè dictum, ait Runolfus: & sanè tu proximo conuentu id (i)

(x) á hann ofan.] E. á h. ofvnt, v. ofvm.

(y) riſtv.] E. R. I. P. riſpv.

(z) felagar.] R. forvnavtar, comitibus.

(a) þer.] C. R. þat, id — sentiunt. þer *omittunt* E. & Fragm. a.

(æ) farit.] E. R. Fragm. a. gert.

(b) tókt ſialfdæmit vt: omitt. iid. & C.

(c) æpti vpp omitt. E. &. Fragm. a.

(d) hart.] iid. offhart, nimis cit.

(e) ok ætlvdv — vera omitt. R.

(f) ſe þat mællt at omitt. iid.

(g) Skamkell.] R. Otkell.

(h) væri.] R. ætti í hlut, ſi cum aliquo plebeio res esset.

(i) eiga til at ſegia.] E. Fragm. a. ſpyria (til), cognoſces.

A. C. 986. p. 84. reperietis, numquid ego veſtra opera in ſterum eam. Tum ex equis deſcendunt omnes, illum inuadunt. (x) Primus erat Hallbiörn: cui Gunnarr: (y) Ne tu impetas; tibi minime intenderim damnum: tametſi nemini parcam ſi vitam meam tueri neceſſum habeo. Hoc verò non faciam, inquit ille, (z) cum (ſi non mihi) tamen fratri meo mortem mediteris; adeo, ſi otioſus adſideam, mihi probro eſt: ingentemque in Gunnarem haſtam vtraque manu dirigit, & clypeum, quem hic objiciebat, transfigit. Gunnarr, clypeô tanta vi demiſſo, vt defixus humi ſtaret; gladium citius, quam vt oculis poſſet comperiri, ſtringit, eô percutit, brachiôque Hallbiörnis ictu ſupra (a) carpum, manum abſcidit. Tum Skamkell Gunnarem a tergo inuadens, magnâ cum ſecuri petit: (æ) ad quem celeriter conuerſus bipennem ictui objicit, ita vt hoc ſinui poſterioris cornu immiſſâ, ſecuris e manu hominis in Rangam efflueret. (b) Hic Gunnarr carmen cecinit:

(c) Nae tu rogâſti, qui ſalis per humida
Equum citauit, hunc [virum],

Fugae

(x) H. var fremſir *omittit* C.

(y) ſæk þu eigi at *omiſit.* id.

(z) þú munt þó drepa vilia.] E. P. ef þú vilt dr. ſi (ſiquidem) occidere vis fratrem meum.

(a) avlſkid.] *Omnes codd. praeter* D. úlſlid.

(æ) at honom.] R. vid honum.

(b) *Haec & ſubſequens carmen neſciunt* C. E. R. K. L. M. N. O. P. Q. S.

(c) *Verba hujus carminis in ordinem redacta ſunt:* Viſt ſpurdir þú, hardr 1) hrøggi α) glóþr, henne β) vaſta 2) viggrennanda, 3) þá er hlayptuð or mínvm gardi, Hvart 4) ſtefnvr væri rettar. vær riódvm ſpior blóði 5) vígſtriðir γ). 6) þat ſkal ek hefna heiptar hvesſi.

1) B. H. & I. *in margine*, hrøkkvi glóþr. *quod ſecutus ſum.* 2) D. I. vig rennanda, id. 3) B. H. I. áðr hlevptuð, antequam. 4) iid. rettar ſtefnvr (*non* rettar ſtefnv) *legunt, quod omnino in textum recipi debet, nam* rettrar ſtefnv *mendoſa lectio eſt, ac nullius ſenſus.* 5) B. H. I.

Fugae peracer ardelio, cum vos recurrebatis ab mea domo; A. C. 986.
An justa, qua eicebar, esset formula?
Nos praelii acres tingimus
Cruore telum, nunc id iras efferas
In asperante vindicta.

mnarr iterum bipennem dirigens, Skamkelem confodit, atque ferro sub- in (e) semitam illam argillosam capite mittit. Sustulit hastam Odulfus :gus & misit in Gunnarem; quam hic adsolantem manu intercepit, & e o retorquet, eaque scutum & corpus Norvegi peruolans in terram pene-

Hic Orkell gladium intendit Gunnari, tibiam (f) sub ipso genu desti-

---

. vígstærir, auctor pugnae. *casu di.* 6) lid. þess, id. *quae constructio* ɔr.

hrayggvi *idem esse videtur quod* vi; *nam* & y *pro* u *saepius inue-* ut fyðr *(austrum versus) pro* fuðr: *pro* f *substituitur, cum in Adjectiuis* r *(a* lifr) *desinentibus; it. in* rígr *ina imperiosa), quod auctor Skalldae* r *a* rikr *(potens): tum initio vocis,* if *pro* kleif *(clivus)* dags *(coelum).* Nisi hrayggvi *idem esse velis ac* vi, tristis; *de quo tamen dubito.* asta *Genitiv. plur. a* baugr, *quod in* clasturis maris *praefert Edda.* Basta f. *equus maris*, nauem *denotat. atque* asta viggrennanda penna *poëta sese, ipsum digito commonstrans, intelligit; vultque dicere:* memet ipsum, *qui hic praesens adsum.* γ) *Non est diffitendum* vígstyrdir *etiam ad Skamkelem casu Vocandi referri posse, atque ita significare hominem, qui* pugnat pro pugna (ɔ: *ut pugna fiat): vel, si* víg *pro* caede *capiatur, eum qui* pugnat occidi. *neutrum de Skamkele absurdum; namque is* & *malam se in partem interponendo,* & *Gunnari detrahendo, hunc ad vindictam prouocauerat.*

(d) Gunnarr leggr í annat sinn atgeirinum.] B. ok feyrir atgeirinn, Et (cum dicto) bipennem adigit (per corpus Skamkelis).

(e) leirgstyna.] E. *in margine*, leirgrsfina, cauernulam argillosam.

(f) fyrir nedan.] C. E. fyrir ofan, *supra ipsum* g.

A. C. 986. deſtinans: ictum ſubſiliendo Gunnarr exiit, bipenneque rurſus inſpetens, latus illi hauſit. Iam interuenit Kolſkeggus; ſtatim in Hallkelem inuolat, machaeraque letalem ei plagam incutit. Denique VIII. homines concidunt. Cucurrerat domum vna foeminarum ſpectatricum, & re Mordo nuntiata, eum pugnantes dirimere rogitauit. Is vero, Non alii, credo, ſunt, inquit, quam
p. 85. vt ſuſque deque habeam, licet occidant. Foemina contra: Neutiquam id ſerio dixeris; ſunt, puto, Gunnarr cognatus & Orkell amicus tuus (in arena). Semper (h) tu, putida, aliquid crepas, regerit ille; ac ſub tecto, dum pugnaretur, quieſcebat. Gunnarr & Kolſkeggus, edito facinore illo, domum reuertêre: cumque per oras (fluminis) effuſiore curſu veherentur, Gunnarr ab equo deſilit, ſeque pedibus excipit. Kolſkeggus ait: Nunc tu, mi frater, celeri gradu equitas. Et Gunnarr: Hoc idem Skamkell mihi opprobrio (i) dixit, cum ab equite proculcabar. At Kolſkeggus: Id vero nunc vltus es. (k) Incertum mihi eſt, ait Gunnarr, an ſim eo magis imbellis atque caeteri hominum, quo mihi, quam aliis moleſtius eſt homicidia facere.

Cap. LV.

Conſilia Nialis erga Gunnarem ſalubria.

Famâ rei geſtae paſſim audita, complures non videri hoc expectatione prius euenisſe dictitabant. Gunnarr Bergthorshvalem profectus, quid actum eſſet, Nialem edocuit. Hic, Multum (l) effeciſti, inquit, & valde quidem ad id ſollicitabaris. Gunnarr: Quorſum res in poſterum euadet? Niall: vis

(h) mannſvla þín.] P. mannſvlan.

(i) þann mællti ſva er ridit var á mik.] R. ek mællta ſva. þer ridit á mik ofan, (dixit,) cum ego ita dixi: vos equis in me inuehimini. || C. E. Q. *legunt* ek *pro* þann.

(k) þvat ek veit ſ. G. þvart ek man þvi.] R. Q. S. þvart (þvert) mvn ek þvi, mene eo m. imbellem putauerim —?

(l) atgert.] E. at verſum gert.

Vis vt tibi, (m) quod (n) nondum euenit, praesignificem? Tu ad Comitia proficiscêris, meorumque ope consiliorum summam hac ex causa gloriam consequêris: haec autem primordia sunt, quae perpetrabis, homicidiorum. G. Fac igitur mihi salutaria (o) quaedam consilia. N. Faciam: ne saepius quam semel homicidium in eandem stirpem committe, neque vnquam compositionem te inter & alios a bonis viris factam viola, idque tali in casu minime (p). G. Hoc aliis, quam mihi, procliuius euenturum (q) credebam. N. Id fieri potest: verumtamen, si sic euenerit, rationes tuas tecum ita deputa, quasi parum vitae superstit tibi; at caeteroquin ad senectutem venies. G. Scis, quae res tibi exitio futura? N. Scio. G. Quaenam? Id quod omnes minime cogitârint. Postea (r) Gunnarr domum repetiit. Nuntio ad Gizurem *Album* & Geirem *Pontificem*, vtpote qui caedis Otkelis principales essent vindices, misso; conuenerunt ii, ac de ratione tractandae causae conferentes, in id consentiebant, vt jure ageretur: sed vbi, qui reciperet accusationem, quaerebatur, nemo (s) inuentus est. Unde Gizurr: Videntur mihi duae modo conditiones reliquae; vt vel alteruter nostrûm anquirat de causa, & sic nobis ducenda sors est; vel alias non expietur homicidium: (t) neque nos temere crediderimus, multi fore negotii litem mouere; nam & Gunnaris cognatio frequens & ipse gratiosus est: qui vero nostrum non sortitur actionem, sociam hic operam commodabit, neque causae, priusquam ad finem per-

A. C. 986.

p. 86.

Y

(m) er.] C. at, id.

(n) eigi er framkomit.] R. fram mvn koma, euenturum est.

(o) nacqvr.] B. E. nacquat, nockut, quoddam (salutare consilium).

(p) *Huc addunt* R. er þú verdr sekr, cum damnatus fueris (exilii v. peregrinationis).

(q) ætlada.] B. hugda.

(r) *Hic inferunt* R. hættu þeir at tala, colloquium finierunt.

(s) vard til þess.] C. E. R. var til þess búinn, ad id promtus erat.

(t) mvnv vid ok sva ætla mega til.] E. P. ætla ek, arbitror.

A. C. 986. perdusta est, deerit. Sortibus jactis, Geiri *Pontifici* actio obtigit. Nec ita multo post omnes (u) ab occidente transmiserunt; & ad Rangam peruenientes, vbi congressus fuerat, eruris (x) cadaueribus, testes ad vulnera vocant, nota faciunt homicidia, accolis (loci pugnae) IX. (y) testimonium denuntiant. Gunnarem cum XXX. viris domi esse, nuntiatô; Geirr *Pontifex* quaerit, an illum Gizurr cum C. hominibus adire vellet. Sed is, Nolo, inquit; sint licet copiae valdè inaequales. itaque domum reuerterunt. Rumore de praeparata actione per omnes pagos dilatô, comitia fore turbulenta (z) sermo percrebuit.

Cap. LVI.

Lis forensis inter Gunnarem & Geirem *Pontificem*.

Skaptius nominabatur vir, filius Thoroddi. Mater Thoroddi fuit (a) Thorvöra, filia (æ) Thormodi, (b) filii Skaptii, (c) filii Oleifi Breidi (ampli), filii (d) Einaris, filii) Ôlveris Barnakarli (infantarii). Skaptius ac parer in primis magnarum erant, atque jurisconsulti magni nominis: ingenii tamen nonnihil versuti callidique Thoroddus habebatur. Ambo Gizuri *Albo* in quouis negotio operam commodabant. Ad Comitia Hlidenses & Rangaënses cum magno ibant comitatu. Erat (e) Gunnarr adeò gratiosus, vt quam plurimi cum eo facere

---

(u) veſtan.] C. M. avſtr, orientem verſus.

(x) líkamina.] R. líkin, id. || B. hina dauðu, mortuis.

(y) neſnðu.] C. E. R. qvoðdu.

(z) ſú orðræða.] E. ſá orðrómr.

(a) Þórvar.] E. P. Þrúðr.

(æ) Þormóðar.] S. Þórmuðar.

(b) Skaptaſonar *omittunt* E. P. || *Secundum* Landnamab. (*ed. Havn. pag.* 363.) Skapti *merum cognomen eſt: utrum ſit rectius, antiquitas librorum dijudicabit.*

(c) Oleifsſonar] iid. Ölviſſonar.

(d) Einarſonar *addunt.* R.

(e) Gunnarr.] O. Giſſur.

facere inter ſe condicerent. Qui cum omnes ad Comitia veniſſent, taber- A. C.
nacula ſua inſtruxerunt. Hi magnates in factione Gizuris *Albi* fuêre: Skaptius 986.
(f) Thoroddi filius, Aſgrimus Ellidagrimi, (g) Oddius (h) ab Kidiabergo, (i)
Halldorr Örnolfi filius. Quodam die ad *juris dicundi rupem* itum fuerat,
quum Geirr *Pontifex* ſurrexit, & cauſam contra Gunnarem de caede Oſ-
kelis, tum Hallbiörnis *Albi*, tum Ödolfi, tum Skamkelis; ac porrò contra p. 87.
Roiſkeggum de caede Hallkelis (cauſum) edidit. Proclamatis ab eo conſtis,
homicidiorum cauſis, (k) eloquentia viri collaudabatur. Tum cui curiae ad-
dicti rei eſſent, quôque domicilio vterentur, requiſiuit. dein ab *juris dicundi rupe*
diſcedebatur. Ubi, diebus comitiorum aliquot interjectis, cauſae in judicio
erant peragendae, aduocationem oppidò frequentem vtrique adduxêre. Geirr
Pontifex & Gizurr *Albus* â meridie, Gunnarr & Niall a ſeptemtrione judi-
cio Rangaënſium adſtabant. Geirr *Pontifex* jurijurando ſuo attendere Gun-
narem inuitat; jusjurandum dicit; mox cauſam exponit; dein teſtimonia de
manifeſtatis homicidiis producit; tum colonos (quos citauerat), vt adſideant,
inuitari facit; mox aduerſarium cognitores *) rejicere jubet; (l) poſtremò

(f) Þoroddſſon.] C. E. R. P. of Þórðdr, & Thoroddus.

(g) Oddi.] C. E. R. M. N. O. P. Oddr.

(h) Kidiabergi.] P. Raudabergi.

(i) Halldórr.] P. Hallr.

(k) var Þat mællt at hann taladi vel.] B. — honom taladiz vel. C. ſegdu menn at honom mælltizt vel, eloqu. v. vulgò praedicabatur.

(l) Þá beiddi — kvidinn *omitt.* C.

*) Cognitores *intelligo, quibus, ut vicinis loco facti l. delicti, res erat nota, quique quod cognouerant, renunciare in judicio debebant. Nec male, puto, adpellarentur* aduocati v. euocati; *i: (non procuratores aut patroni,) vocati ad cauſam v. judicium; quatenus* qvidr *proprie nihil aliud quam* vocationem, *deinde* vocatos ſ. citatos *denotat. Qui volunt exprimere vocabulum Danicum* Sandemænd, veridicos *nominitant: quam quidem vocem veracem modò, non eum qui verum dicere debeat, atque ad alterius adſertionem confirmandam ſit euocatus, ſignificare didici.*

A. C. 986. eos (m) ferre teſtimonium poſtulat. Tum coloni, quibus denuntiatum fuerat, in judicium adgreſſi, nominatis ſibi teſtibus, per id ſtare confirmârunt, quò minus de caede Òdolfi teſtificarentur, quod (n) actor (caedis) principalis in Norvegia eſſet, neque ideò deberent (o) de re illa quicquam adferre: mox verò de caede Otkelis teſtificantes, Gunnarem (p) ejus planè reum adſeverabant. Deinde Geirr *Pontifex* Gunnarem ad defenſionem inuitauit: ac de omnibus, quae produxerat, auctoritatibus teſtes adhibuit. Viciſſim Gunnarr Geirem *Pontificem* prouocat, vt jusjurandum ſuum, quasque (q) aduerſus intentionem objecturus eſſet, exceptiones auſcultaret: praeſtitô juramentô, Hanc exceptionem, ait, huic accuſationi oppono *), quod ego, nominatis teſtibus, Otkelem jure caeſum **) coram vicinis meis pronuntiaui propter cruentam illam vibicem, quâ me admotô calcari ſuo (r) laeſerat. *Te igitur, Geirr Pontifex*, (s) *interdictio pontificiali* †) *veto hanc perſequi litem,*

(m) framburdar.] R. burdar.

(n) adili.] E. P. etterni hans, cognatio illius.

(o) vm at ſkila málit.] iid. vm at dæma. B. at ſetia málinv. *eodem ſenſu.*

(p) ſannan at ſøkiuni.] C. E. R. M. P. ſ. at ſøk (þvſ) at han hafdi vegit hann (Otkel), ejus rei manifeſtum, quod eum (Otkelem) interfeciſſet.

(q) framfæra vm málit.] B. framm hafa vm mál þetta.

(r) veitti mer áverka.] E. R. P. *omiſerunt* áverka.

(s) godalyriti.] B. C. E. R. P. *tantum*, lyriti. O. Q. S. g. lyritti.

*) ſæri.] B. fæ, *inuenio.*

**) óhelgada ek *poteſt etiam ita verti:* impune caedi poſſe v. vitae ſecuritatem perdidiſſe declaraui; *nam utrum ante an poſt caedem id pronuntiauerit Gunnarr, parum conſtat.*

†) *Tale interdictum non ideo vocari* godalyriti, *quod vel actor vel reus fuerit pontifex aut praetor; ſed quod cuilibet, quocum injuſte agebatur, ſic a priſcis pontificibus Islandis, quemadmodum ciuibus Romanis a praetore, interdictum poſtulare conceſſum fuerit, quin & hoc illi dare debuerint, liquidò monſtrat* Grágás *in Titulo de forma judiciorum Cap.* 38. *his verbis:* Manni er rett at láta lyrit coma ſyrir

litem, & judices cognoſcere, ſicque omnem intentionem tuam elido; prohibeo A. C.
te legitimo interdicto, omni exceptione majori interdicto, abſolutoque tam & 986.

fyrir ſok þá er honom er á hendi. han ſcal fara til fundar vid Goda þann. er han er í þíngi med. enda er rett at annarr madr taki lyritinn af Goda. han ſkal nemna ſer vátta í þat vætti. at ec ſpyrr þic eptir. oc nefna Goda. hvart þú haſir Godord þitt. þat er þú nefnir dóma med. edr ber Xii. qvidu. eda haſir eigi. En Godi ſkal ſvara honom. en hinn ſkal nefna vátta at ſvorum þeim er verda oc Godi ſvarar honom. En ef Godi ſvarar þvi. at han haſi Godord þat. þá ſkal hinn nemna ſer vátta í þings-vætti. at han tekr lyritit af Goda. en Godi ſelr honom Goda lyrit. log-lyrit fullan at veria dómendum at dæma ſok þá. oc nefna ſocna. oc nemna mann þann, er honom hefir ſtemnt. oc ſva gegn ull fram at færa. þau er lyrit á frá at koma. En ef ſá madr teer lyritinn. er eigi á ſocn á hendi at vera. fyrir hinn er ſocin er á hendi. ok (ſkal) fara þvi máli álengt ſem ádr var tínt. Nú vill Godi eigi ſelia lyritit fyrir þridiúngs mann ſinn. oc á hinn þá at beida hann med vátta logbeiþíng. oc ver honom þá ſorbaugsgard. — Han ſcal fara til þings er lyritinn hefir tekinn af Goda. en han ſcal gánga þángat til er dómrinn var ſettr. en han á þar at veria lyriti þat er dómendr heyra á. Han ſcal færa fram. hvart ſem han vill. ádr ſoc ſe framſogd á hendr honom. edr ſidan. Han ſcal nemna ſer vátta ádr han fœri lyrit fram. í þat vætti. at ec ver lyriti. Goda lyriti. log-lyriti fullum. dómendum at dæma um ſoc þá. oc qveda á ſocna. þá er han hefir á hendi honom. eda mer. oc nemna Goda oc ſva þann mann er ſocin er á hendi. ef han verr fyrir annan mann. Enda ſcal han ſva veria qvidmonnum lyriti. at bera qvidu um hann. ef han vill. oc ſva ull gegn. nema ſtefnuvætti. nema fleiri gegn ſe fram komin ádr. *i. e.* Cuique licet interdictum opponere accuſationi, quae aduerſus eum (injuſte) inſtituitur, conueniat pontificem (praetorem), cujus curiam ſequitur. Liceat quoque, vt alius (quam reus) jus interdicendi a pontifice accipiat. Teſtes nominet (reus v. mandatarius), qui teſtificentur, quod ego (inquiet) te interrogo, (ſimulque pontificem nomine adpellet,) an jurisdictionem (magiſtratum) habeas tuam, cujus auctoritate judicia conſtituis, aut XII. viros (ad cauſas forenſes) euocas, necne? Pontifex autem reſpondere percontanti debet, hicque reſponſa, quae dantur & a pontifice redduntur, conteſtetur. Quod ſi pontifex reſponderit ſe magiſtratum eundem gerere, tum iſte teſtes compellato,

A. C. 986. *firmo, quam mihi ex ipso jure comitiali ciuilique lege interdicere licet.* Praeter haec aliam, addit Gunnarr, quâ progrediar, tibi rationem indicabo. Siccine me, inquit Geirr, more tuo in arenam prouocabis, neque tolerabis legem? Non id fiet, regerit Gunnarr; sed ad *juris dicundi rupem* vocabo te in jus, propterea quod testimonium de Ôdolfi caede, huc minime (t) pertinens postulâsti, eoque nomine te relegationis reum dicam. Hic Niall: Non
p. 88. oportet hanc rem ita cedere; nunc enim non absque graui contentione litigabitur, cum causa vtriusque partis, sicut ego existimo, haud exigui sit ponderis. sunt

---

lato, qui (deinde) in foro adserant eum jus interdicti a pontifice accepisse, Pontificemque illi jus interdicendi permisisse, vt legitimo & absoluto interdicto judices prohibeat causam aduersus eum institutam (quam causam exprimat; hominemque, a quo in jus vocatus est, nominatim indicet,) judicare; vt & actorem quicquam auctoritatum, quas interdicto destruere liceat, producere. Si vero quis, contra quem actio non parata est, jus interdicti pro ipso reo postulabit, id negotium omnino, vt supra est recensitum, geri debet. Iam vero si pontifex curiali suo jus interdicti dare detrectauerit, hic (curialis v. ejus mandatarius) id ab illo testibus adhibitis postulet, legitima postulandi formula; atque ita (modo sc. recuset) relegatione teneatur pontifex. — Qui jus interdicendi adeptus a pontifice est, comitium (forum) adeat, eoque, vbi judicium est constitutum, accedat, ibique interdicat, vbi (ita vt) judices auscultare possint. Interdictum ei pronuntiare liceat, siue ante peroratum in se crimen, siue postea, velit. Antequam interdictum proloquatur, testes vocet, adsterturos, quod ego (inquiet) interdicto, interdicto pontificali, interdicto legitimo absolutoque judices hac de causa (eamque indicet) judicare veto, quam actor aduersus reum, vel me, instituit. simul pontificem nominet, vt & ipsum reum, si pro altero interdicit. Sic etiam cognitores, si velit, testimonium contra reum (v. sese) dicere prohibeat; item (actorem) instrumenta sua, praeter citationis testimonium, inducere; nisi plus auctoritatum jam ante sit productum. *Haec ideo censebam adscribenda, quod alibi ad illustrandum, unde* Godalviti *vocaretur, adnotata non reperirem.*

(t) ſkipta.] R. ſkipa. C. ſylgia.

sint quaedam homicidia, quorum (u) te reum fore nequicquam negaueris: contrà actionem (v) in Geirem ita paratam habes, vt ille sit reus eiusurus. Tu quoque, Geirr *Pontifex*, sic habe, (x) crimen exilii, quod in te est, nondum esse motum; neque illud, si tu meo rogatu facere non vis, suppressum fore. Thoroddus *Pontifex*: Videtur nobis maxime ad pacem pertinere, si lis componatur: sed quî tu, Gizurr *Albe*, hic adeo parum in medium consulis? Hic fatur: (y) Sic & ego reor, (z) causae nostrarum partium valido praesidio opus fore (a): ac facile apparet praesto esse fautores Gunaris: vnde nobis (æ) hac in causa vtilissimum fuerit, vt de ea boni viri, modo Gunnarr velit, arbitrium ferant. Promus (b) fui semper, ait Gunnarr, ad pacificandum: caetera vos (c) grauem causam jure persequimini; quamquam & ego (d) mihi videor (ad caedem) magnopere coactus. Tandem res ad A. C. 986.

(u) at þú mvn sekr vm verda.] E. P. at þú ert sekr vm, (quae non inficias ibis) & quorum tu reus es.

(v) á Geir.] C. E. R. á honom, in aduersarium.

(x) at enn er eigi vppkastat þeirri skógsgángs sok er á þer stendr.] E. P. — framkomin sú skógg. ꝛc. — productam (in jus). R. — vppi sú sk. — er her stendr á, quae aduersus te propter hanc rem (vitiosum processum) competit. B. — er þer á hendr mvn koma, quae aduersus te instituetur. || I. K. L. N. O. Q. S. at finnaz mvn sú sokin er þig mun bíta, repertum iri crimen, quod te opprimet, labefactabit.

(y) sva lízt — varv máli *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(z) sem rammar skordvr mvni þurfa vid at váru máli.] B. s. rammara mvni ꝛc. validiori defensione. E. P. — skordur sey vidreistar voro m. — validum objectum esse obstaculum. C. R. — muni móti (i) settar várv máli (málino) id. || vid.] Fragm. c. vid at setia, praestruendo.

(a) *Huc addit* Fragm. c. ef dvga skal, si expediat (ɔ: si nos causam obtinere debemus). *Mox*, má þat ok siá.] I. K. L. N. O. Q. S. þat megvm ver siá á þessum málvm, Nos facile videmus hac in causa praesto &c.

(æ) mála hluti.] Fragm. c. mála hlutr.

(b) hefi ek v.] id. hafda ek v. eram.

(c) mikit at mæla.] E. P. at sækia, jure persequimini.

(d) þikkivmz.] Fragm. c. þikkiome.

A. C. 986. ad eum peruehebatur exitum (e), prudentiſſimo quôque conſulente, vt omnes cauſae (f) compromitterentur, ſenis (g) arbitris dijudicandae: quas & ſtatim in comitiis decidebant, hac ſententia: caedes Skamkelis (h) ne expiaretur: pretium viri (ſc. Otkelis) multam pro plaga, calcari inflicta, aequipararet; (i) caetteris) de homicidiis, quatenus aequum videbatur, aere ſatisfactum. Tantum pecuniae cognati Gunnaris (k) contulêre, vt tota caedium multa ipſis in Comitiis perſoluta ſit. Tum Geirr *Pontifex* & Gizurr *Albus*, ſecuritatem Gunnari ſancitum ibant. A Comitiis Gunnarr domum rediit, gratias de lata ſibi ope amicis egit, complures donis munerabat, ſummasque hinc laudes (l) retulit. (m) Inde domi ſuae honoratus manſit.

CAP. LVII.

De Starkado & filiis.

(n) Erat homo *Starkadus* nomine, filius Börki Blatannarſkeggi (liuido dente barbati), filii Thorkelis (o) Bundinfotii (obligati pedis), qui loca Thrihyrningum (montem tricornem) p) circumjacentia primus occupauerat. Starkadus-

---

(e) *Poſt* lyktir Fr. c. *habet* at, (vt), *non ante* málin.

(f) lagit í gerd.] C. E. R. M. P. lagin (løgd) í dóm.

(g) menn.] Fragm. c. búar, ciuibus.

(h) ſkylldi úgilldr.] id. var ogilldr, impunis erat. C. ſk. óheilagr. R. ſk. einn óheilagr fallit hafa, ſolus (Sk.) jure caeſus haberetur.

(i) avnavr addunt E. & R. || Fragm. c. aull vígin á þingi, omnia h. in comitiis expiata ſunt.

(k) *Poſt* Gunnars *addunt* Chb. ok vinir, atque amici.

(l) *Poſt* ſæmd *add.* Fragm. c. af málſino, haec ex re. Chh. af málum þeſſum, id. *plural.*

(m) *Haec non agnoſcunt* iid.

(n) St. het madr.] Fr. c. St. er m. neſndr.

(o) bvndinfóta.] E. Bvndinfótar. Chb. Bundinfóts.

(p) vmhverfis.] B. I. umhverfum.

dus matrimonio junctus, vxorem habuit nomine Hallberam, filiam (q) Hroalldi *Rufi* & Hilldigunnae (r) Thorſteinis Titlingi (paſseris) filiae. Mater Hilldigunnae fuerat (s) Auda, Eyvindi (t) Karfii (cyprini) gnata, ſoror Modolfi *Sapientis* a Mosfello, a quo (u) Modylfingi ortum ducunt. Filii Starkadi & Hallberae fuerunt Thorgeirr, Börkus ac Thorkell, quorum ſoror Hilldigunna (v) *Medens:* homines turbulento admodum ingenio, immites ac importuni, aliorumque jura impune violare ſoliti. A. C. P. 89.

CAP. LVIII.

De Egile atque filiis (x).

Egill nomen erat homini; qui filius Koli, filii (y) Ottaris Bölli (pilae), qui tractum inter Storalæk (riuum magnum) & (z) Reydarvatn (lacum auratae) occupauerat. Frater Egilis fuit Önundus in Tröllaſkogo, pater Hallii *Robuſti*, qui vna cum filiis Ketilis (a) *Blandiloqui* (b) caedi Thoreris ab Hollto aderat. Egill in (villa) Sandgilo habitabat. Ejus filii erant Kolus, Ottarr & Haukus; matre Steinvöra nomine, Starkadi (c) ſorore, nati: (d) homines ſtatura magni;

Z perti-

(q) Hróallz.] Fragm. c. Hróalldz. C. E. R. P. Hrólfs.

(r) *Huc addit* Fr. c. Læknis, medicae.

(s) Audr.] E. Udr. C. R. Unnr.

(t) Karfa.] R. auſimanns, Norvagi. || O. ſkreiſa.

(u) Módylſingar.] Fr. c. Módólfſingar. || O. Mosfellingar.

(v) læknir *omittit* Fragm. c.

(x) *Huc addit* B. ok rádit heſtavíg, & ſtatura equorum concertatione.

(y) Ottarsſonar.] id. Auzvrarſonar.

(z) Reydarvatz.] Fragm. c. Reydarvatz múla. Chh. Reydarneſs.

(a) ens ſlettmála.] R. e. ſlettmálga, id.

(b) var at vígi Holltaþóris.] E. P. vo Holltaþóri, Thorerem Holltenſem occidit.

(c) *Poſt* Starkadar *addit* Fragm. c. vndan Þríhyrningi, ſub Trihyrningo habitantis.

(d) Synir Egils — ſynir Stark. *neſcit* E.

A. C. pertinaces, ac fummae iniquitatis; (e) earundem atque filii Starkadi (f) partium. Illis foror fuit Gudruna Nattſol (*noctiſol*), mulier (g) ſplendidiſſimis moribus. (h) Duos Norvegos Egill hoſpitio acceperat; alterum Thorerem, alterum Thorgrimum nomine; qui tunc primum huc aduenerant; (i) multis amati, ac diuites, armis bene exerciti, caeteris praeclare ornati artibus. Fuit Starkado eximius equus, colore punico, (k) cui nullus certando par credebatur.

986. Quodam tempore fratres Sandgilienſes in villa ſub Trihyrningo aderant: hic prolixo de omnibus Fliotzhlidae incolis (l) colloquiô habito, tandem eo (m) ſermonem deduxerunt, ſi quis equum cum equo ſuo componere vellet ad pugnam: erant autem, qui (n) illis honoris & adulandi gratiâ, dictarent ſe arbitrari, tam eſſe neminem, qui (o) committere auderet, quam talem equum eſſe nemini. Tunc Hilldigunna (p) interpellat: At ego noui, qui cum veſtro ſuum committere ſuſtinuerit. Effer, inquiunt, nomen ejus. Eſt Gunnari pullus equus, quem cum veſtro atque omnium aliorum equis committere audebit. Sic vos, foeminae, (reſpondent) arbitramini, parem illi eſſe neminem:

(e) Þeir voro at einu máli ꝛc.] Fragm. c. Þ. vittuz at hverio m. illi & filii St. in quacunque re operam viciſſim nauabant.

(f) máli.] C. M. ráði, I. K. L. N. bragði, ejusdem conſilii (ſtudii).

(g) *Hic inſerunt* E. & Fragm. c. fríðuzt uk, venuſtiſſima forma &.

(h) við Auſtmonnum tueimr.] Fragm. c. Auſtmenn tvo.

(l) ofan ſkyllding.] id. & F. hann (allan) at endilaungu, eum (totum) a ſummo ad imum. || allan *poſt* ofan *etiam addunt* E. G. K. P.

Kolum (m) interficiunt, & caput, quod Thrainn ei praecidit, (n) trunco de- A. C.
nuo miſſo, aſſeruarunt. Magna ibi compotes praedâ, ſeptemtrionem verſus 993.
Thrandheimum perierunt, dynaſtamque adeunt: qui Thrainem benignè complexus, (o) oſtenſô ſibi capite Koli, hoc de facinore gratias egit. Erico dignum eſſe, quam nudis verbis, majori praemio dicente; (p) reſpondit dynaſtes ita eſſe, (q) illosque ſequi ſe juſſit. Eò ambulant, vbi (r) nauim conſtrui fecerat eximiam; quae, non ad Longarum formam inaedificata, *vulturis capite* inſignita (s) fuit, (t) apprimè exornato. Hic dynaſta: Tu, Thrainn, vir admodum ſplendidus es, (u) qualis etiam fuit Gunnarr cognatus tuus: nunc igitur nauim hanc tibi muneri dabo; quae nauis *Gammus* (*Vultur*) appellatur: accedit huc meus in te fauor: mecum volo (v) degas, quamdiu tibi lubitum. Ille gratiis de beneficio perſolutis, ſe in praeſentia Islandiam (x) deſiderare negabat. (y) Iter ad *Confinium regnorum* orientale habuit dynaſtes ad Regem Sveciae conueniendum: quôcum Thrainn aeſtate profectus ac munere gubernatoris fungens *Gammum* rexit, tamque vehementer

(m) dráþu þeir.] E. K. P. Fragm. a. drap Þráinn, interfecit Thr.

(n) búkinum fyrir bord.] G. K. Fr. e. bolnum útbyrdis. || fyrir bord.] E. P. á ſiá, in mare.

(o) ſýndi.] E. F. P. Fragm. f. færdi, adlato (tradito).

(p) ſvaradi at þat var.] Fr. f. ſagdi ſva vera ſkylldu, dixit ſe ita facturum, *majori ſc. praemio quam verbis penſaturum.*

(q) þá.] id. Þráin, Thrainem.

(r) ſkip gott. þat er eigi var.] F. Fr. f. ſk. citt. þat var, nav. aliquam, quae ad long. || gott — langſkip, *omittunt* E. G. P. || ſkip.] E. P. langſkip, navim longam.

(s) var.] Fragm. f. voro, vulturis capitibus inſ. fuit.

(t) búit mikl.] C. E. G. P. búnadr mikill á hafdinu. caputque magno cultu ornatum.

(u) hafit þit ſva verit bádir frændr þit Gunnarr.] E. P. Fr. f. hefir þú þat af Gunnari frænda þínum, eaque re ſimilis es Gunnari cognato tuo.

(v) bióda þer, polliceri tibi, vt deg. *addunt* E. G. P.

(x) fyſaz.] Fr. f. ela.

(y) Jarl átti — Svíakonúng *omiſit*. E. P.

A. C. piratae aderant. Mox alteri alteros rogare (y) quo nomine duces vocarentur: 992. efferunt ſua primarii mercatorum; viciſſim percontantes, qui (z) praeſint claſſiariis? vnus Griotgardum ſe appellauit, alter (a) Snækolfum, filios (eſſe) (æ) Molldanis ab (b) Dungalsbæio Scotiae; cognatos Melkolfi regis Scotorum. Et (c) nos duas conditiones ferimus, ait Griotgardus; vnam, vti vos in terram egrediamini, nobis (d) res veſtras occupaturis; alteram, vt (e) vos impugnemus, &, (f) cujuscunque nobis (g) poteſtas fiet, perimamus. Helgius reſpondit: Volunt ſe tutari mercatores. hi vêro, Vt tu (h) nunquam ſaluus dixeris! inquiunt: quid (nobis) tutelae praeſtabimus, (i) aut eſt pecunia ſalute (k) prior? Id Grimus conſilii cepit, vt piratas acclamaret, quò eos miſera mercatorum *) murmura excipere vetaret. (l) Bardus & Olafus: Vosne, ajunt, exiſti-

---

(y) hvat fyrirmenn heti.] Fr. f. fyrirmanna heirra, nomina ducum.

(z) lidi heirra væri.] id. víkingum veri, F. víkingvm redi, praeſ. piratis.

(a) Snækólfr.] F. L. O. S. Snækollr. G. Knekollr, *ſed infra* Snækollr. E. ¶P. Iskull, *at infra* Snækollr.

(æ) Molldáns.] E. F. K. P. Fr. a. & f. Moddáns. M. O. Molldángs. L. Molldgángs. N. Q. Molldars. || C. Goddáns.

(b) Dvngálsbæ.] E. K. P. Fragm. a. Dúngadsbæ. F. Duggálsbæ. B. Dúngánsbæ.

(c) ero koſtir II. af oſs gervir.] Fr. f. ero II. f. fyrir hondum af oð. || E. G. P. er ſkiótr koſtr af os, expeditam conditionem.

(d) taka ſe ydvart.] Iid. ræna ydr feno, vos rebus veſtris ſpoliaturis.

(e) ver mvnvm ſækia — fám.] I. L. M. N. O. Q. S. þer veriet ſe ydar ok fiar, vos rem veſtram & vitam defendatis.

(f) hvern mann.] G. Fr. a. K. hvert mansbarn (mannbarn) id.

(g) fám.] Fragm. f. naam.

(h) alſveſall.] B. C. E. R. Fr. a. allz veſæll (veſall). Fr. f. allz úſall.

(i) ok er ſe fiorvi fyrra.] K. er ſe ꝛc. eſt —? || F. ſe edr fiorvi, pecuniae (noſtrae) ſalutive? || N. ok er fiar ſe dyrra, & eſt vita pecuniâ pretioſior.

(k) fyrra.] O. fridara, pulchrior? Q. betra, melior? || E. P. I. S. Fragm. f. firra, vlterior (vilior).

*) kur.] O. knurr. *omiſſo* illan.

(l) Bárdr ok Oláfr ræddv — ok feſtv þat.] I. L. M. N. O. Q. S. Styrimenn bádu þá taka vopn ſín. redu þeir þá þat, Qui a gubernatoribus arma ſua capere juſſi, mox inuicem conſtituerunt, ſe nunqu.

existimatis Islandos, quomodò vos, geritis, (m) ludibrio habituros: sumite potius arma, (n) vosque defendite. Mox vniuersi arma capere, seque nunquam esse dedituros, quoad locus foret propugnandi, inter se confirmant. A. C. 992.

CAP. LXXXV.

De *Kario* Sölmundi filio.

Piratis in mercatores tela jacientibus, praelium oritur (o), hique se pulchrè tutantur. Snaekolfus Olafum curriculò inuadens hastâ transverberat. Grimus hastam in Snækolfum ingerit, idque tanta vi, vt praeceps e naui (p) rueret. Tum Helgius se ad Grimum recipit, amboque cunctos e naui (sua) praedones profligant: Nialsoniique, quâ res maximè (q) desiderabat, frequentes aderant. Piratae clamitantes, deditionem poscunt mercatores, at (r) se nunquam dedituros regerunt. Inibi (s) fortè respicientes oceanum versus, naues *) a meridiana (t) linguae parte adferentes, haud pauciores X, animaduertunt, quae excitato remigio cursum ad ipsos dirigebant. in his scutum scuto confertum (u): in ea verò naui, quae prima ibat, quidam ad malum constitit, thorace velatus serico, deauratam gerens galeam; promissis nitidisque crinibus; hastamque in manu tenens auratam. Idem rogat: Quinam p. 125.

(m) gera spott.] Fr. f. spotta.

(n) verit ydr.] id. verivm vss, nosque defendamus.

(o) *Huc addunt* E. R. P. ok beriazt vm hríd, pugnaturque aliquamdiu.

(p) fell.] K. Fr. a. fauk.

(q) þvrfti.] Fr. f. þótti þurfa, postulare videbatur. || I. L. M. N. O. Q. S. var adsókt, vbi maxime oppugnabatur.

(r) sægdv at þeir myndi alldri vppgefa.] Iid. neitudu þvi, (hi) recusabant deditionem.

(s) vard þeim — hafs, omitt. Iid.

*) sunnan *nescit* P.

(t) nesit.] O. Q. S. nesvddann.

(u) *Huc addunt* E. P. G. ok vopna tilbúnadr (búnadr) mikill, magnusque armorum apparatus.

A. C. hic imparibus adeò viribus certant? (v) Helgius nomen ſuum, aduerſariosque
992. Griotgardum & Snækolfum indicat. Qui verò, inſtat, gubernatores? Reſpondet Helgius: Bardus *Niger*, adhuc viuens; alter verò, nomine Olafus, modò exſtinctus. (Pergit:) Vos Islandi eſtis? Sumus vtique, ait Helgius. Tum percontatus, quô patre nati eſſent: iis ſignificantibus, genus agnouit; &, Vos, inquit, & pater veſter celebres eſtis. Quinam tu? ait Helgius. Karius nominor, & ſum filius Sölmundi. Ille porrò: Vnde aduenisti? *) Ex Aebudis (reſpondit). Sic tu auſpicatò ades, inquit Helgius, ſi quid nobis operae dabis. Karius: Dabo, quâcunque vos indigeris: at quid (praecipuè) poſtulatis? Cui Helgius: Vt hoſtes nauibus (x) adoriare. Facturum annuit Karius: ipſeque cum ſociis naues in eos incitant. Mox redintegratur diſcrimen. pugnâ verò aliquantiſper factâ, Karius in nauim Snækolfi euolat: (y) hic in illum gradum vertit, gladio imperens: Karius tignum quoddam, per transuerſam poſitum nauem, retrorſum ſuperſilit: hoc igitur feriebat Snækolfus, ſic vt vtraque acies gladii (z) conderetur. Tum ictum ei Karius intendit; qui, gladiô in humerum impulſo, tantus exſtitit, vt brachio (deorſum) abſciſſo Snækolfus mortem ſtatim acciperet. Griotgardus haſtam in Karium

cor-

(v) Helgi ſagdi til ſín. — þer ſedgar.] I. L. N. O. Q. S. þeir Miálsſynir neſndu ſig ok Bárd ſtyrimann. en ſegdu annan heitan (látinn). þeir ſegdu og hverir víkíngar voru. Nialſonii nomina ediderunt ſua, & Bardi gubernatoris; alterum verò (gubernatorem) mortuum ajebant. Indicarunt etiam, qui eſſent piratae.

*) rigi, non, *praepotis* Fr. f.

(x) atlogv.] E. R. P. Fr. f atgaungu.

(y) hann ſnyr ſ móti — þegar bana.] I. L. N. O. Q. S. Snækólfr hoggr til Kára. han ſnyſt undan á hæli. og hleypr ſverdit (ſagnid O.) ſ eina ſlá (mikla, *add.* Q.) ſva at ſelr báda eggteinana. Kári hoggr þá Snækólf bana hogg hlióp ſidan ofugr aptr á ſkip ſitt. Snæk. ictum Kario intendit; hic (ſolis inſiſtens) calcibus ſe conuertens euitat, gladiusque (ſic) in tignum quoddam transverſarium (magnum) incidit, vt — conderetur. Mox Kar. Snækolfum ictu peremtorio caedit: ipſeque inverſo corpore in nauim ſuam tranſilit.

(z) ſal.] E. G. P. feſti.

torquet; ſed eum hic; re animadverſa, ſubſiliret, (a) in vanum lapſa eſt. A. C. Hoc momento Helgius & Grimus praeſto adſunt Kario. Helgius ad Griotgardum decurrens, (æ) gladio eum trajicit, & ſic ille neci datus eſt. (b) Tum cunctas vtrinque-ſecus peruadunt naues; piratas pacem implorantes, ſalute omnes donant: ipſi verò, ablatis omnibus ſpoliis, totam dein claſſem extrorſum ad inſulas appulerunt. 992.

CAP. LXXXVI. p. 126.

De *Sigurdo* Dynaſta.

Sigurdus nominabatur dynaſta, qui Orcadibus praefuit; filius Hlödveris, (c) filii Thorfinni Hauſakliufi (*Craniſecae*), (d) filii Torfeinaris, filii (e) Rögnvalldi (f) Comitis Mæriae, filii Eyſteinis Glumrae (ſtrepentis). Erat Karius ſatelles Sigurdi dynaſtae, tributaque ex (g) inſulis a Comite Gillio exegerat. Idem, vt Nialſonii in (h) Roſſeyam (Ruſam) irent, petiit, dynaſtam eos liberaliter acceptorum teſtatus. annuerunt, & cum Kario vnà profecti (i) venerunt in Roſſeyam: isque deductis illis in conſpectum dynaſtae, qui ſint (hominum) ſignificauit. Quomodò, ait dynaſtes, hi te conuenêre? Offendi

(a) en ſpiótit miſti hans.] I. L. N. O. Q. S. er at honum ſló. ok fór nidr hiá honum, cum haſta jadvolaret, haec ab latere ejus delabitur.

(æ) ok leggr — bani.] Q. *tantum*, ok hió hann banahogg.

(b) gengv þeir — bordvm, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(c) Þorſiunsſonar.] E. P. Þórisſ.

(d) Torfeinarsſonar.] Fragm. f. Torbeinarsſ. P. Torfs-Einarsſ.

(e) Raugnvalldſſ.] Id. Rogvalldſſ.

(f) Jarls af Mæri.] id. Mæra Jarls.

(g) Eyivnvm.] F. I. L. M. N. O. Q. S. Sudureyium, Aebudis.

(h) Roſſeyiar.] E. R. Chh. Hroſſeyiar.

(i) ok komv til Roſſ. — á fvnd Jarls.] Fr. f. til fvndar vid Jarl, (ſánt) ad conueniendum dynaſtam.

A. C. eos, inquit Karius, in fretis Scoticis, aduerſus filios Molldanis (k) Comitis praeliantes: ſeque adeò generoſè tuebantur, (l) vt ſe lignaria inter armamenta nauium multi objicerent †), & (m) vbivis maximum erat periculum, aſſidui eſſent: jam verò vt hoſpitio (n) recipiantur aulico precor. Hoc tuo arbitrio relinquam, inquit dynaſta: tantam eorum cauſâ rem in te ſuſcepiſti antehac.

993. Itaque ad dynaſtam perhiemabant, (o) honorificè habiti. Vergente hyeme Helgius ſubtriſtis (p) exſtitit: (q) cui quae ſubeſſet cauſa, haud ſatis intelligens dynaſta, quaerebat, quidnam eſſet triſtis? (r) ſimul, quae res doleret ei (s)? an verò parum probatur tibi hoc hoſpitium? Placet quidem hoc, reſpondit. Porrò dynaſta: Quid ergo cogitas? Et Helgius: Ecquam in Scotia ditionem habes defendendam? Sic certè exiſtimamus, inquit dynaſta; quid verò tua? Ad quae Helgius: Scoti, credo, procuratorem tuum e medio ſuſtulerunt, omnesque nuntios interceperunt, ne qui (t) fretum Petlandicum (u) tranſeant. Hic dynaſta: (v) Praeſagus homo es? Ille reſpondit: Parum id probatum eſt. Augebo honorem tuum (te praemio), ait dynaſta, ſi hoc

ita

(k) Jarls.] Id. Jarls vr Dyngálsbæ. || E. P. Skóta (Skotta) konúngs bróður, fratris Scotorum regis.

(l) at þeir vrpv ſer iafnan medal vidanna.] E. P. at þ. vrpv af ſer ſkiolldvm ſ medal v. vt clypeos ſuos inter arm. nav. lign. abjicerent. || I. L. M. N. O. Q. S. herra, at trautt mvnu fáſt ſtikir menn, Domine, vt vix pares eorum inueniantur.

(m) ſem meſt var ravnin.] C. G. er meſt þurfti, vbi maximè opus fuit.

(n) *Huc* addit Fragm. f. med ydr herra, apud te, domine.

(o) ok voro vel virdir *omiſ.* id.

(p) var.] id. giørdiſt, fiebat.

(q) hvi þat.] Fragm. s. K. hvat því.

(r) ok ſpvrdi.] Fr. f. eda, aut.

(s) *Huc addunt* I. L. M. N. O. Q. S. er hann væri ſvo ſáttr, quando tam triſtis eſſet?

(t) Petlandsfiord.] O. Fetlandſf. || Fragm. f. Skotlandsfiordv, ſinus Sc. || P. *hic & infra*, Brettlandsfiordv, ſinus Brit.

(u) gánga.] Fr. f. gánga mega, tranſire poſſint.

(v) forſpárr madr.] E. P. ſpámadr.

†) *Hic verbalis obſcuri loci ſenſus: Quomodò autem ſe res habuerit, aliis inueniendum relinquo. neque enim copiam librorum, quos hac in re conſulerem, habebam.*

a ſit; ſin aliter, tibi fraudi erit. Karius ſuſcipit: (y) Non eſt ejusmodi A. C.
ɔ (vt mentiatur), z) ſed verum, puto, loquitur: etenim diuinus eſt pater 993.

Poſtea dynaſtes legatos auſtrum verſus in Straumeyam (Stromam) ad iotum procuratorem ſuum miſit: qui mox ſcrutator es(a) trans fretum Petcum amandauit: iique rem explorantes (x) cognoſcunt Hundium ac natium Comites (b) Havardo (c) Thradsvicenſi, Sigurdi dynaſtae affini, ı abrupiſſe. Hine Arnliotus ad Sigurdum dynaſtam mittit, vt auſtrum ıs magnis copiis veniret ad profligandum hos ex prouincia Comites. quô tô, mox numeroſum dynaſta (d) ex omnibus inſulis contrahebat exer-

CAP. LXXXVII. p. 127.

Praelium inter Dynaſtam & Comites.

Dein dynaſtes auſtrum verſus cum copiis profectus, Kario Nialſoniisque is ſociis, Kataneſiam tetigerat: cum ex iis prouinciis, quae ditioni dy- : in Scotia ſuberant, (f) Roſſia nempe ac (g) Morauia, (h) Sudurlandia

ſva.] B. E. K. P. Fragm. f. ſatt,
ı.
ekki er han þeſs háttar madr.] I. N. O. Q. S. engi er han ſkrøks. Non eſt is, qui mentiatur.
ok unn hann ſatt.] G. at han mvni itt, qui non verum indicet.
yfir Petlandzfiørd.] Fragm. f. til ıdzfiardar, ad fr. Petl.
ok fretto þat at Hyndi Jarl ok * ati.] E. P. af Hunda (Anda) Jarli elſnata ꝛc. de Hundio (Andio) : cognoſcunt Melſnatam Comitem.

* I. L. M. N. O. Q. S. Melſnadbi. Fr. a. & K. *ſemper*, Melſtardr.

(b) Hávard.] B. R. Fr. f. Hallvard.

(c) Þrádsvík.] E. R. Chh. Fragm. f. Praſvík.

(d) vm allar eyiar *omitt.* Fr. f. *His verò ſtatim jungit* F. ok var Kári ꝛc.

(e) Síðan fór Jarl.] Fr. f. Sigurdr Jarl fór nú.

(f) Roſs.] E. R. K. P. Fr. d. f. & g. Ros.

(g) Myrævi.] F. Myrhæfi, Fr. d. Myrrey. Fr. g. Mørhævi. G. Mæræfi.

(h) Sydrlønd.] K. Fr. a. d. Sydrilønd.

A. C. & Dalis; (i) quidam illis obuiam veniebant, nuntiantes, haud procul inde
993. magno cum exercitu abesse Comites. Itaque Sigurdus dynasta (k) eò cum agmine flectit iter: locusque, suprà quem fiebat congressus, (l) Dungalsnipa (petra eminens Dungalli) appellatur. Concurritur (m) magno certamine. Scoti partem copiarum segregatim ire fecerant: quibus (n) milites dynastae aperto latere aggressis, magna horum strages facta est; (o) donec Nialsonii pedem iisdem inferebant, commissaque pugnâ in fugam eos dabant. Tum asperius fieri praelium. Helgius ac frater signum dynastae praeuertentes (p) promè dimicant. Karius Comiti Melsnatio se offert: (q) hic in illum hastam emittit; quâ (r) manu interceptâ retortâque Karius transfigit Comitem. Tunc Hundius Comes fugâ se proripit. illi verò fugientes ad eum persecuti finem sunt, quoad Melkolfum (s) dynastam exercitum in Dungalia cogere audiebant. (t) Hic consilium (u) suorum dynasta adhibente, cunctis visum est vtilius reuerti, quam tantis cum terrestribus copiis cernere. Itaque reuertebantur. Ut verò in Straumeyam venerat dynastes, praeda est diribita. Mox hoream versus Rosley-

(i) menn.] E. G. P. Skótar (Skottar). || komv þar at — mikinn her.] Fragm. g. Sigurdr Jarll spurdi nú til Jarllanna. Hic S. dynasta de Comitibus cognouit.

(k) þángat herinvm.] Fr. g. til móts vid þá, aduersus illos it. fl.

(l) Dungálsnípa.] Fr. f. & g. — gnípa. F. Fr. d. Duggálsnípa.

(m) mikinn *omitt.* Fr. d. f. &. g.

(n) Jarlsunsmvm.] Fr. d. Jarli, dynastam. Fr. f. Jarli ok hans mannum.

(o) þar (vbi).] B. C. E. R. K. P. Fragm. a. & f. þar til, *quod sequebar.*

(p) vel.] Fragm. f. id diarfligzta, quam promtissimè.

(q) Melsnati skaut — í gegnvm Jarlinn.] Fr. g. ok skaut spióti i gegnum hann, eumque hastâ trajicit.

(r) hendi ok *omittit* Fragm. d.

(s) Jarls *nesciunt* Fr. d. f. & g. *Sed* E. & P. *legunt*, Skóta Konúngs, regem Sc.

(t) átti Jarl þá ráð — landher, *omittunt* Fr. g. I. L. N. O. Q. S.

(u) menn.] E. R. P. vini, amicorum.

Roſſeyam petiit, Nialſoniis (v) & Kario comitibus: lautumque ibi conuiuium A. C.
inſtruxit: inter quod (conuiuium) dynaſta gladium eximium Kario haſtamque
obauratam, Helgio armillam auream togamque, Grimo autem clypeum &
gladium donabat. Dein Helgium & Grimum ſatellitio adſcripſit, gratiis de
operâ egregiè nauata perſolutis. Proximam apud dynaſtam hiemem agebant,
eòque aeſtatem, donec Kario piraticam factum eunti ſe aſſociarent. Hac 994.
aeſtate praedas paſſim exercentes, victoriam (x) vbique retulère. Cum (y)
Gudrödo rege Monae praelio dimicantes, eum ſuperauêre: quô facto, mag-
nam reportantes praedam, reuertêre. Apud dynaſtam etiam perhiemabant
(z). Verê Nialſonii (a) veniam in Norvegiam tranſcurrendi expetunt, quibus, 995.
quò (æ) placeret, ire juſſis, dynaſta bonam nauim (b) ſtrenuosque ſocios dedit.
Inuebat Karius tributa ſe hac aeſtate Haconi dynaſtae in Norvegiam vectu-
rum; ibique ſe cum illis congreſſurum: & ſic factum eſt, vti hoc mutuò p. 128.
condicerent. Poſtea (c) ſoluebant Nialſonii, & ad Norvegiam velificantes
Thrandheimum in boreali regione tetigerunt.

CAP.

(v) fylgdv honum ok.] Fr. f. fóru med h. ok ſva. || Niálſſynir — Kári, *omiſit.* Fr. g. I. L. N. O. Q. S.

(x) fengv hvervetna.] R. f. jafnan, ſemper. Fr. f. hafdv hvervetna.

(y) Gvdrod.] Fr. f. Gudraud. P. Gudred. F. Gudrek. G. Gulfrek. B. Fr. a. K. Guthorm.

(z) ok ſátu þar í gódu yfirlæti, ibique bene culti viuebant, *add.* E. R. P.

(a) beiddvz.] Iid. biuggvzt, parabant (in Norvegiam) proficiſci.

(æ) þeim liſtadi.] E. P. Fr. f. & g. þeir villdi, vellent.

(b) raſkva.] B. E. R. P. vaſka.

(c) út ok ſiglde til Nor. ok komv nordr vid Prándheim.] R. E. P. ſiglde ok komv (ſiglde) nordr til Práudheims. || Fr. g. út ok ſettu eigi fyrr en þeir komv ꝛc. ſolv. neque curſum intermittebant prius quam Thrandh. &c. || *Poſt* Práudheim *add* Fragm. f. dvolduzt þeir þar, ibique morabantur.

A. C.

CAP. LXXXVIII.

Peregrè abitio Hrappi.

Erat homo nomine Kolbeinn, (d) vulgò dictus (e) Arnliotae filius, nationē
992. Thrandienſis. Hic in Islandiam, quâ aeſtate (f) Kolſkeggus ac Nialſonii peregrè abierant, nauigabat. Proximam in Breiddalo orientali hyemem dege-
993. rat: at vere conſecuto nauem in (portu) Gautavicha adornauit. Cumque nautae peniſſime parati (ad nauigandum) eſſent, quidam ad eos (g) adremigauit ſcaphâ: qui, hac ad nauim deſtinatâ, ipſam conſcendit in *) nauim, & Kolbeinem adiit. Hic hominem nomen percontatur. Hrappus nominor, inquit. Kolb. Quid me vis? Hrapp. Rogare te volo, vt me (h) per mare Islandicum transuehas. Kolb. (i) Cujus filius es? Hrapp. (k) Örgunleidi, filii Geirolfi (l) Gerpis. Kolb. Quae te cogit neceſſitas? Hrapp. Admiſi homicidium. Kolb. (m) Quem occidiſti? aut qui ſanguinis vindices? Hrapp. Vapnfiördenſes; ego autem peremi (n) Örlygum (o) filium Örlygi, filii Hrodgeiris *Albi*. Kolb. Auguror eum, qui te vehet, malè ſibi conſulere. Hrapp. Amicus amico meo ſum, ſed quod mihi male factum eſt, repono. (p) neque pecu-

---

(d) kallaðr, *omittunt* C. E. R. Chh. Fr. d. f. & g.

(e) Arnliótarſon.] C. Chh. Fragm. d. & f. Arnliótzſon, Arnlioti f.

(f) Kolſkeggr.] Fr. f. Þráinn. *utrumque omittunt* Fr. d. & g.

(g) reri.] Fragm. d. reyri.

*) ſkipit.] P. kaupſkipit, n. mercatoriam.

(h) um Íslands haf.] B. D. Fr. a. Chh. um haf, per m. E. P. í brott af Íslandi, ex Islandia.

(i) hvers ſon — ſpyrdi, *omittit* D.

(k) Avrgunleida.] B. C. E. G. Fr. a. d. & g. Aurgunleida. F. Aurgymleida.

(l) Gerpis.] K. Fragm. a. Geipis.

(m) hvert víg er þat.] Fr. g. hverr heſir fyrir ordit.

(n) Avrlyg.] E. K. P. Fragm. a. Aurlaug. F. Aurlíg.

(o) Aurlygsſon.] C. E. R. P. Aulvisſon.

(p) ſkortir mik eigi ſe til at leggia fyrir farit.] Iid. ſpari ek eigi at leiga farit. þviat ek heſi nógt ſe til þeſs, non recuſo mercedem offerre pro vectura; ſat enim ad id pecuniae habeo. || leggia fyrir farit.] B. K. Fragm. a. d. & e. leiga farit, merc. off. pro vect.

pecunia, quam pro vectura ſoluam, careo. Dein Kolbeinn Hrappum recipit: paullòque poſt vento adſpirante vela dant (q) in altum. In nauigatione Hrappus viatico exhauſtus, in menſam eorum, qui proximi erant, ſe ingerit: quibus cum maledictis (r) inſurgentibus, res eò perducitur, vt in conflictum ruerent; Hrappusque duos ſimul homines ſubigit: (s) qua re Kolbeini indicata, hic Hrappum, vt ſibi conuictor eſſet, inuitauit: quod & acceptabat. Emenſo mari, naueque ad extremam Agdaneſiam applicata, Kolbeinn quaeſiit, vbi eſſet, quam (t) pro vectura obtuliſſet, pecunia. Hrappus reſpondit: Eſt (u) in Islandia. Pluribus quam mihi verba dabis, (ait ille,) ſed tamen totum tibi condonabo naulum. Hrappus, actis ei (v) gratiis; Quid verò nunc (inquit) mihi conſilii facis? Hoc primum, reſpondit, vt nauim (x) quam citiſſime relinquas; (y) omnes enim Norvegi te diffamabunt: illud verò alterum tibi ſalubriter conſulo, ne dominum tuum decipias vnquam. Inde Hrappus in terram egreſſus cum armis, magnam ſecurim ferratô manubriô praeferens, iter pergit, quouſque (z) in Dalos ad Gudbrandum veniebat. Is amicus Haconi dynaſtae, vt qui maxumè. hisque fanum erat commune, quod nunquam, niſi ipſo adueniente dynaſta, reclu-

A. C. 993.

p. 129.

(q) í haf.] K. Fr. a. & d. á haf.

(r) ſprvttv.] G. hliópv.

(s) Þá var ſagt Kolbeini — ok leggia vtan.] I. L. N. O. Q. S. Fr. g. Kolbeinn kom Þá at ok let Hrapp Þá fara í mstv til ſín. Þeir koma ad utan, Hic interuenit Kolbeinn, Hrappumque menſa communicauit ſua. Deuenerunt ad extremam.

(t) vndir.] F. fyrir. E. P. eptir.

(u) út á.] Fr. g. eptir á, relicta.

(v) alla, maximis, *inſerit* B.

(x) ſem brádaz frá ſkipi.] Fr. g. hedan ſem ſkiótazt, hinc qu. c. || ſem brádaz — at Þú, *omiſit*. F.

(y) Þviat — fyrir Þer, *neſcit* Fr. g.

(z) Gvdbrandz í Dala.] G. Fr. g. Chh. Gudbrandzdala. Þar red fyrir Dala-Gudbrandr (ſá het Gudbrandr er Þar red fyrir. Fr. g. Chh.) in Gudbrandsdalos: quibus (qui) praefuit Gudbrandus Dalenſis (nominabatur). || Dala.] C. Dali. || F. P. Dslum, ad Gudbr. in Dalis.

A. C. 993. debatur: hoc alterum (a) primae magnitudinis delubrum in Norvegia, Hladis verò alterum. Filio Gudbrandi Thrandus nomen erat, filiae autem Gudruna. Hrappus Gudbrandum coram adiens, honorificè salutauit. requirenti, quis (hominum) esset; se (æ) ex Islandia venisse indicat: mox Gudbrandum rogat (b) se in hospitium vt admitteret. (Gudbr.) Tu verò mihi non videris homo fortunatus. (c) Videtur & mihi fama de te valdè mentita, reponit Hrappus, (d) quum ita tulerit, omnes, qui te rogarent, a te receptari; hominemque neminem tibi (e) nobilitate parem esse: (f) quod ego refutabo, nisi tu me recipis. Gudbrandus: Hic ergo maneas (g) necesse fuerit. Vbi (h) mihi (i) sedem adsignas? inquit Hrappus. In scamno inferiori, (respondit) (k) sellae meae primariae obuerso. (l) Mox sedem suam Hrappus occupat. Callebat multas res memorare: quae res initiô delectationi fuit Gudbrando (m) multisque aliis: verum eò res rediit, vt (n) compluribus (o) nimia dicaci-

---

(a) mest hof.] G. haufut hof mest, inter praecipua fana maximum in.

(æ) vtan af Islandi — vid hanom.] Fragm. g. Islendzsfr ok bidr Gudbr. vidrtoku, Islandum professus, Gudbrandum se vt reciperet, rogat?

(b) at hann taki vid honom.] I. L. N. O. Q. S. vidtoku, hospitium.

(c) þikki mer] Fr. g. I. L. N. O. Q. S. er, Est.

(d) er þat var sagt — þik bædi.] Iid. (vm) at þú værir (sert) góbr vidrtakna (vidtakna), in eo, quod esses (sis) facilis in recipiendis aduenis.

(e) iafnágætr.] G. iam ágætr.

(f) mvn — mer, *omitt.* I. L. N. O. Q. S. Fr. g.

(g) hlióta.] Iid. verda.

(h) vísar þú mer til sess.] E. P. skal ek sitia, sedebo?

(i) sess.] Fragm. g. sætis.

(k) gagnvart sudvgi mínv.] E. R. P. gegnt sud. ꝛc. || B. K. Fragm. a. vtar frá sudveginv (*non* sudvginv) sudverdi mínu), extra locum sedi primariae (meae) aduersum.

(l) *Haec omitt.* I. L. N. O. Q. S. & Fr. g.

(m) ok morgvm ǫdrvm *omitt.* Iid.

(n) morgvm.] O. sumum, nonnullis.

(o) ofkesi.] K. Fragm. a. & g. ofkerski. E. P. afkesi. || L. O. Q. S. ofkelkni, ofkelki, nim. pertinacia.

dicacitas videretur. Atque ſic euenit, vt ſermones cum Gudruna (p) caederet: vnde multi eum appellare virginem dictitabant. Gudbrandus autem, (*) hac re comperta, filiam ſeuerè (q) coarguit, quod cum Hrappo colloquia ſereret: ſimul admonens, (r) caueret quidquam cum homine loqui, niſi tota audiente familia. (s) Primùm pollicita obſequium eſt; ſed tamen confabulationis inualuit (t) conſuetudo. Tum Gudbrandus Aſvardum (u) diſpenſatorem ſuum mandat, qui filiam (v) intrantem & exeuntem, quòuis etiam iſſet, comitaretur (x). Aliquando mulier, (y) veniâ exoratâ, (z) delectationis ergo in ſiluam glandariam iuit, Aſvardo proſequente. (a) Quaerebat eos Hrappus (æ), atque inveſtigatis (b) manum mulieri prehendens ſolam deducebat. Mox eam Aſvardus quaeſitum iit: ambos in nemore (c) quieſcentes vnà deprehendit, accurrenſque intentatâ ſecuri (d) pedem Hrappi deſtinat. is verò celeri

A. C. 993.

994.

(p) ſlóg.] O. Q. *S.* hliópſt.

*) varð þeſs varr.] E. P. ſþyrði þetta.

(q) taldi hánn á hana.] Fr. g. taladi han vm vid hana.

(r) varaz at mæla nokkvt vid hann — menn.] Fr. g. mæla ekki vid haun, nihil cum eo colloqueretur. || G. varaz at eiga tal vid hann ne mæla vid hann nokkurt *(ſequ. vocem add. etiam* C. E. P.) orð, cau. cum eo colloquium habere, ne verbum quidem cum eo facere. || ſva at — menn, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(s) fyrſt.] lid. & Fr. g. um þat, in ea re.

(t) vanda.] lid. vana. C. E. G. P. hins ſama, tamen eòdem res rediit.

(u) verkſtióra.] G. verkmann, operarium.

(v) út ok inn, *om.* O. Q. S. Fr. g.

(x) *His ſtatim jungit* B. ok ſva þó at hon beiddiz ꝛc. & etiam ſi veniam rogaret in ſilv. gl. eundi.

(y) beiddiz at fara.] K. & Fr. a. beiddi ꝛc. || Fr. g. O. Q. S. fór.

(z) at ſkemta ſer, *neſciunt* lid.

(a) Hr. leitar eptir þeim.] lid. Hr. kom þar, ok tók ꝛc. venit eò Hr. manumque.

(æ) *Huc addit* B. einhveriv ſinni, aliquandò.

(b) *Huc addit* C. á hnotſkóginum, in ſilva glandaria. E. G. P. á ſkóginum.

(c) einum, aliquo, *add.* Fr. g.

(d) fótar Hrapps.] Id. fótarins honom.

A. C. 994. (e) celeri corporis motu eludit ictum: quamque citiſſimè erectus in pedes, ſuam arripit ſecurim; & Aſvardo, ſtatim terga vertere conanti, ſpinam interſcindit. Tum Gudruna fatur: Nunc (f) id patrauiſti, quare haud (g) p. 130. diutius cum patre meo ſis moraturus. verum tamen (h) alia eum grauius habebunt; (i) nam ego partum (k) fero (l). Ad quae Hrappus: Haec non cognoſcet ex aliis, ſed ipſe (m) domum ibo, ac rem vtramque illi ſignificabo. (n) Sic verò, ait mulier, non ſaluus exibis. Et ille, Periculum, inquit faciam. (o) Eâque mox ad alias foeminas deducta, domum tendit. Gudbrandus in ſella primaria (p) ſedebat, (q) paucis in triclinio praeſentibus, cum Hrappus coram eo ſe ſtitit, ſublimem praeferens ſecurim. (r) Quaerit Gudbrandus: Quî ſecuris tua madet ſanguine? Cui Hrappus: Emendaui lumbaginem Aſvardo (s) diſpenſatori operum tuo. Gudbr. At non in melius; ſed

(e) bráz vid faſt — hryggiunn.] Id. & I. L. N. O. Q. S. fipti vndan (ab ſer) fætinum ok þreif upp eri ſína ok hió Aſvard (manninn) banahøgg, pedem ictui celeriter ſubduxit, ſecurim raptim excipit, & Aſvardum (hominem) ad necem uſque caedit.

(f) þat vnnit er þú mun.] E. G. þat verk ꝛc. id facinus. || E. P. illa gert ok mvntv, tu malè feciſti, neque diut.

(g) med fødvr mínvm lengr vera.] B. K. Fragm. a. med fiørvi vndan komaz. vinus effugere poſſis. || vera, *omitt.* Fr. g.

(h) ſumt.] G. Fr. g. I. L. N. O. Q. S. annat.

(i) þviat.] Fr. g. þat er, quod ſc. || O. er þú hefir legit mik ok ef, quod me compreſſiſti, & ſi ego.

(k) ferr.] B. geng. Fr. g. fm.

(l) *Huc add.* B. K. Fr. a. ok vellðr þú því, cujus tu auctor es.

(m) fara heim vc, *omitt.* Fr. g.

(n) þá mvntv eigi med fiørvi í brot komaz.] B. K Fr. a. hætti mikit hefir þú þá, Sic v. magno te periculo exponis. || I. L. N. O. Q. S. Fragm. g. drepinn mvntu þa, ſic occideris.

(o) *Haec omitt.* I. L. N. O. Q. S. Fr. g.

(p) ſínu, ſua, *addit* Fragm. g.

(q) fátt.] Id. mart, multis.

(r) ſpvrdi.] Id. mællti, infit.

(s) Verkſtióra þíns — vegit.] I. L. N. O. Q. S. Fr. g. hefir þú vegit, Tune occidiſti eum?

, credo, occidiſti? Hr. Ita profectò. Gudbr. Quid peccauerat? A. C.
Parum tu judicaueris; intendit ſuccidere mihi pedem. Gudbr. Quid 994.
commiſeras? Hr. (u) Quod nulla in eum fuit injuria. Gudbr. Atta-
)d fuerit, indicabis. Hr. Si (v) noſſe cupis; ego (x) cum filia cu-
ua, (y) id quod ſtomachum homini mouit. Gudbr. Surgant mei,
)rehendant hominem, isque interficitor. Hr. (a) Sanè quam paruam
me rationem habes affinitatis. neque verò tibi ea virorum copia eſt,
rem perfecturi actutum ſint. Domeſticis ſurgentibus, (Hrappus) ſe
ripit: curſu perſequuntur, effugientem in ſiliam conſequi nequeunt.
dus, coacta hominum multitudine, ſiluam curat perluſtrandam: neque
ueſtigatur; (æ) nam multa erat ſilua & (b) continens (c). Peruadit
Irappus, donec in locum arboribus viduum incideret; vbi villulam
)que foris ligna diſcuneantem offendit. Hunc nomen rogat; ſeque is
appellauit. (d) ſuum viciſſim rogatus a Tofio, id, quô nominabatur,

---

) — þiffia, *omittunt* Iid.
er — þat var, *neſciunt* Iid.
vill vita.] Iid. þer er mikil forvitni á því, ſcire (admo-
cupis.
i dóttur þinni.] Iid. dóttur þína,
n comprimebam.
þótti — illa, *omitt.* Iid.
hann ok ſkal hann drepa.] E.
ann, hominemque interficiant.
litt lætr þú mik nióta mágſemd-
ſkóginn.] I. L. N. O. Q. S.
it vel villtu (illa mvntv) gera
þins. Hrappr hefr nú upp (fyr-
na ok kemſt út (ok) til ſkógar.
et nú leita hans um ſkóginn.
Parum pulchre conſulis (male conſu-
lueris) in generum tuum. Mox Hr. ſecu-
rim eleuat (ſibi praeſendit), forasque
euadit (&) in ſiluam vſque. Gudbr. eum
quaeri per ſiluam facit.
(æ) þviat — þravngr, *omitt.* Iid.
(b) þravngr.] B. þiokkr. G. þikkr. ||
C. E. P. þravngr (G.) ok því gekk þeim
illa at leita hans, cont. eòque male pro-
ceſſit quaeſtio.
(c) ferr vm ſk. — úti.] I. L. N. O.
Q. S. Fr. g. rann á einn húſabæ ok var
þar madr úti, accucurrit ad villulam
quamdam, vbi homo foris conſtitutus
(ligna diſcuneabat).
(d) T. ſpvrdi — het, *neſciunt* Iid.

A. C. extulit. Quaerente Hrappô, quare (e) seſſor tam procul ab aliis hominibus
994 habitaret; Quoniam, inquit, (f) hic mihi parum opus judico ſimultates cum aliis mortalibus capere. Mirum eſt, ait Hrappus, quomodò (g) nos conditioni noſtrae conſuluerimus: (h) Et qui ſim ego, prior docebo te: (i) fui (k) Dalis apud Gudbrandum, eòque inde profugi, quod praefectum operum interemeram. caeterum nos ambo mala ſcio ingenia eſſe: tu enim huc a celebritate non receſſiſſes, niſi ab aliquo proſcriptus. quare tibi optionem do, vt vel ego te prodam, vel ambobus, quidquid hic exſtat, commune ſit. In-
p. 131. cola: Hoc, quod tu dicis, (l) aequum eſt. eam, quae mecum hic eſt, mulierem (m) rapui; neque me pauci (fruſtra) quaeſiuêre. Mox Hrappum intrò ſecum deduxit. Aedes exiguae quidem, ſed (n) adfabrè conſtructae. Indicat habitator vxori (o) Hrappum a ſe in conſortium eſſe receptum: Plurimi, inquit illa, hoc ab homine malum accipient; (p) tu verò tuum ſit arbitrium volueris. Ex eo manſit ibi Hrappus; adeò tamen (q) vagabundus, vt (r) nunquam domi eſſet. Copiam Gudrunae conueniendae nactus crebrò eſt; neque

(e) bóndi bioggi.] Iid. hyr þú, tu tam — habitas?

(f) þikkivmz her lítt þvrfa — málin.] Iid. vil eigi (ekki) hafa þraung af ſdrum mønnum. ſørunſt vid eigi ſva fiarri. ſ. Hr. nolo ab aliis hominibus premi. Neque adeo multum inter nos intereſt, ait Hr.

(g) med okkr vm málin.] B. med okkr vmmæli. E. P. med máli okkru. || med — málin, *omittit* G.

(h) ok mvn — em *omitt.* I. L. N. O. Q. S. Fr. g.

(i) ek hefi verit — verkſtióra hans.] Iid. hefi ek drepit verkſt. Gudbrandz ok mvn ek vera ſekr giørr, Interemi diſpenſatorem op. Gudbrandi, eòque proſcriptus fuero.

(k) Gvdbrandi í Davlvm.] G. Dáls Gudbrandi.

(l) iafnt ſem.] C. beint eptir þvi ſem.

(m) nam.] Q. Q. tók.

(n) vel giør.] E. P. vel at ſer.

(o) Hrapp rádit med ſer.] I. L. N. O. Q. S. tekit vid Hrappi.

(p) *Haec omittunt* Iid.

(q) favrvll.] G. vídfavrvll, multivagus I. L. N. O. Q. S. á faur.

(r) alldri.] C. ſialldan, rarò.

neque Thrando & Gudbrando patri, quamvis illi imminentibus, (s) facultas A. C.
hominis conſequendi vnquam contigit. eaque res integrum perdurabat annum.
A Gudbrando Hacon dynaſta certior factus, quantum illi moleſtiae a (t) 995.
Hrappo exhiberetur; (u) hunc proſcribendum curat, caputque ejus praemiis
proponit. caeterà ſemet (v) inveſtigatum hominem iturum pollicebatur: quo
tamen (x) ſuperſedit, ratus, illis ipſis in manu eſſe hominem (y) tam in-
cautè peruagantem (z) intercipere.

CAP. LXXXIX.

Thrainn receptat Hrappum.

(a) Hac aeſtate ipſa Nialſonii in Norvegiam ex Orcadibus, vti ſupra memoriae proditum, iuerant, ibique (æ) nundinas aeſtiuas frequentabant. Tunc nauim Thrainn Sigfuſſonius exornauit in Islandiam trajecturus, ac penè omnibus rebus paratus erat, cum Hacon dynaſta Gudbrandum adiit conuiuatum. Ea nocte Hrappus *homicida* fanum dynaſtae & Gudbrandi acceſſit: introgreſſus

---

(s) varð þat allðri at þeir fengi honum náð.] C. G. K. — fengi ſæri á honum. E. P. fengv þeir allðri ſáng á honum.

(t) Hrappi.] I. L. N. O. Q. S. manni þeſſum, hoc homine.

(u) let dæma hann útlaga.] G. lagði Hrapp útlagan, exulem pronuntiauit.

(v) at leita eptir.] C. G. reyna eptir, per artem occultiorem exploraturum.

(x) fyrir.] E. P. undan.

(y) *Poſt* hann *addunt* B. E. G. I. L. Q. S. eigi, *quod hunc ſenſum dat:* ipſorum eſſe culpam, quod hominem t. inc. perv. non caperent.

(z) taka hann.] I. L. N. O. Q. S. ná honum.

(a) þetta — ok voru þar.] lid. Niálsſynir voru nú, Interim N. nund.

(æ) kaupſtefnv.] Fragm. a. kaupſtefnum. || B. kaupſtaðum, emporia. || G. kaupferðum, itineribus mercatoriis per aeſtatem dabant operam. || N. kaupſángi, in negotiando verſabantur. I. L. O. Q. S. kaupángi in (emporio) vico Köpangi aeſtatem agebant.

A. C. 995. ſus aedem, Thorgerdam (b) Hölgabrudam conſpicit ſedentem, quae juſtam aequabat ſaturam hominis, manu armillam habens auream e magnitudinis, capite calyptrâ redimito. excuſſâ diuae (d) calyptrâ, erep armillâ; thenſam Thori (e) animaduertit, eique aliam adimit armillam. Irpae demtâ, cuncta idola foras protrahit, omni ſpolians (f) ornatu. flammas delubro injicit, exuſtione delet. quo facto abiit, prima tum o luce. Eo aruum quoddam tranſeunte, ſubitò conſurgunt VI. homines armis, protinus illum adorientes: verum ſe cordatè tuebatur. eòque d res euaſit, vt III eorum concideret, Thrando letaliter ſauciato: (g) verò in ſiluam perſecutus, nullum vt detulerint indicium dynaſtae. M p. 132. Thrandum regreſſus, Nunc, inquit, facultatem habeo, ſi vellem, occ re, nec tamen id facere volo: habebo (h) majorem in vos, quam (i) v me, adfinitatis rationem. Iamque iterum in ſiluam reuerſurus, homine ſemet inter & ſaltum interuenientes conſpicatur: vnde hunc locum non auſus, in virgultum quoddam decumbit, ibique aliquamdiu latitat. die dynaſtes Hacon, & Gudbrandus ad fanum benè mane prodeunte cendiô hauſtum reperiunt; III verò idola ſub dio, cunctis (l) nuda

n

(b) Havlgabrúdi, o: Hölgii Virginem . ſ. filiam, *ut lectionem vnice rectam, ex codice* G. *recepi, Edda conſentiente.* || A. & *plures*, Havldabrúdi, Virorum nobilium Virginem. B. Havrgabrúdi, Delubrorum Virginem. E. Hsdabrúdi, P. Hsrdabrúdi.

(c) madr roſkinn.] G. væri vaxinn madr.

(d) hana falldinvm.] C. G. falldinum hennar.

(e) ſer hann.] E. P. ſer han til, accedit.

(f) búnadinn.] B. C. E. G. P. búuinginn. K. Fragm. a. vubúni

(g) elltir II. til ſkógar. ſva (bárv sngva niósn.] I. L. N. O. tveir ſtyia ok báru niósn, duo v. entes, indic. dyn. detulerunt.

(h) *Huc addunt* lid. nú Prándr, Thrande.

(i) ber virdit.] O. Q. ber var

(k) erv komnir milli ſkógaring ok I. L. N. O. Q. S. fara at ſer alla vndiquaque ferentes ad ſe.

(l) *Ante* or *add.* lid. þó, tamen

tis. Tum Gudbrandus ita orſus eſt: (m) Mirâ ſunt Dii noſtri virtute A. C.
diti, cum incendio ſponte ſua exceſſerunt. Non fecerunt hoc ipſi Dii, 995.
lynaſta, ſed fanum ab homine incenſum, Deosque puto exportatos. Dii
em praeſentes non (n) omnium delictorum expetunt poenas, at qui hoc
etrauit, is Valhallâ arcebitur, eò nunquam intromittendus. (o) Hoc
ıento aſſeclae IV. dynaſtae eò advolant, triſtem adferentes nuntium,
ant ſe HI. homines in aruo peremtos offendiſſe, Thrandumque ad necem
erarum. Quis hujus rei auctor? inquit dynaſta. Hrappus, ajunt, homi-

Tum dynaſtes: Itaque fanum concremauit. quod & eum feciſſe veri-
e putabant. Ubi nunc eſſe hominem creditis? Significant dixiſſe Thran-
, (p) illum in (q) virgulta quaedam decubuiſſe. Huc adit dynaſtes
ɔratum: Hrappus verò totus aberat. Tum indagaturos eum diſpoſuit
ſtes, neque hi nanciſcuntur. ipſe quoque ſcrutationi interfuit. (r) & ſuis
um quieſcere iuſſis, ſolus ab ceteris receſſit, omnibusque ipſum ſequi
ibitis, parumper morabatur: in (s) vtrumque genu prouolutus (t) manus
culos opponit. Dein regreſſus ad ſuos, Mecum, inquit his, ambulate.

Nn ſequn-

) Mikill máttr er geſinn gvdvm var- F. mik. er máttr gvdanna, m. De- virtus eſt. || varvm *deeſt* in K. . a. || I. L. N. O. Q. S. Hei- u þó god vor, Sancti verò ſunt Dii .

allz.] F. allt.

í því bili hliópv ꝛc. — þeir hann I. L. N. O. Q. S. *tantum*, mvn allda Viga-Hrappr. ſegir Jarl. ſkulu i ſcita at honom (hans). Hujus ıto, auctor eſt Hrappus Homicida, inquit dynaſtes. Nunc nos eum requiramus.

(p) at hann hefdi.] G. at han var þar nær ok hefdi, eum prope ſe eſſe, & in.

(q) rvnna nokkvra.] id. rvana nokkurn, virgultum aliquod.

(r) ok bad — fyrſt, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(s) knę bædi.] C. knebed, puluinum geniculans.

(t) hellt fyrir a. ſ.] G. hellt vpp báðom hendom ſ. a. ſ. ambas manus &c.

A. C. ſequuntur: ille gradum a qua via modò (u) meauerant, tranſuerſè flectit,
995 quamdamque ad vallicularn deuenitur. hic Hrappus coram ſubitò exiſtit; his enim ſe latebris modò abſtruſerat. Suos (v) hortari dynaſtes ad inſequendum: at Hrappus adeò pernix erat pedibus, vt ei ne propinquare quidem vſpiam poſſent. Hladas rectà petit: vbi tunc vtrique nauigando parati erant, Thrainn Sigfuſſonius et Nialſonii: (x) quâ conſtituti fuêre Nialſonii, eò Hrappus aduolat; Seruate me, inquit, probi viri! vult enim me dynaſtes trucidare. Helgius eum reſpiciens, (y) Tu verò damnoſus homo videris, ait, atque
p. 133. melius conſuluerit, qui te non receptat. Velim ſanè, regerit Hrappus, (z) propter me vobis (a) malum maximum contingat! (æ) Maturus ego ſum, reponit Helgius, id in te procedente tempore vlciſci. Tum Hrappus ad Thrainem conuerſus, ſe vt reſpiceret, implorat. In qua tu noxa es? quaerit Thrainn. Exuſſi delubrum dynaſtae, occidique homines aliquot: ille huc è veſtigio aderit, nam ipſe ſcrutationi intereſt. Vix me decet hoc (facere), inquit Thrainn, pro tantis, quae (b) in me contulit dynaſta, beneficiis. Tum Hrappus,

---

(u) farit.] E. P. leitat, quaeſierant.

(v) eggiar.] I. L. N. O. Q. S. bidr (bad), jubet d. inſequi.

(x) hleypr — Niálſſ. *omittunt* Iid.

(y) ógæfuſamligr — tekr vid þer.] Iid. Sá mun verr hafa er þer hiálpar. (of) líſt mer ógæfuſamliga á þik, Is, puto, malè ſibi conſulit, qui te ſeruat. (&) tu mihi quidem infortunatus videris.

(z) þit hlytid af mer meſt illt.] F. B. K. Fragm. s. þú hlytir af m. m. illt (veſt manna), tibi prae omnibus m. cont. max. || E. P. hefna þer þeſſa þá er ſtundir lída, (voluerim) tibi hujus rei gratiam, proced. temp. referre.

(a) bræðr, fratribus. *add.* I. L. N. O. Q. S.

(æ) Madr em ek til þeſs ſ. H. at hefna þer þeſs þá er.] Iid. Ek ſkal þat þá umbuna þer. ſ. Helgi. er, Id ego tibi, inqu. Helg. referam proc. temp.

(b) Jarl hefir mer gert.] F. ek á Jarli vpp at giallda, ego dynaſtae reddere debeo.

pus, quas (c) res (d) e fano abstulerat pretiosas, Thraini monstrat, has ei A. C. daturum muneri dicens: hic verò se accepturum negat, nisi pecuniam vicis- 995. sim redderet. Hrappus, Heic pedem figam, ait, tuosque ob oculos trucidabor, tuque sic subibis omnium hominum vituperationem. Aduentu dynastae suorumque jam animaduersô, Thrainn receptat Hrappum; scapham curat deducendam, (e) inque nauim transuehitur. Hic idem (f) loquitur: Pro re nata opportunissima est latebra, vt dolia duo, effractis (g) fundis, intres: quô factô in dolia irrepsit, eaque (h) mox vinculis constricta, (i) data sunt ex naui. Interim dynasta cum suis ad Nialsonios veniens, percontatur, an Hrappus eò venerit? venisse affirmant. sed quaerente dynasta, quònam inde retendisset? (k) se notauisse negant. Magno a me, inquit, praemio (l) cumularetur is qui Hrappum proderet. Grimus Helgium clam adloquitur: Quidni nos indicabimus? (m) non aliud certius habeo, quam Thrainem nullo nobis esse beneficiô pensaturum. Neque eò magis prodamus, ait Helgius, quum in hoc vertatur salus hominis. Grimus contra: (n) Potest, vt dynasta vlciscatur in nos; quippe iratus adeò est, vt (o) in aliquo vindicet necesse sit. Nihil

(c) gripina.] E. G. P. feit.

(d) borit yr godahúsinv.] I. L. N. O. Q. S. tekit af godunum, ab idolis abst.

(e) flvttiz út á skipit.] F. flytiaz ꝛc. seque in nauim devehi (facit). E. P. flutti hann út á sk. eumque (Hrappum) deuexit in nau. || B. fluttu út skipit, nauimque (majorem) extrorsum promouerunt.

(f) mællti. nú er þetta fylsni hellzt at brióta.] I. L. N. O. Q. S. baud brióta, jussit effringi fundos ex II. doliis.

(g) botna.] R. botn, effracto singulis fundo.

(h) bvndnar saman síðan ok.] E. G. P. látnar saman ok síðan, eaque conjuncta & mox data.

(i) látnar.] C. skotit, G. kastat, missa.

(k) qvádvz eigi reidvr hafa á hent.] G. kølluduzt eigi um þat geymt hafa.

(l) hafa.] G. þiggia, acciperet magnum praemium.

(m) ek veit — góðv *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(n) Vera kann at Jarl snúi.] C. E. P. Jarl mun snúa, vlciscetur dynasta.

(o) nokkur.] Q. nokkurstadar. P. einhverstadar mvn nema, alicubi erumpat.

A. C. id curabimus, regerit: jam tamen (p) hinc nauim deducemus, altum primâ
995. occaſione petituri. (q) Nauem igitur (r) quandam ad inſulam promouêre, (s) commodamque ibi tempeſtatem exſpectabant. (t) Dynaſtes ad nauticos aggreſſus viritim contatur: omnes verò ſe (u) vel minimum de Hrappo ſcire diſſimulabant. Tum dynaſtes: Nunc Thrainem adibimus familiarem meum: isque Hrappum, ſi quid ſit conſcius, tradet. Mox adhibitâ (v) naui longâ, excurrunt ad mercatoriam. Thrainn, aduentu dynaſtae cognito, aſſurgens comiter eum ſalutauit. Dynaſta benignè reſalutans, fatur: Nos hominem quaerimus Hrappum nomine, genere Islandum, qui nobis malum omnifariam attulit:
P. 134. quare vos oramus vt (x) eum tradatis, aut (y) vbi ſit, indicetis. Ad quae Thrainn: Tu verò ſcis, Domine, proſcriptum a te hominem occidiſſe me, (z) inque id caput meum periculo objeciſſe, cujus & ego maxima abs te praemia tuli. Nunc verò tu, ait dynaſta, majora praemia referes. Thrainn, (a) rem cum animo voluens, haud ſatis intellexit, cujus rei rationem dynaſtes habiturus potiſſimum eſſet; Hrappum tamen ibi adeſſe negitans, dynaſtam,

vt

(p) brot leggia ſkipinv.] C. E. G. P. láta í brott ſkipit.

(q) *Hic inſerit* F. ſkulu vid nú ecki bída Kára. ſegir Grimr. ekki mun ek vm þat hirða nú. ſegir Helgi. Nunc non Karium exſpectabimus? inquit Grimus. Nullus id curo, reſpondit Helgius.

(r) eina ey.] G. hólm, paruam ad inſ.

(s) bída þar byriar.] F. b. þ. búnir byriar, exſp. parati ſimul vt adſpiraſſet ventus, nauigare. C. E. G. P. dveliazt þar, ibique manent.

(t) Jarl — Hrapps, *omiſſ.* I. L. N. O. Q. S.

(u) ne eitt.] B. C. F. neitt. E. K. P. Fragm. a. nokkut, quidquam.

(v) lángſkip] E. P. ſkip.

(x) ſelid þann fram.] E. P. látit þann lauſan, eum dimittatis.

(y) ſegit til hans.] C. G. ſegit oſs nokkut t. h. aliquid de eo dicatis nobis.

(z) ok — mínv, *omiſſ.* I. L. N. O. Q. S.

(a) hugſadi — meta, *omiſſ.* lid.

vt inquireret (æ), prouocat. Quod is (b) perfunctoriè fecit, & in terram egreſſus ab ceteris ſeceſſit, tanta flagrans ira, nemo vt eum compellare ſit auſus. Mox fatur: Deducite me ad Nialſonios, hos (c) vt mihi verum indicent, cogam: at cum dicerentur nauim modo ſoluiſſe; Hoc adeò non licet, ait: ſed autem II. vaſa aquaria propter nauem Thrainis erant, in quibus homo facilè abſcondi poſſet; &, ſi Thrainn eum occultauit, ſe in his, puto, continet. proinde nos ad Thrainem rurſus adibimus. Dynaſtam ad ſe denuo rediturum ſentiens Thrainn, Quantum, inquit, modò incenſus fuit dynaſta, tanto nunc majore feruet irâ: quin omnium (d) hominum, qui in naui ſunt (e), vita nunc in diſcrimine vertitur. Nautici pro ſe quisque ſpondere, rem celaturos; nam ſinguli magnopere ſibi metuebant. Saccis aliquot ex (f) onered emtis, Hrappum in locum ſufficiunt, alios leuioris ponderis ſaccos (g) ſuperinjiciéntes. Iamque adeſt dynaſta, Hrappo ita compoſito. a Thraine ſalutatus honorificè, reſpondit quidem ſalutationi, verum (h) cunctanter: (vnde) dynaſtam iratum oppidò eſſe colligebant. Thraini loquitur: Trade tu Hrappum; certò enim ſcio abs te occultatum. Ubi, Domine, inquit Thrainn, hominem abdidi? Id tibi notum, regerit dynaſtes; ego verò ſi conjiciam, in doliis, credo, nuper abdidiſti. Nolim falſi me (i) damnes (reponit); at nauim mallem perſcrutareris. Conſcendit mox in nauem dynaſta, perquirit, neque inuenit. Thrainn: Nunc me, inquit, (k) abſolues? At dynaſta: Longè

A. C. 995.

(æ) *Huc addunt* C. E. P. G. ok at hyggia (at heygia), & circumſpiceret.

(b) hafdi lítit vid þat.] I. L. N. O. Q. S. vard fátr vid, ſtomachabatur.

(c) at þeir ſegi mer et ſanna] Iid. E. & P. ſagna, ad indicandum.

(d) manna þeirra.] E. P. vorra, noſtrûm.

(e) *Huc addit* F. ef nokkr ſegir til Hrapps, ſiquis Hrappum (hic eſſe) indicauerit.

(f) búlkanvm.] E. P. *ſemper*, búnkanum.

(g) fórv nú adrir.] Iid. C. G. &. Chh. voru nú látnir adrir.

(h) ekki ſkiótliga.] I. L. N. O. Q. S. fáliga, ſtomachoſè.

(i) vændit.] G. væntit.

(k) ber.] E. G. P. mælir.

A. C. abeſt; ſed (l) quî non reperiamus hominem neſcio: veniens enim in terram,
995. rem omnem perſpicere mihi videor; huc autem rediens, nîl rei ſentio. Mox in continentem ſe remigiô vehendum curat, tanta aeſtuans ira, vt eum ne appellare quidem liceret. Aderat apud dynaſtam Sveinn filius. (m) hic loquitur: Mira eſt (n) affectio animi, petere ab innocentibus irae ſuae poenas. Solus etiam diſcedit ab aliis dynaſta, moxque regreſſus ad ſuos, Etiam, inquit, (o) remigabimus ad nautas (mercatores). Ita fit. Sveinn fatur: Vbi abſconditum (p) fuiſſe credam? Nunc id (ſcire) haud attinet, regerit dynaſtes; jamjam enim ab eo loco aberit. jacebant 11. ſacci (q) ad ſtruem oneris,
p. 135. quorum in locum ſubſtitutum credo Hrappum. Thrainn infit: Nauim etiam propellunt, huc ad nos iterum excurſuri. hominem ergo de cumulo ſarcinarum emoueamus, aliis rebus in locum ſubditis; ſacci tamen (r) ſepoſiti maneant. Quô factô, (s) pergit: Nunc Hrappum velo inuoluamus. (t) Erat id contractum ad antennam. Ita fit. Simul adeſt ad Thrainem & ſuos dynaſta, multò tum iratiſſimus: &, Visne jam, inquit, Thrainn, hominem transdere; tametſi cauſa tua nunc, quam (u) antea, deterior eſt. Hic reſpondit: Iam diu (v) tradidiſſem, ſi (x) eſſet in mea cuſtodia: ſed vbinam fuiſſe putas?

(l) veit ek hvi ver finnvm hann eigi.] Iid. & C. finnum ver hann þó. ok veit ek eigi hvi þat ſætir, tamen non inveſtigamus hom. neque ſcio, quid in cauſa ſit.

(m) hann — ſinnar, *om.* I. L. N. O. Q. S.

(n) ſkaplyndi *neſciunt* C. E. R. P.

(o) rövm.] Fragm. c. röm.

(p) verit hafa.] E. hafa verinn.

(q) lágv þar hiá búlkanum. — búlkann.] F. voru á búlkanom ok mon þar Hr. hafa folginn verit, ſuper ſtrue oneris, ibique, puto, abſconditus erat Hrappus.

(r) lavſir.] Chh. kyrrir, immoti.

(s) Þráinn — ſva, *omitt.* E P.

(t) var.] C. F. er, eſt.

(u) fyrr.] C. E. G. P. næſtum, modò.

(v) ſelda ek hann fram.] Fragm. c. heſda ek hann fram ſelt.

(x) væri.] Id. heſdi verit.

(y) putas? In cumulo ſarciſſeum, ait dynaſtes. Porrò Thrainn: Quin A. C.
igitur ibi quaerebatis eum? Non venit id, reſpondit, nobis in mentem. 995.
Mox per totam nauim requiritur, neque inueſtigatur. Tum Thrainn: Visne
nunc habere me (z) excuſatum? (a) Haud ſanè, inquit dynaſta, ſcio enim
te (æ) hominem abdidiſſe, quamuis ego non inueniam. malo autem, ſubdidit,
tu vt (b) me, quam ego te, nefariè habeas. In terram exinde reuerſus,
Nunc mihi videre videor, ait, (c) Hrappum a Thraine in velo (d) eſſe
occultatum. Tunc ſecundâ (e) oriente aurâ, Thrainn cum ſociis in altum
vela dat, tumque id, quod diu ſermone (f) tritum (g) ex eô eſt, edidit: *Curemus ut cum Vultur impetu ferat*, (h) *Non vult Thrainn concedere*. (i) Quae
Thrainis dicta cum inaudiſſet dynaſtes, Non verò, inquit, (k) in cauſa fuit
(l) mea imprudentia, ſed ea illorum (Thrainis & Hrappi) conſpiratio, quae
ambobus partura necem eſt. Thrainn breui (m) tempore inter nauigandum
abſumtô,

(y) *Huc add.* id. áþan, modò.

(z) vndan bera.] G. vndan mæla. *Poſt* bera *add.* C. E. G. P. herra, domine.

(a) víſt eigi.] Iid. eigi ſkal þat, Non habebo.

(æ) manninn.] Fragm. c. hann, eum.

(b) mer.] F. honom. *mendoſe, puto.*

(c) at Þr. hefir fólgit Hrapp í ſeglinu.] B. hvar Þr. hefir f. Hr. hvar ſagdr Sveinn ſon hans. í ſeglinu. ſegir Iarl. vbi Thrainn Hr. occultârit. Vbi? inquit Sv. filius. In velo, ait Dynaſta.

(d) *Huc addunt* E. P. Fr. c. er þat var heſtat vpp vid rána, quum id contractum ad antennam erat.

(e) rann.] C. E. G. P. kaſtadi.

(f) vppi verit haft] G. eptir v. h.

(g) ſídan *omittit* Fragm. c.

(h) gerat Þráinn.] E. K. O. P. gerir ei Þr. id. || Q. S. gerad þá menn, ſic nolunt homines ced. || F. gerir Þr. facit Thr. vt cedat?

(i) ord Þráins.] Fragm. a. til Þr.

(k) berr her til.] Fr. c. kemr h. t.

(l) óvizka mín.] I. L. N. O. Q. S. heimſka mín, ſtultitia m. C. G. vanvit (mitt), inſipientia (mea). || E. P. vænt med þeim, Non bonum euentum portendit illis ea res.

(m) ſtund.] Fragm. c. hríd.

A. C. abſumtô, delatus ad Islandiam, ſe domum eam recepit. Quem & ſecutus
995. Hrappus proximum cum eo morabatur annum: (n) verê autem ſubſequente (o) domicilio ſibi Hrappſtadis a Thraine dato, ibi habitabat. (p) Plerumque tamen Griotae commorans, omnia ibi turbare cenſebatur: nonnullis dictitantibus, magnum illi cum Hallgerda vſum eſſe, (q) mulieremque adpellare, negantibus verò aliis. (Nauim) *Gammum* Thrainn cognato ſuo Mördo (r) *Incurioſo* tradidit: idem (s) Mördus Oddum Halldoris filium in Götavicha Berufiördenſi interfecerat. Omnes cognati ſui Thrainem vt columen familiae colebant.

CAP. XC.

Hacon dynaſta pugnat cum Nialſoniis.

(t) Hic de Hacone dynaſta redordiendum dicere. is, elapſo Thraine, Sveini
p. 136. filio fatur: Capiamus IV. naues longas, Nialſonios (u) adeamus atque (v) trucidemus: nam eos (x) Thraini credo conſcios fuiſſe. Iniqua eſt ratio, ait Sveinn, (y) culpam in criminis vacuos transfundere, ſed (z) effugere pati ſontem

---

(n) vm varit.] C. E. G. P. annat ſomar, aeſtate proximè ſequ.

(o) bú.] Fr. c. búſtad.

(p) lengſtvm.] id. lengom.

(q) hann fiſldi hana.] P. E. fipladi (fiſdi) han hana, attrectare. G. hon fiſldiſt at honom, eamque ab illo allici ad ſtuprum.

(r) *Hic inſerunt* I. L. N. O. Q. S. Sigfúſſyni, filio Sigfuſi. *Idem addit* K. *poſt* úræki.

(s) Mordr.] E. R. P. madr, homo.

(t) Nú er — taka er, *omitt.* Fr. c.

(u) ſœvm.] G. róum, adremigemus.

(v) drepvm.] Fr. c. beriom, adfligimus.

(x) Práni.] id. Práin.

(y) ſekinni á úvallda.] F. ſektiuni á úverda, poenas ab inſontibus petere.

(z) ſetia er ſekr er.] E. P. gánga er ꝛc. F. — er ſakadr er. Fr. c. — er ſekin berr á baki, eum in quo reſidebat crimen.

ſontem. Dynaſtes contra: (a) Hoc de meo, inquit, arbitrio fiat. Itaque Nialſonios petunt: & quaerentes eos (æ) quadam ſub inſula offendunt. Grimus naues dynaſtae prior conſpicatus Helgio loquitur: Huc adeunt naues bellicae, cognoſcoque (b) hic ipſum adeſſe dynaſtam; is verò nobis nullam, credo, offeret pacem. (c) Ad quae Helgius: Quilibet fortis praedicatur, qui ſe, cum quocunque negotium ſit, defendit; & ſanè tuebimur nos. quem & omnes, vt (d) proſpiceret, rogantes, arma ſtatim capiunt. Simul interuenit dynaſta, & inclamans eos dedere ſe jubet. Helgio confirmante ſe ipſos, quamdiu liceret, eſſe defenſuros: incolumitatem omnibus, qui neque (e) ſemet ipſos neque Helgium vellent propugnare, pollicitatur: hic verò in tanta fuit gratia, vt mori cum eo ſinguli (f) praeoptarent. Impugnare dynaſta ſuique; at ſe (g) illi ſtrenuè rutabantur: Nialſoniique, quae pars maximè periclitabatur, huic multi aderant. Dynaſtae pacem crebrò offerenti (h), eadem reſponſa (i) reddiderunt, nunquam ſe manum dedituros. Tum Aſlakus Langeyenſis (k) vehementer inceſſit, rerque in nauim (Nialſoniorum) irruperat: cum Grimus inſit: Tu acriter impetis, at (l) optârim fruſtrà eſſet opera tua! (ſimul) haſtam corripit, figitque in (m) gutture Aſlaki, necemque hic protinus accepit. Paullò poſt Helgius ſigniferum dynaſtae (n) Egilem occidit. A. C. 995.

Oo

(a) Ek ſkal þeſſv.] F. Ek ſkal þó þ. Hoc verò de. || Fr. c. Ec vil þó ráda, Ego verò de meo arb. facere volo.

(æ) eyiv einni.] Fr. c. eynni, dicta ſub inſ. G. hólmi.

(b) her er Jarl.] Fr. c. Hácon Jarl ferr her.

(c) þat er mællt. — vapn ſín.] I. L. N. O. Q. S. han baud mønnum taka vopn ſín ok veriaſt. Idem ſociis arma capere, ſeque tueri juſſit.

(d) fyrir ſiá.] E. R. P. ráda.

(e) ſig eda *omittit* Fr. c.

(f) hellbr, *addit* id. & F.

(g) þeir.] Fr. c. hinir.

(h) þeim, illis, *addit* id.

(i) iafnan, ſemper, *inſerit* id.

(k) *Hic inſerit* id. lendr madr Jarls, Ducis munere ſub Dynaſta fungens.

(l) væri vel.] P. væri makligt, dignum eſſet, vt fruſtra &c.

(m) hverkina.] E. hvekina. || G. hønd-ina, ala.

(n) *Nomen tacent* R. & Fr. c.

A. C. occidit. Tum Sveinn (o) Haconis filius vrget, ſcutis illos circumdari faciens,
995. itàque viui (p) ſunt capti. Voluit dynaſta eos oppidò trucidari: Sveinn autem negauit id factum iri, noctem ingruere cauſatus. Unde dynaſta: Cras eos interficite; hac verò nocte in firmis vinculis tenete. Sic fuerit faciendum, ait Sveinn: at ego nullos his ſtrenuiores viros (q) reperi, & ſanè magna eſt clades vitam iis adimi. Dynaſtes contra: Duos e noſtris ceciderunt ſtrenuiſſimos, (r) qua de re perimi debent. At hôc major fuit eorum virtus, reponit Sveinn: ſed tamen (s) hoc, vti tu vis, deſignandum. (t) Vinculis igitur compedibusque ſtringuntur: eôque factô obdormiit dynaſta (u). Omnibus autem ſomno compoſitis, Grimus Helgio fatur: Elabi hinc velim, ſi poſſem. (v) Quaeramus igitur, ait Helgius, dolum aliquem. Ille (x) ſecurim, acie ſurſum ſpectante, (y) propè poſitam animaduertens, eò (z) adrepſit, & neruum, quô vinctus erat, (a) ſecuri diſſectum efficiebat, nec tamen ſine magna manuum vulneratione. mox Helgium ſoluit: dein (æ) reptabundi ex naue

(o) Hakonarſon.] Fr. c. Jarl.

(p) vrdv þeir] Id. voro Riálsſynir.

(q) fyrir fyndit.] id. ſed, vidi.

(r) ſkal fyrir þat drepa þá.] id. ſcal ec fyrir ꝛc. — perimam eos. G. ſkulo þeir þvi deyia, ejusque rei poenas morte dabunt. || C. ſkulu ver þeirra ſva heſna at þeſſa ſkal drepa, quorum mortem occiſione horum vlciſcemur.

(s) mvn þetta gera verda ſem þú vill.] E. F. P. Fr. c. mvntv (ſliku *add.* Fr. c.) ráda verda (hlióta. F.) vt (haec) res penes te ſit, neceſſe fuerit.

(t) bvndnir.] Fragm. c. handteknir, comprehenſi (compedibus conſtr.)

(u) ok hans menn, ſuique, *add.* Id.

(v) leitv vid.] E. P. Fr. c. leitadu, quaere.

(x) ſer at þar liggr ex ein ok.] F. mællti. her liggr nær mer ex ok, ait: Hic propè me ſecuris jacet.

(y) þar.] Fr. c. þar nær ſer, prope ſe.

(z) ſkreid.] G. færiſt, ſe molitur.

(a) ſrinni en þó fekk hann ſár mikil á.] F. Fr. c. aurar egginni. ok færdiſt þó (han ſkeindiſt) mikl á, ad aciem ſecuris diſſ. &c.

(æ) ſkreiddvſt] Fr. c. ſteyptuſt, ſe de naui dejecerunt.

naue deſcenderunt, & in aridum, Hacone ac ſuis non ſentientibus, (b) eni- A. C.
tebantur. Defractis compedibus, in aliam inſulae partem tranſmeant. Tum- 995.
que matuta lucem referente, nauem ibi (c) comperiuntur: recognoſcentes
hic (d) adeſſe Karium Sölmundi filium, hunc protinus adeunt, & (e) aduerſa
ſua edocto vulnera oſtendunt, dynaſtam interim quieſcere ſignificantes. Ka- p. 137.
rius: Malè factum, quod vobis euenit, vt afflictiones pro (f) malis hominibus (g) ſuſtineatis. nunc verò quid de veſtra (h) ſit voluntate? Dynaſta, inquiunt, vt adeatur & interficiatur. Ille contra: (i) Hoc verò non ſucceſſerit, quanquam non deeſt vobis (k) animus: caeterum cognoſcemus, ſi nunc eodem ſe loco teneat. Dein ſe illò conferunt: verum jam aberat dynaſta. Mox Karius (l) Hladas profectus eum adit, (m) tributumque tradit. Dynaſta loquitur: Tu recepiſti Nialſonios ad te? Admodum, inquit Karius. Dynaſta porrò: Visne mihi (n) Nialſonios transdere? At Karius, Nolo, regerit. Visne, inſtat, abjurare noluiſſe te (o) cum Nialſoniis vnà memet aggredi? Hìc Ericus filius dynaſtae (p) ſuſcipit: Hoc verò non (q) poſtulandum: Ka-

(b) komuz] id. komv, egrediuntur.

(c) fondv.] Id. fá, animaduertunt.

(d) kominn, *omittit* id.

(e) hrakníng ſína.] G. hrakfarit ſínar. þar er þeir hafdv ſaklauſt tekit fyrir vánda menn, adflictiones, quas innocentes malorum hominum culpâ ſuſtinuiſſent, edócto.

(f) vánda menn.] C. vændismenn. E. P. illa menn, er ſaklavſir erv (en þid ſaklavſir.) m. hom. inſontes ſuſt.

(g) taka.] Fragm. c. hafa.

(h) gert.] id. meſt gert, B. C. E. R. gert næſt, praecipue, proximè.

(i) þeſs.] Fr. c. oſs þat, hoc nobis.

(k) áhuga.] E. F. K. P. Fragm. a. árædi, audacia.

(l) til Hlada á fond Jarls.] Fr. c. til landz á Hladir til móts vid Hacon Jarl. in continentem Hladas prof. Haconem dynaſtam adit.

(m) ſkattinn.] id. ſcatta ſína, tributa.

(n) fram Niálsſonv.] id. þá, eos.

(o) *Ante* med *addit* Id. & F. eptir bardagann, poſt praelium.

(p) mællti.] Fr. c. ſvarar.

(q) leita.] B. C. E. R. K. P. Fr. a. & c. beida.

A. C. 995. rius ſemper fuit amicus noſter: neque res ita ceſſiſſet, ſi adfuiſſem ego: Nialſonii (r) prorſus obtinuiſſent incolumitatem, (s) poenas verò dediſſent, qui (t) deliquerant: quare (u) conuenientius ducerem, vt Nialſonii (v) dignis muneribus afficiantur de his, quas perpeſſi ſunt, vexationibus ac ſui vulneratione. Ad quae dynaſta: Sic vtique cenſeo; verum an placari velint neſcio. (x) tumque rogauit vt Karius eum Nialſoniis reconciliare tentaret. Mox Helgium compellauit Karius, a dynaſta vellet accipere (y) ſatisfactionem, necne. Hic verò, A filio Erico accipiam, inquit, ſed cum ipſo (z) dynaſta nîl negotii habere volo. (a) Quae reſponſa Ericus a Kario doctus, (æ) Ita fiat, ait; ſatisfactionem accipiat a me, ſi hoc ei potius videtur. tuque fratribus nuntia, hoſpitium iis offerri a me, neque patrem meum eos vllo adfecturum (b) malo. Qua conditione accepta ſe ad Ericum receperunt, apud eumque manebant, dum Karius mare occidentale trajicere paratus, (c) Sigurdi dynaſtae conueniendi gratiâ (d) eſſet. Tum Ericus Kario epulas parauit, eumque

---

(r) hallðit avllv. en hinir — ſegir hann.] Fr. c. h. allo ſíno, omnia ſua retinuiſſent incolumia. || F. góðar giafir fyrir hrakningar þeſſar er þeir høfðv. Sva mvn vera verða. ſegir Jarl. dignis mactari muneribus deberent de illis — vexationibus. Sic faciendum fuerit, ait dynaſta: verum &c.

(s) refſíng.] Fr. c. hracníng, adfligi verò debuiſſent.

(t) til høfðv gert.] C. M. til vnnu.

(u) ſæmiligra.] Fr. c. ſannligra, verius (ɔ: aequius).

(v) góðar.] id. ſemiligar, honorificis.

(x) þá mællti Jarl at Kári ſkyldi leita.] E. P. ok vil ek at K. leiti, quare volo vt K. me N. — tentet.

(y) ſæmðir.] Fr. c. ſættir ok ſæmðir. ſatisf. &. praemia.

(z) Jarl.) E. P. þá Jarl ok Svein, dyn. & Sveine.

(a) þá ſagði Kári Eiriki ſvor þeirra.] G. K. ſagði. vita ſkal Eirikr svor þeſſi. K. ait: Haec Ericus ſciat reſponſa.

(æ) Sva ſkal vera — at hann ſkal.] id. Víſt ſkal han, Profecto.

(b) mein.] F. illt.

(c) á fund — Jarls, *omitt.* C. E. R. P.

(d) *Huc addit* G. með allt ſitt, cum omnibus rebus ſuis.

e donis atque Nialſonios mactauit. Dein mare tranſiit Karius in oc- A. C.
m ad Sigurdum dynaſtam, & cum ſociis vnà liberaliter exceptus a
, cum eo perhiemabat. (e) Verê autem Nialſonios petiit, ſecum vt 996.
m factum irent, quod ſe Grimus facturum annuit, modò ipſis comes
ndiam fore voluiſſet. ſpopondit Karius, ſeque tum illi ſocios piraticae
ionis adjunxêre. Praedas ex †) Aungulseyis (f) auſtrum verſus, om-
ıe Aebudis agebant. Mox (g) Satiriam petiere; quò egreſſi manus
ıcolis conſerebant, & (h) magnâ illic potiti praeda, ad naues reuertêre.
uſtrum verſus ad Britonum terram delati, ibi populabantur. (i) Tum p. 138.
nam curſum inſtituerunt, & obuiam ſibi facto Gudrödo (k) Monae
ɔugnâque cum eo commiſſâ, (l) victoriam adepti ſunt, filioque regis
ungale interfecto, magna illic ſpolia ceperunt. Hinc boream verſus
Collam pergebant, vbi Gillium Comitem nacti, prolixèque accepti,
quantum tempus apud eum commorabantur: cumque illis vnâ in

arit.] Fr. c. & f. ſumarit, aeſtate.
ɔdr.] Fr. c. víða, paſſim. || ſvðr Fr. f.
Satiriſs.] *Hanc lectionem ex cod. viebam, atque ita conſtanter legit* ırſtykki *in Vita Magni Nudipedis. autem videtur eſſe peninſula Scotiae* a, *de quâ Buchananus in Hiſt. Scot.*)7. p. 17.); *nam vtriusque auctoris ones planè congruunt.* || Fragm. Sateris. A. & *pl.* Salltiris. E. teris. O. Q. Salltyris. Fr. f. *in* Sallternis.
engv þar fiár mikils.] Fr. c. ſengo ıan ſigr of f. micils, victoriam vbique magnamque praedam reportarunt. *Mox* id. *omitt.* of — ſkipa.
(i) þá.] id. þaðan, Inde.
(k) Máni.] B. C. D. E. F. Frr. Chh. Mon (Mavn). G. Mori.
(l) hafdv ſigr.] E. ſigrudut. P. ſigrudu hann, eum viceruut.
(m) Dúngal.] C. E. P. Dúfgal.
(n) til Kolni.] B. D. E. G. Chh. Frr. t. Kolu. F. í Kló.
†) Avngvlseyiar.] *Hoc nomen in Vita Magni Nudipedis in* Hryggiarſtycki *ſingulariter effertur* Aungulsey (inſula Anglica) *hancque auctor ejusdem libri eſſe tertiam Terrae Britonum partem adſeris.*

A. C. 997. haec Niall: Non eſt hoc adeò nouum: videbitur nulla de culpa factum, ſi iſti homines (l) perimantur: quare mea ſic eſt ratio, vt quam plurimi, qui compellent eos, ſubmittantur, quò quam plurimis auditu compertum fiat, (m) ſi malignè reſponderint. agat igitur Karius cum iis; nam (n) commodo ingenio eſt: ita (o) ſimultas inter vos creſcet; maledicta enim congerent, vbi quis egerit cum iis; (p) quippe) ſtulti ſunt homines. poteſt etiam fieri, vt dicantur filii mei ad res gerendas tardi: quod & vos aliquantiſper tolerate; namque omnia, poſtquam peracta ſunt, lites creant. rumorem autem ferite tum primum, quum, ſi modò injuriâ attentemini, aliquid hac in re deſignare ſtatuiſtis. quod ſi vos me (q) initiô conſuluiſſetis, (r) res in ſermones nunquam veniſſet, neque ſic vlli (s) vobis dedecori fuiſſet: nunc verò maximam inde concipitis (t) aegritudinem: quin etiam veſtra tantum augeſcet ignominia, vt mederi prius nequituri ſitis, quam (u) vos in pericula, decernendô armis, conjiciatis; (v) vnde res tractanda lentè eſt & magno circuitu. His dictis finis

(l) þrepnir.] Fr. c. ámintir, admoniti fuerint.

(m) ef þeir ſvara.] E. P. at þeir ſvari, quod m. reſpondeant.

(n) er ſkapdeildarmadr.] Fr. f. hefir meiri ſcapdeild enn þer, commodioris quam vos ingenii eſt.

(o) óþokki.] Fr. c. óþykki. B. óþyckia.

(p) þviat, *addit* id. & Fr. f.

(q) í fyrſtv.] E. P. í fyrſtvnni.

(r) mvndi alldri ordi á haſa verit komit.] C. E. G. P. mundu þer alldri ordi á haſa komit, nunquam hanc rem in vulgus edidiſſetis.

(s) ſvívirda í vera.] Fr. c. & f. ſvívirding at verda. G. ſkaum í verda,

(t) ravn.] E. F. P. navd.

(u) vandrædi á ydr.] B. fiálfa ydr í ved og i vandrædi, vosmet ipſos periculo & turbis exponatis.

(v) er því lánga nótt at at draga.] D. G. mvn af því lánga nót * at draga. E. P. er af því ꝛc. I. L. N. Q. S. er þá lánga ꝛc. O. er þar l. ꝛc. || * nót *etiam legunt omnes codices praeter* E. & F. *quam lectionem, ſi non alterâ meliorem (quod tamen ſuſpicor) certè ad intelligendum paullô faciliorem, ſequebar in interpretatione. Quid enim ſibi voluerit* nótt, nox? *niſi hic* mortem *denotet, & ſenſus ſit*, Atque ſic longa (illa) nox *(ultima*

nox

finis loquendi factus: resque vulgarem in (x) sermonem exiit. Nialsoniis A. C.
Karium aliquandò appellantibus (y) Griotam vt iter faceret, aliam sibi magis 997.
placere allegationem testatus, tamen iturum se, (z) modò hoc Nialis consilium esset, annuit. Mox Thrainem it conuentum: de re verba faciunt, neque in vnam ambo sententiam eunt. Domum reueniens Karius, a Nialsoniis euentum (a) colloquii rogatus, negauit se verba (Thrainis) recitaturum; sed sperandum (addidit) satis est (æ) talia vobismet audientibus editum iri. Utebatur Thrainn (b) XV. hominibus domi suae armorum gnaris; quorum VIII. ipsum quàcunque proficiscentem stipauerunt. ipse (c) superbo admodum vestitu cultus, togâ cyanea semper velabatur eques: cassidem (d) obauratam, hastam in manu, (e) quam a dynasta acceperat, scutumque nitidum, gladio cinctus gestitabat. (f) Comites eunti frequentes haerebant Gunnarr Lambii, Lambius Sigurdi, & Granius filius Gunnaris ab Hlidarendo: plerumque tamen p. 140.
Hrappus homicida lateri proximus. Erat quidam (g) ejus domesticus Lodinn nomine; qui Thrainem iter facientem, (h) & ad hoc frater Lodinis nomine

---

nox) necessario arcessitur. *i. e. haec res vestrae mortis causa fiat necesse est. Vel forsitan* tenebras; *quasi dicat*, Quare longas per tenebras *(lentè occulteque)* res est adgredienda. *Sed autem* occultè *cum ratione pugnat Nialis, ut ex praecedentibus liquet.*

(x) vmræda.] E. úmada. *Quid?*

(y) til Griótar *omitt.* Fr. c. & f.

(z) ef.] lid. vid þat er, quando.

(a) med þeim.] Fr. f. orð med þeim.

(æ) mællt se slíkt.] E. G. P. hermd se slík. ‖ I. K. L. N. O. Q. S. þeir mundi vísir verda, eos (*vos*) ipsos certiores futuros.

(b) XV. karla vígra.] Fr. c. XV. karla vígi, sedecim virorum praesidio.

(c) skrautmenni mikit.] Fr. f. íþ mesta skrautm. splendidissimo vest.

(d) gyltan.] Fr. c. & f. gylldan.

(e) Jarlsnaut.] I. L. N. O. Q. S. Prándarnaut, a Thrando (quodam) acceptam.

(f) med honom — sætt hodin, *omitt.* lid.

(g) hans.] Fragm. c. Práins.

(h) Tiorfi — honom, *omitt.* C. E. R. P.

A. C. 998. Tiörfius, ſequebantur. Ex his Hrappus & Granius Nialſoniis (i) maximè obtrectabant, maximèque fuerunt in cauſa, quamobrem his nulla (k) ſatisfactio oblata. Nialſonii (l) Karium orare non deſtiterunt, vt ſecum (Griotam) iret: quô tandem factum eſt, vti reſponſa Thrainis ipſos opportunè (m) audire diceret: *) tumque Nialſonii IV. numerô & Karius quintus Griotam proficiſci parant. Hic (n) latum erat veſtibulum, ac multorum pari gradu (o) ſtantium capax. Quaedam foris conſtituta mulier, aduenientes conſpicata, Thraini rem indicat: qui ſuos coire in veſtibulum, & arma capere jubet. ita faciunt: ipſe medius in foribus conſtitit; Hrappus homicida verò & Granius Gunnaris filius (p) alter dexter, alter ſiniſter adſtabant: his proximi Gunnarr Lambii filius, (q) Lodinn ac Tiörfius, (r) tum Lambius Sigurdi filius, ac denique ſuo quiſque ad (s) latera ordine: cuncti enim (t) famuli domi aderant. Skarphedinn comitum (u) ad aedes ſubeuntium primus incedebat, tum Karius, tum Höſkulldus, tum Grimus, ac demum Helgius. Qui cum (v) propius ſucceſſiſſent, ſalutandi officio a domeſticis (x) prorſus neglecto, Skarphedinn, Nos omnes, inquit, optatò adſimus! Halligerda, quae in (y) veſti-

(i) veſt.] F. veſtr. G. veſt ord.

(k) ſætt.] Fragm. c. ſæmd ger eda, ſatisf. praeſtita aut obl.

(l) ræddv opt vid Kára at hann myndi.] C. E. G. P. mintu opt K. á ef hann villdi, K. monere non &c. || opt & *mox* vm ſidir, *omitt.* Fr. c. & f.

(m) heyrdi.] Fragm. f. hurdi.

(n) mikit of, ingens &, *addunt* E. P.

(o) ſtanda *omittit* Fr. c.

(p) tik ſinnar handar hvarr.] id. tik annarar handar, altero ab latere adſt.

(q) *Hos tres omittit* id.

(r) *Hunc neſcit* Fragm. f.

(s) hendi.] I. L. N. O. Q. S. qvdrum.

(t) karlar.] Fr. c. karla, famulorum.

(u) gánga at nedan.] id. gengo hæim at dyrom, ipſam ad portam.

(v) komv at nedan.] id. & Fr. f. coms at dyrunom, ad oſtium perueniſſent.

(x) allar.] G. aullom, omnibus.

(y) andyrinv.] I. L. N. O. Q. S. Fr. c. & f. dyrvnom, aditu.

*) *Sequentia ad* 998. *omninò referenda.*

veſtibulo conſtituta (z) Hrappo aliquid (a) inſuſurrauerat, ſuſcepit: Nemo A. C.
(æ) hic præſentium vos optatò adveniſſe (b) dixerit. (c) Hic Skarphedinn 998.
carmen cecinit:

(d) Mali putârim, ſuſtinens riuûm rogos
Columna, voculas tuas

(z) ok hafdi talat ꝛc. — velkomnir.] I. L. N. O. Q. S. ok mællti. illa ſkylldir þú kominn en eigi vel, Malo tu omine adſis, vtinam, non autem bonô.

(a) talat.] G. talit, id.

(æ) her, hic, *addit* Fragm. c.

(b) mvn engi mæla.] F. mællti engi, dixit.

(c) *Hoc carmen neſciunt* C. G. Chh.

(d) *Ordo verborum in hoc carmine talis eſt:* 1) Avk α) 2) mvnv ekki 3) mega vrd þín, ellda 4) ſíka β) ſkorda, þeſſvm reſkvm. giarn ſed ek úlf ok avrnv. 5) Hornkerlíng 6) ertu 7) eda útigángs 8) púta. 9) víds Hernar 7) hríngs ſkída Balldr 10) ſemr freka Odins avlldv δ).

1) E. Ok, jugum, ónus *quaſi dicat poëta*: Nihil grauius importauerint his viris verba tua. || P. Eg. *malè*. || F. Audz. Fragm. f. Audr. 2) D. F. Fr. c. & f. mvn. 3) E. P. menia. *Unde* ellda ſíka men, *quaſi* gullmen, ornamenta ex auro collaria ſ. lunulae ex auro confectae, *quarum* ſkorda (columna) mulier. 4) F. & Fr. f. ſkída. Skíd *appellatur* vidr (*lignum*), *cui ſynonymum* leggr (*ramus*, & *per Synecdochen*, *arbor*): leggr *autem* os, *in ſpecie* brachium *denotat; unde*, *quum doceat Edda aurum denominari non ab manu tantum, ſed & ab* (legg) *brachio*, ſkída ellðar aurum *poſſunt ſignificare*, & ellda ſkída audr, auri copiam; *quemadmodum dicitur* avdr fiár, *opulentia pecuniae*. 5) Fragm. f. hórkerlíng, adultera. 6) Id. ert. || E. P. máttu heyiar (hyrnar, *v. forte* hymar) heita gandis reitar (reita) Balldr ꝛc. *Unde verborum ordo*: máttu heita hornkerlíng eda útigangs púta. Hyrnar reitar gandis balldr ſemr Odins avlldv, Anus angularis debes (potes) vocari, aut ſcortum foris vagans. Hernae (inſulae) ſepimenti (*maris*) lupi (*nauis*) Balldrus (*vir*) miſcet Odini vndam (*verſificat*). Hyrnar *idem debet eſſe atque* Hernar. Heyiar, *pro* eyiar, inſulae, *quemadmodum* hranmaſtr *pro* ranmaſtr *in Edda*, *ſenſum quidem non mutat*, *ſed metro repugnat*. Reitr, *pars terrae ſepta; itaque per Metonymiam*, ſepimentum. Gandis *videtur eſſe genitiuus a nomine Odini*

Gand-

A. C. 998.

(Lupum libenter ſaturo, Jouis & alitem.)
Valere nîl dare his viris.
Anus loci infimi es. (Per Hernae cingulum
Vaſtum ambulans calopodiis
Praelarga Balldrus miſcet Odini pocula.)
Scortumve peruagans foris.

Skarphe-

Gondir, *ſed quomodo hic locum habeat, non video.* || F. ſegia (*vel* ſiá) hernat (*ſequ. etiam* Fragm. f.) hríds vid (*v.* vîd) ſkeka ꝛc. dicunt (vident) *te*) onum ſede angulari (dignam, vel &c. Hernat *vitioſè legit pro* hernar, *imò &* hríds; *niſi hoc idem ſtatuas ac* hríngs; *ea nimirum ratione, quod* hrid *v.* hrídr, tauri *appellatio eſt, cui tam ſimile eſt vocabulum* hrídir *gladius, ut ſubſtituendi unum pro altero ſit locus; gladius autem nominatur* hríngr: *itâque* hernar hrid *v.* hrídr, mare, *ut ſupra. Alias, neglecto vocabulo* hernar *v.* hernat, hrids vidſkeki aurum *denotat:* hríd *enim* maris, *&* vidſkeki, *fera, vel lupus lignorum,* ignis *poëtica nominatio eſt.* || Fragm. c. hefir. *vitioſe.* 7) P. edr. 8) E. F. pútu. *Accuſandi caſu.* 9) Fr. c. vîd. 10) P. ſeims. *malè.*

α) *Vocabulum* auk *duplici hic poteſt modo accipi, vel ut Subſtantivum,* malum, damnum v. dolorem *denotans, quô ſenſu idem occurrit in Vita Olavi Sancti, ubi Sighvatus ita de eo canit:*

Auk at iárna leiki
Inn-hrœndum let finnaz.

Id eſt: damnum (v. dolorem) in ferri ludo (ꝛ: praelio) Thrandis interioribus fecit importari. Vel ut Aduerbium, pro ultra, *quaſi dixerit poëta, Nihil ultra valuerint aduerſus bos viros tuae voces.* β) Síki, *vulgò, amniculus;* ſík, *poëticè, mare:* ſíka elldar, *aurum, & hujus* ſkorda, mulier. γ) Hern, *inſulae nomen, inter alia Enari Skulii filio memoratum in Nomenclatus is Inſularum, ubi ait:* Breſir cru ſili Hernar. i. e. *Rumpitur (frangitur) validum Hernae vinculum (ꝛ:* mare). *Vide ſis Cap. II. ad finem.* Hernar hríngr, mare: ſkíd, *tabula, v. calopodium, quô mare tranſitur;* nauis: *unde* Hernar hríngs ſkída Balldr, *Metaphorica viri appellatio, quâ ſe ipſum notat poëta.* δ) Odins alda, *ſ. Odini unda,* poëſin *ſignificat, undam pro aqua, & aquam pro mulſa ponit: vel undam pro mari, quod* lægr *appellatur;* lægr *autem proprie* liquorem *denotat, & in Edda vocatur poëſis* hverlægr Odins. *Ita Egillus Scallagrimi f. in carmine* Hofudlauſn, *poema* Odins ægi *ſ. Odini* mare *denominauit.*

arphedinn ait: Nihil valuerint verba tua; tu enim (f) vel (g) anus es A. C.
loco digna, vel ſcortum (h). Hae voces tuae, reponit mulier, tibi 998.
enſabuntur, quam redieris domum. Helgius fatur: Ego te, Thrainn,
num quam mihi ſatisfactionem praeſtare velis de vexationibus quae
ua cauſâ in Noruegia euenêre. Cui Thrainn: Ego verò nunquam
i), vos fratres (k) virtutem veſtram fuiſſe pecuniâ menſuros: at quous- p. 141.
l) haec pecuniae rogatio durabit? Complures fatebuntur, ait (m) Hel-
debere te nobis offerre (n) ſatisfactionem, ſiquidem de vita tua age-
Hic Hrappus: Id fortunae diſcrimen arguit, quod (o) qui dignus
ictum accepit (calamitatis): vos in afflictionem fors rapuit, at nos
at. Helgius regerit: Parua felicitas erat, mutare (p) fidem erga dy-
, ac (q) te pro ea recipere. Hrappus contra: Egone tibi reſtituti-
debere videor? ſatisfaciam tibi qua te re dignum (r) cenſeo. Et

---

Skarphedinn — púta, *omitt.* B. E. Fragm. c. & f.

annathvart.] G. bædi, & — &.

hornkerling.] G. herkerling anus (inquieta). I. L. N. Q. S. hór-, adultera. O. horkerling, anus mu-. *ridicule! unde adparet, utrum vir-ccentualibus in lingua noſtra opus ſit,*

Huc addunt lid. nema bædi ſe, mũ que ſis.

fyrr, antehac, *addit* Fr. c.

gera drengſkap ykkarn.] B. Fr. f. era dr. ꝛc. v. v. p. metiſi voluiſſe: N. O. Q. S. ſýna mer dr. nokk- f. aliquod erga me benefactum ne gratiâ oſtenſuros.

(l) ſtárbón ſiá.] G. ſtárheimta þeſſi eda bón, haec pec. poſtulatio aut (potius) rogatio.

(m) Helgi at þú ættir at.] O. Hallgerdr, at þú ættir eigi at, Hallgerda, non deb. te. *ridiculum.*

(n) ſættina.] B. ſæmdina. Fr. c. ſembina. Fr. f. mer ſæmdina, mihi fat.

(o) ſá — ſkylldi. ok *omitt.* Fr. f.

(p) trúnadi.] id. ſtrú ſinni. || F. ſátt, gratiam dyn. exuere.

(q) þik vid.] Fr. f. þic i móti. E. P. ſlíkan í ſtadinn ſem þú ert, talem (hominem) qualis tu es, ejus loco rec.

(r) mer þikki.] Fr. f. er, qua tu re dignus es.

A. C. 998 Helgius: Nihil negotii (s) habebimus inter nos, quin (t) id tibi parum adeò ſit profuturum. Skarphedinn ſuſcipit: Ne cum Hrappo verba (u) commutate, ſed ei rubras exuuias pro griſeis reddite. Cui Hrappus: Tace tu, Skarphedinn; meam in caput tuum (v) ſecurim ingerere non parcam. Id exitus probabit, reponit ille, vter noſtrum alterius ad caput lapides conſtruat. Tum Hallgerda: Abite vos domum, *Fimo-barbi;* hoc nomine vos in poſterum ſemper appellabimus, at patrem veſtrum *ſenem imberbem.* Se verò non prius domum conuertêre, quam omnes in veſtibulo conſtituti harum vocum culpam, praeter Thrainem, in ſe admiſiſſent; (x) is domeſticos profari convicia illa vetuit. Diſcedentes inde Nialſonii domum vſque pertenderunt, patremque rem edocuerunt. Niall: Num quos harum vocum teſtes vocaviſtis? Nullos, ait Skarphedinn; hanc enim cauſam (y) non ſumus perſecuturi, niſi in *foro armorum* (praelio). Bergthora ſuſcipit: Crediderit nunc nemo, vos (z) arma tollere auſuros. At Karius: (a) Parum id age, hera, filiis tuis vt addas ſtimulos; nam alias etiam (æ) ſatis animi promtos (b) arbitror.

(s) eiga.] id. vid eigaz.

(t) þer mun ekki betr gegna.] F. — betr gánga. G. — ekki gagn í vera, id t. nulli lucro ſit f. B. þer m. verr í geta, tua ſors pejor ſit futura. I L. N. O. Q. S. þú ſkallt lítid vinna í, tu parum inde ſis lucri facturus.

(u) ſkiptit.] G. ſkiptu, commuta. C. E. F. Chh. Fr. c. & f. ſkiptum, commutemus.

(v) bera øxi mína.] Fr. c. hlada gridti, lapides ad cap. t. congerere.

(x) hann þeckti.] Fr. c. h. þecdi. P. ok þeckti, idem. (*vel forte*, atque his ex verbis noſcebantur ingenia). B. han hepti. G. h. bad menn þat eigi tala.

(y) ekki *omittit* Fragm. f.

(z) vapn at hefia.] B. F. Fr. c. & f. handa at hefia, manus eleuare. C. M. vapn at bera, arma geſtare. E. P. G. med vopnum at vega (hefna), armis caedere (vlciſci).

(a) lítid.] Fragm. c. lítinn.

(æ) ærit.] Fr. f. hollzti. G. hellti.

(b) *Huc addit* B. þótt þeir ſeu eigi eggiadir, quamquam non incitentur. *Mox* I. K. L. N. O. Q. S. Eptir þat — þeirra *omittunt.*

arbitror. Postea pater filiique omnes & Karius Sölmundi filius affinis †), remotis arbitris, prolixè colloquebantur (c). A. C. 998.

Cap. XCIII.

(d) Caedes Thrainis Sigfussonii.

(e) Iamque sermo de controuersiâ illorum (f) increbuit, ac nemo non eam (g) in praesenti statu (h) sopitum non iri cogitabat. (i) Erat Runolfus Ulfi *Pontificis* Eyrensis filius, Dali ad orientem habitans, Thraini amicissimus, eumque domum ad se inuitauerat: & constitutum fuit, vt in orientem (k) III. aut quatuor hebdomadibus ab inita (l) hyeme transactis, aduenirent. (m) Hujus profectionis socios (n) appellauit Hrappum & Granium, Gunnarem Lambii, p. 142. Lambium Sigurdi filium, Lodinem ac Tiörfium, viri VIII. erant numerô; Thorgerdâ insuper & Hallgerdâ profecturis. Pronuntiauit quoque Thrainn se

---

(c) ok voro Niálssynir allreidir, erantque Nialsonii admodum irati. *addit* Fragm. f.

(d) Víg Þr. S.] Fr. c. Þráinn fór í Dal at heimbodi, Thrainn Dalum iit ad conuiuium inuitatus.

(e) Nú — fiatna, *om.* I. K. L. N. O. Q. S.

(f) verdr] Fragm. c. er.

(g) sogvrt.] B. sva giort. C. E. R. P. Fr. f. sva búit, id.

(h) fiatna.] F. Fr. f. standa, perstiturum.

(i) Sva er sagt at Runólfr, Dicitur R. &c. I. K. L. N. O. Q. S.

(k) IIII. Fragm. c.

(l) vetri.] C. sumri, aestate.

(m) Þráinn bad til þessar ferdar Víga-Hrapp &c.] F. I. K. L. N. O. Q. S. Fr. c. & f. þeir fóru med Þráni (honum) Víga-hrappr (*& sic caet. in Nomin.*) Comites Thraini (ei) haerebant Hr. homicida & Granius, &c. B. Fór nú ok med honum Vigahrappr &c. Nunc quoque illi comes erat Hr. hom.

(n) bad.] E. P. qvaddi.

†) *Quod hìc Noster Kariam adfinem Nialsoniorum nominat, ex eo colligere licet, Thrainem caesum esse non primâ post eorum in patriam reditum hyeme, sed, ut videtur, alterâ; diutius enim controuersiam illorum pependisse non est verisimile.*

A. C. 998. ſe Markae apud Ketilem fratrem (o) moraturum, ſimul (*) indicans, quot noctes abfuturus domo eſſet. Omnes panoplia (p) inſtructi; flumen Markicum orientem verſus tranſierunt: vltra flumen (q) pauperes offendebant foeminas, rogitantes, vt flumine (r) tranſueherentur: quô confectô, Dalum vſque pergebant; ibique curatiſſimè accepti, per (s) duas noctes manebant. Aderat & hic Ketill a Marka. Runolfo & Ketile (t) Thrainem orantibus, vt cum Nialſoniis decideret; (u) iratè reſpondit, negitans ſe pecuniam ſoluturum nunquam; quin adfirmans, opinari ſe (v) nuſpiam contra Nialſonios (x) imparatum eſſe, quocunque in loco (y) congrederentur. Poteſt, vt ita ſit, inquit Runolfus: verum ego (z) illud judico, (a) parem iis eſſe neminem (æ) poſtquam (b) obiit Gunnarr ab Hlidarendo. & quidem ſimilius vero eſt, hanc rem in (c) perniciem alterutris euaſuram. quod ſe Thrainn (d) nihil formidaturum ait. Dein Markam adſcendit, exactisque ibi II. noctibus

(o) at vera í Mørk — heiman at vera.] Fragm. f. heiman at vera III. nætr eda IIII. domo abfuturum III. aut IV. noctes.

(*) qvad á.] C. E. G. P. gerdi áqvedit.

(p) høfdv allir.] Fragm. c. voro allir med.

(q) ſnavdar.] G. fátækiar.

(r) ſkyllde reidá.] O. *S.* mvndi reiddar.

(s) III. *legunt* E. F. P. Fr. c. & f.

(t) bádv Práin at han mvndi.] E. P. budu Práni at þeir mundu rída med honom ok kvodo þá mvndv, conditionem Thraini offerentibus, vt cum eo proficiſcerentur (ad Nialſonios), ſeque cum Nialſoniis tranſacturos ajentibus. || Fr. f. bádu Þr. vera varan vm ſik. ok bádu at han m. Thr. orant, vt ſibi caueret; ſimul, vt cum N. &c.

(u) ſtyggt.] B. ſteykt. F. Fr. f. ſtutt.

(v) hvergi.] Fr. c. ekki, ab re nulla.

(x) varbúinn.] B. vanbúinn.

(y) ſvndiz.] Fr. f. hittiz. F. hittvſt. Fr. c. hittaz.

(z) hina ſkilníng.] Iid. hitt fyrir ſatt, illud pro certo habeo.

(a) engi — maki.] B. Fr. c. & f. avngir — makar. *plural.*

(æ) ſíz.] C. R. Chh. Fr. c. & f. ſídan.

(b) leſt.] E. leid. Chh. fell, cecidit. B. F. Fr. c. & f. var allr, finitus eſt.

(c) bana.] Fr. f. líflátz.

(d) ekki þat mvndv hrædaz.] G. engv kvída vm þat, n. praetimere.

, Dalum rurſus (e) deſcendit: (f) dimiſſus cum (g) honorificis vtro- A. C.
niis. Flumen Markicum vtrinque tectum glacie, medio alueo aper- 998.
dit, (h) gelu tamen hic illic junctum. Thraine domum ſe veſpere
i ſignificante, Runolfus monuit, ne domum iret; tutius oſtendit, non
is ab ipſo (i) praefinitum redire. Thrainn (k) reſpondit: Hoc me-
ſt (l); adeòque nolo. Foeminae circulatrices (m) quas flumine
uerant, Bergthorshvalem venerunt. a Bergthora, vnde adeſſent, in-
; reſponderunt, ex oriente ac tractu Eyafiallenſi. Qui vos, ait
a, per flumen Markicum tranſuexit? (n) Illi ſplendidiſſimi homines,
Quinam? inquit illa. Thrainn Sigfuſſonius, inquiunt, & ſui comi-
erò nobis, addebant, (*) potiſſimùm diſplicebat, quod tam (o) multilo-
c ac maledici in (p) virum tuum & filios. Ad quae Bergthora: (q)
n ex voto famam conſequuntur. Deinde mulieribus abituris (r) dona
rcomata, quando Thrainn domum eſſet reuenturus? quem illae IV

---

n.] B. yfir, transſcendit.
irtveggia útleyſtr.] E. P. hver-
iddr.
niligvm.] B. G. góðvm, bonis.
:v ſpengr á.] C. G. Chh. Fr.
r B.) ſiná ſpengvr (ſiná ſpángir),
ár ſp. cruſtis minoribus gla-
iic &c.
:.] Fr. f. ſakt. E. P. ætlat, con-

rar. ræſla er þat.] Fr. c. ſagði
) vita, id metum arguere dixit.
c *add.* E. P. at fara eigi ſem
lat, non, vt conſtitui, abire.
ic *interpolat* Fr. f. vándar belg-
robae lacci gerulae.

(n) er meſtir oſlátar voro.] C. G. Fr. c. — oſl. ero. || B. menn Þráins Sigfuſſonar, comites Thrainis Sigf. *Mox id. omitt.* hverir — menn hans.

(*) hellz at.] O. Q. S. veſt, Bergþóra min, peſſimè, Bergthora mea.

(o) fiölordir.] G. fiölmæltir.

(p) bónda þíns oc ſona hans.] I. L. N. O. Q. S. húſs, hanc (tuam) familiam.

(q) margir kióſa ekki orð á ſik.] Fr. c. m. k. eigi ꝛc. F. Fr. f. fáir kióſa orð á ſik, pauci ex voto &c.

(r) góðar, bona, *inſerunt* C. E. K. P. Fragm. c. || gyli, prolectandi gratiâ, *mtl.* B.

V. C. vel V. noctes domô obscurum significabant. Post filiis & genero suo Ka-
998. rio Bergthora indicauit, & cum his (s) secretò prolixèque loquebatur. Eò-
dem verò mane, quo Thraimn cum suis ab oriente reuerterunt, Niall (t)
p. 143. primâ suscitatus luce, crepitu securis Skarphedinianae (u) tubulationem con-
tingentis audirô, statim exsurrexit; (v) egressusque filios omnes atque generum
Karium in armis esse conspicatur. Praecedebat Skarphedinn (x) sago lividi
coloris circumdatus, (y) clypei genus *targa* dictum praeferens securimque
humero impositam. Ei proximus incedebat (z) Helgius in (a) rubra tunicâ,
galeatus, rutilumque ferens clypeum, ceruina insignitum effigie. Post eum
Karius ibat, thorace vtens serico, (æ) deaurata galea, scutoque imagine (b)
picto (c) leonina. denique omnes coloratis induti vestibus erant. Niall, (d)
vocato Skarphedine, Quò, inquit, gnate mi, ibitur? oues quaesitum, respon-
dit. Niall contra: Sic (e) aliquando dixisti antehac; quum & vos homines
capiebatis. Hic Skarphedinn (f) edito risu, Audite vos, inquit, quod senex
loqui-

(s) leyniliga.] Fr. c. & f. hliótt.

(t) ſnemma *omissum ead.* Fragm.

(u) þilit.] Ead. & F. þili.

(v) gengr út.] E. P. gengr upp um gardinn, & supra sepimentum villae egr.

(x) ſtakki.] K. kyrtli, tunicâ. || E. P. bróknm ok hafdi vppháfa ſkó ok í kyrtli blám, braccas liv. col. indutus, cothurnis vtebatur, tunicâque caerulea.

(y) tvrgvſkiolld.] G. travgvſkiolld (*non vero* torgvbvklara, *quod in nullo eorum, qui mihi ad manum erant, Nials-Sagae codicibus reperitur. forſan ita legas Textus A.*) Fragm. c. tavgvſkiolld. || F. & Fr. f. treyio ok tvrgvſt. toraceque, clyp. &c.

(z) *Karium prius ponunt* E. F. P. Frr.

(a) ravdvm.] F. ſvgrvm, splendida.

(æ) gvltan.] Fr. c. & f. gvldan. K. gullrodinn ok gvltan, deaur. gal. & aurato scuto.

(b) dregit.] Fr. c. & f. dreginn.

(c) leo.] G. leon.

(d) kalladi á Skarph.] Fr. f. kallar á ſonu ſína ok ſpvrdi Sk. invocatis filiis, Skarphedinem interrogauit. Fr. c. ſpvrdi *pro* kalladi á.

(e) eitt ſinn.] Ead. Fr. eino sinni.

(f) hló.] E. P. glotti, subridens.

loquitur; non eſt (g) intactus ſuſpicione. Karius: Quando iſtud reſpondiſtis antea? Quum, ait Skarphedinn, Sigmundum *Album* Gunnaris propinquum occidebam. Qua de cauſa? inquit Karius. (Skarph.) Quod Thordum *Libertinum* cecidarat paedagogum meum. Niale domum regreſſo, illi in Raudaſkridas adſcenderunt, ibique (h) manſerunt: hinc enim (aduerſarios) Dalô orientali decedentes proſpicere licuit. (i) Eo die ſol ſerenô aëre ſplendebat. Iamque Thrainn cum ſuis Dalô deſcendebant per oram fluminis; cum Lambius Sigurdi filius inſit: Reſplendent clypei in Raudaſkridis, ſolibus illuſtrati: ibique ſine dubio nonnulli homines (k) inſident. Nos igitur, inquit Thrainn, flexo curſu ſecundum flumen deſcendemus, & ſic iſti, ſi (l) quid ſibi nobiscum negotii eſt, obuiam ſe nobis ferent. Mox ad inferiora propter flumen diuerterunt. Unde Skarphedinn: Iam ſenſerunt nos, quando deflectunt a via: quare nobis nihil aliud reliqui eſt, quam deſcendentibus (m) occurrere. Ad quae Karius: Multi (n) vias inſident, (o) qui non (p) tam inferiores numerô ſunt, quam nos; illi VIII, nos verò V. ſumus. Mox curſum ſecundum flumen inſtituunt, vbi flumen infrà commiſſum glacie vident, tranſituri. Thrainn ſupra hunc ponticulum in ſtrato congelato ſubſiſtens, Quid verò, ait, homines iſtos velle? V modò ſunt, at nos VIII. Lambius A. C. 998.

(g) hann grómlavſs.] L. N. O. honvm grunlauſt.

(h) bidv.] G. bidodo.

(i) *Haec neſcit* F. || vm dagin.] Fr. c. of d. Fr. f. vm myrgininn, Hoc mane.

(k) flokkr ok, (non nullorum homi num) coetus & (inſidiae), *inſer.* G.

(l) nokkur.] Fr. c. nacqvat.

(m) hlavpa.] id. ſnúa.

(n) mvnv fyrir ſitia.] B. haſa fyrir ſát, inſidias ſtruunt. || G. þeim þikkia fuir ſitia, videbuntur iis (aduerſariis) ſibi inſidiari. *per Ironiam.*

(o) at.] B. C. E. R. P. Fr. c. f. ok, ac. || haſa eigi þannig lidzmvn ſem ver.] G. er eigi þannveg lidzmvnr ſem ek villda, nec (tamen) ea inaequalitas numeri eſt, quam ego vellem.

(p) þannig.] F. Fr. c. þenna. Fr f. þann. B. ſlikan.

A. C. 998 Sigurdi filius reſpondit: Auguror eos tamen (q) periculum facturos, quam quam etiam plures aduerſum ſtarent. Thrainn togam exuit, (r) demta- ſimul capiti galeâ. Id Skarphedini, (s) cum propter flumen decurrebant, euenit, vt corrigia calcei ſui (t) diſſiliret, ideoque reſiſteret. Vnde Grimus: Quî tu, Skarphedinn, adeò (u) retardare? Religo, inquit hic, corrigiam calcei mei. Nos praecurramus, ait Karius; ſic enim reor, illum quam nos haud ferius adfore. Conuertunt ſe ad ponticulum glacialem magna feſtinatione.
p. 144 Skarphedinn ſimul vt (v) erat accinctus, raptim ſurgit, & ſecurim *Rimmugygam* ſublimem geſtans, rectà procurrit ad flumen. Flumen verò tantae fuit altitudinis, vt longè longèque (x) imperuium eſſet. (y) in ripa vlteriore ingens erat congelatio, vitri modo lubrica: in qua media (z) Thrainn & ſui conſtitêre. Skarphedinn, (a) eleuato corpore, alueum inter projecturas glaciei, quae ripam vtramque praecingebat, apertum tranſilit, (æ) neque tum inhibito curſu, ſed (b) continuo pedum lapſu prorſum fertur: tamque lubrica erat glacies, vt ille velocitatem volantis auis adaequaret. Thraine capiti galeam impoſiturô (c) Skarphedinn ad (d) hunc & comites ferens, ſecurim *Rimmugygam*

(q) til hætta þótt manni ſtædi ſleira.] F. til ætla at enn ſtædi ſleiri, adeundi certos, quamqu. etiam pl. || enn *pro* manni *etiam* Fr. f. || ſæti *pro* ſtædi Fr. c.

(r) tekr.] Fr. c. ſætti, depoſita.

(s) er.] Id. at, id.

(t) ſtøkk í ſundr.] E. P. ſlitnadi.

(u) hvikar]. B. C. E. K. P. Fr. c. hvikaz.

(v) var búinn.] Iid. hafdi bundit ſkóinn (ſkóþvenginn (ſcęþvenginn, Fr. c.) religauerat calceamentum (corrigiam calcei).

(x) úfært] G. óreidt, equo imperuium.

(y) avdrvm megin fliótzins.] F. Fr. c. fyrir avſtan fliótit, in ripa fluminis orientali.

(z) Þráinn, *addit* Fragm. c.

(a) á lopt.] id. vpp á lopt.

(æ) ekki *neſciunt* C. E. G. Chh.

(b) at fram fótſkridv.] B. fótſkr. at fram þar þeir ſtódu, — eò fertur, vbi conſiſtebant.

(c) *Poſt* ætladi *add.* C. E. G. P. þá, jamjam. B. í þeſſv, F. í því, interea.

(d) þeim.] B. C. F. Fr. c. fyrri (fyrr) prius. E. P. ſkiótara, citius. G. miøk, proximè. Chh. í þeſſu, ſimul.

gygam in eum impulit, quae in caput veniens, id dentes vſque maxillares findebat, ita vt delaberentur in glaciem (e): quae res tam breui (f) momento accidit, nemo vt ictum infligere caedenti poſſet. ſed ſtatim effuſiſſimo curſu (g) auolans (h) ſeuum a Thiorſio pedibus currentis obiectum, ſubſiliendo tranſiit, ac ſe tamen pedibus excipiens ad extremam glaciei marginem proruit. Tum Karius cum caeteris (i) occurrit, &, Viriliter, inquit, (k) hoc geſtum eſt. Deſiderantur adhuc veſtrae partes, ait Skarphedinn (l) & carmen fundit: A. C. 998.

(m) [Vobis] ego nec ſerior adfui
Edenda nunc ad ferrea jurgia;

(e) *Huc add.* G. tók Skarphedinn vpp einn jaxlinn ok kaſtadi í púng ſer, ſuſtulit Skarph. vnum dentem maxillarem, atque in marſupium ſuum conjecit.

(f) ſvipan.] R. I. Q. ſkipan.

(g) frá.] C. E. R. Chh. frá vfan. deuolans inde. B. frá vfan med ſtiótinu, dev. ſecundum flumen.

(h) torgv.] C. Fr. c. F. tavrgv búklara (— búklera). E. P. ſkilldi.

(i) at nedan, in occurſum ejus adſcendunt, *inſerit* Fragm. c.

(k) at farit.] N. at verit. G. I. K. L. atunnit. B. Fr. c. enn (at) farit, eſtum nunc res geſta eſt.

(l) *Carmen omittunt* C. Chh. *pler.* & Fr. c.

(m) *Ordo verborum hujus carminis talis eſt*: Enn kom ek 1) eigi 2) ſídarr til vapna ſcnuv, þviat ek let 3) ær 4) allhardan 5) avdz 6) æſki rýri β). En þviat Jarl 7) hravd 8) vnnar elg γ) 8) fyrir Grím 10) ok Helga, er nú avlldv elldvidvm δ) efni at hefna 11) ſtiks.

1) D. ekki, nihilo (ſerius). 2) P. ſídr, minus. 3) D. H. er. *quod vel idem eſt vt* ær, *vel*, *ſi mauis*, vos, *hoc verborum ordine*: Eigi kom ek ſídarr enn er, non adueni ſerius quam vos. || P. ár, amnis, *vide mox var.* 6). || E. árr. *quod poteſt eſſe* maturus, & *Aduerbialiter ſenſum habere*, Mature feci virum cadere. 4) P. allhradan, promtiſſimum. 5) P. ydr, vobis (i: non minus adfui quam vos). E. ydr, *id. nc* ydr. *Si verò* údr *legeres*, *poſſet hoc ad* elldr *referri*, & údar elldar aurum *ſignificare*, *niſi afficeret Nominativus*. 6) D. eſki, id. || E. P. elldr

A. C. 998. Nam promtus auri praebitorem
Perualidum dederam caducum.
Sed quod dynaſtes oceani [viris]
Nudauit alcem, quae Grimi & Helgî erat,
Nunc illud opportunitas eſt
Munificis data vindicare.

(n) Atque hoc alterum:

(o) Impetê ſublimem, thoraci pernicioſam,
Vulnificam inuehier feci vehemente *gigantem*;

Ad

---

ellda. *Unde, ſecundum* P. ár elldar, aurum, *& hujus* rýrir vir. *Secundum verò* E. ellda ryrir, *abſolutè ſignificat*, gladiorum conſumtorem. 7) B. hrud. 8) P. unuur. 9) id. á Grím ꝛc. aduerſus Grimum & Helgium. 10) ok *neſcit* E. 11) D. E. P. heſs.

α) Er *foemininum quidem eſt, ſed pro maſculino* ærr (srr) *capio; nam librarii alterum* r *ſine dubio conſonantium metricae & euphoniae gratiâ omiſerunt. β*) Ayðs æſki ryrir, *ſ. qui diuitias optat diminuere*, viri *appellatio; quâ Thrainem intelligit. γ*) vnnar elgr *ſ. māris alces*, nauis. *δ*) apllðo elldr, *aurum, cujus* vidir, *partores v. conſumtores*, viri; *quo adpellatione fratres notat.*

(n) *Hoc etiam omittunt* C. G. I. L. M. N. O. Q. S.

(o) *Verborum in hoc carmine talis ordo:* Brátt 1) let ſek fram rída 2) brynio hætta bengrídi. helldr fyldi 3) vand giálpar 4) nafna hrafn 5) á hollði. 6) Veit ið Hrapp hríð á víðvm ísi, ſem 7) hetvð. Rimmvgygr 9) red roſtv ſavng 9) tíl 10) dimmvm liódvm.

1) D. Frogm. c. læt, facio. 2) lid. bryniom hætta, thoracibus. || F. brognom hetta (*quod lapſu calami irrepſiſſe videtur, pro* hetta, *quemadmodum leguntur* B. & Fr. c.) hominibus noxiam, *vel* hetta *pro* heitta, acutam (aduerſus homines). Fr. c. *poſt* bryniom hætta *inſeris* beniom hetta, vulneribus (mortiferis) noxiam, ɔ: *quae haec infert.* 3) D. vangiallðar, quae malè gratiam refert (v. cui malè rependitur). E. van giallſar. giálf & giálp idem. || P. vár giálſar, noſtra (ſecuris *ſc.* foeminae giganteae cognominis). || F. Vilgi-

Ad faciem corium repleuit carne virili
Improba clamoſae cognominis illa giganti.
[Eja age nunc] Hrappo, quae confirmatio veſtra eſt,
In glacie latùm porrecta offerte procellam:
Occipiebat [enim mea] cantum bella cientem
Rimmugyga obſcuro valdè quam vociferatu.

A. C. 998.

Hoc (vt faciamus) conuenerit, ait Helgius. ſeque mox (q) ad inimicos p. 145.
runt. Grimus & Helgius, vbi Hrappus erat, conſpicati, (r) gradum in
continuò verterunt. illeque ſimul ſecuri Grimum impetit. quò viſò
gius manum Hrappo ita percutit, vt eâ detruncatâ ſecuris decideret.
ic Hrappus: (s) Hocce tu, inquit, opus vtiliſſimum, deſignaſti; haec
manus haud paucis hominibus malum intulit ac mortem. Hic verò
tandem

---

iálfra, foeminarum (gigantearum) us inteſtina crepitant. || K. val-ar. 4) id. nafni. *gen. maſcul. unde* álpr *oporet us* Hedinis *appellatio ujus cognominis erat Skarpheðinn.* 5) & Fr. c. á hauldi, viro illuſtri o: ore illuſtris viri. E. K. P. at hauldi ði) id. at *etiam referri poteſt ad* ván il *(ſub not.* 3.) at ván, vil, ad *(ut ſperandum fuit)*, ad voluntatem *animi ſententia).* || F. í hilldi, in a. 6) P. veitt ſkal, dabitur (im. in Hrappum). 7) id. ek heitta, ego iſi. 8) D. F. K. & Fr. c. reið ic. irata ceeinit obſcuris bellicis oribus, v. turbas obſc. clam. *aut ſi* : Invehebatur obſcuris bellici cla-ous. || E. P. rógfeſta (ránga feſta) hellðr rauſvom Rimmvgygr ic. *admodum obſcurè.* 9) D. við dimmvm, ſuboſcuris. 10) F. K. dimmv. *unde ordo verborum:* Ól reið ſayng Rimmvgygr roſtv dimmvliðum, nimis irata cecinit obſcurò bellicò. *Vel*, reið til roſtv ic. invecta eſt ad (ciendas) turbas obſc. clam.

(p) hat — Helgi *omiſit, iidem, qui carmen, it.* E. P. & Fr. c.

(q) at heim. heir Gr. ok H. — honom.] B. E. P. *tantum*, Grímr ok Helgi at Hrappi. ad Hreppum Gr. & H. conuertunt. || heir Gr. — honom *omiſit.* I. K. L. N. O. Q. S.

(r) ſnerv.] Fr. c. ſækia, eum continuò impetunt.

(s) hetta.] B. E. P. Fragm. c. her, hìc.

A. C. 998. tandem (t) finis erit, repoſuit Grimus: haſtaque Hrappum confodit, vt eximus caderet. Kario ſe Tiörfius obtulit (u) haſtam excutiens in eum: ſic verò ſubſiliebat Karius, vt telum infra (v) pedes ſuos transmolaret: mox ipſe, incurſione facta, gladium in pectus hominis direxit; quo in viſcera penetrante, neci datus è veſtigio eſt. Skarphedinn & Gunnare Lambii & Granio Gunnaris filio comprehenſis, Binos, inquit, hic cepi catulos; quid verò in (x) hos conſulendum? (y) Eſt tibi facultas, ait Helgius, vtrumque occidendi, ſi mori eos cuperes. (At Skarphedinn:) Non ſuſtineo ſimul facere, vt opinor Högnio (z), & fratrem ejus perimam. Erit quandoque, regeſſit (a) Helgius, quum hunc a te occiſum fuiſſe voles; neque enim hic vnquam, neque quiſquam eorum, qui nunc adſunt coram, fidem tibi integram praeſtabunt. Skarphedinn reſpondit: Nihil ego metuam ab his. (æ) Dein Granio Gunnaris & Gunnari Lambii, Lambioque Sigurdi filio & Lodini incolumitatem praeſtiterunt: (b) ipſi ſe domum conuerterunt. Niall, quae

(t) endir.] Fr. c. endi.

(u) ſkotr at honom — høggr til.] I. K. L. N. O. Q. S. *tantum*, høggr Kári til, Karius gladium in &c.

(v) fætr á Kára.] C. E. G. fæturna.

(x) þá, *addit* Fragm. c. || E. & P. af, *pro* vid, *legunt*.

(y) koſti áttir þú. ſ. Helgi — feiga.] F. koſt á ek at drepa þá. ſ. Skarphedinn ef ek vil, Eſt mihi fac. eos occid. ſi vellem.

(z) at hverio máli, in quolibet negotio, *addunt* B. E. P. Fr. c.

(a) Helgi at þú mvndir hafa viliat drepa hann] E. P. Grimr. attu villdir þá feiga ok þú mvndir vilia drepa þá, Grimus, cum mortem eorum volueris occidendô maturare.

(æ) Síðan gáfv þeir — Lodni.] I. K. L. N. O. Q. S. Vóru þeim (þá) gefin grið.

(b) *Hic inſerit* B. Síðan gengv þeir til fliótſins þar ſem Skarphedinn hafði vfir hlavpit. ok mældv þeir Kári lengd lavpſins með ſpiótſkeptum ſínum. ok var xii. álnar. Deinde ad flumen accedebant quâ Sk. tranſiluerat, Kariusque cum ſociis longitudinem transcurſus metiebantur haſtilibus ſuis, eaque XII. vlnas compleuit. *Lectio haud dubie proba*: Sed quae

quae gesta essent, percontatus, & a filiis omnia quam planissimè doctus: A. C. Graue hoc nuntium, inquit, & (c) quam veri simile est, hinc emanaturam, 998.
si non plus mali, vnius certè filiorum meorum mortem. Cadauer Thrainis Gunnarr Lambii filius (d) Griotam secum vexit, ibique tumulô condi-tum est (e).

CAP. XCIV.

(f) Conuentus de caede Thraïnis pacificatorius.

Ketill Markensis, quod Thorgerdam Nialis filiam (g) in matrimonio habebat, sed & (h) frater erat Thrainis, se re adeò dubia circumuentum judicans, (i) Nialem adiit, &, (k) numquid sibi de caede Thrainis vellet satisfacere, quaesiuit. Is respondet: Satisfacturus cumulatè sum. voloque vt p. 146.

---

quomodò metiebantur, quando flumen longe longèque imperuium erat (Pag. praeced.)? sine dubio conligauerunt hastas; quemadmodum retia interdum jaciuntur: altitudo aquae exploratur &c. Rei veritatem adserit pag. (Textus sc. impressi) 185. *Haec cl.* G. Pauli *Islandicè. De autem longitudine saltus Skarphedinis nullus dubito; scio enim, imò bis oculis vidi nonnullos meorum olim condiscipulorum saltum tantùm non XI ulnarum dantes per riuum Scholae Holensi adjacentem.*

(c) er þat líkara — sonar míns.] K. mun þetta dauði minn ok sona minna, haec, reor, meae filiorumque meorum mortis causa erit.

(d) kom heim ok, domum proficiscens, *inserunt* C. E. P.

(e) eptir fornre siðvenio, more majorum. *addunt* K. L.

(f) Sáttarfundr eptir víg Práins.] Fragm. c. Sætt á víg Þr. transactum de c. Thr.

(g) sem fyrr var sagt, vti supra dictum, *inserit* G.

(h) var bróðir Práins.] E. P. han átti eptirmál eptir Práin, caedis Thrainis erat actor.

(i) til Niáls.] Fragm. c. til móts við Niál.

(k) hvart.] id. ef, si.

A. C. tu fratres tuos, quibus jure debetur (l) satisfactio, ad ineundam compositio-
998. nem sollicites. Id se Ketill propensa voluntate facturum ait (m), primòque domum rediit. At (n) paullò post cunctis fratribus Hlidarendum conuocatis, (o) colloquium ibi cum his instituit, ipsique (*) in (p) omni oratione Högnius aderat: res eò perducitur, vt (q) arbitri (r) sumerentur, conuentusque ageretur. Et (s) statutum est pro caede Thrainis justum viri pretium, satisfactionemque omnes, quîs ex jure competebat, accepêre. porrò confirmata inuicem (t) fides, & securitati quam fidissimè consultum. pecuniam (u) Niall multaritiam plenâ manu ac promtè numerauit. Inde aliquamdiu tranquillitas. Quodam tempore Niall Markam adscendit, & cum Ketile perpetem

---

(l) bætr.] C. E. G. P. Fr. c. bavga, annuli debentur (multatitii). *De his copiosè* Grágás *in* Baugatali *c: Recensu annulorum multatitiorum: sed hunc qui interpretari queat, forsitan nondum sit natus. Caeterum annuli isti videntur praeter multam constitutam expendi debuisse caesi consanguineis: & fortè haec ratio, quamobrem tam exigua de homine caeso multa pecuniaria primitùs dicta fuerit.*

(m) *Hic addunt* C. E. G. P var þat þá ráð þeirra (rádit) at Ketill skylldi fara at finna þá alla (er giorlla áttu at taka, *add.* E. P.) ok koma á gridum, tum commune consilium (constitutum) erat, vt Ketill omnes illos (quibus multa competebat) iret conuentum, & pacem conciliaret.

(n) litlv sidarr.] Iid. ok ferr nú at finna (alla) brædvr sína ok stefndi &c. mox conuentum it (omnes) fratres suos, & cunct. &c.

(o) vmrædv.] Fr. c. vmbredo, id.

(*) oc Kára, & Kario, *addit* id.

(p) allri vmrædv] B. C. E. G. P. allv umtali, id. F. allvm rádvm, omnibus consiliis.

(q) menn vorv til gerdar — ger manng.] Fr. c. gor voro full manng. statueretur pro caede &c.

(r) teknir.] E. P. nefndir, nuncuparentur.

(s) ger manng.] G. dømd full manng.

(t) trygdvm.] F. Fr. c. gridom, pax.

(h) Iam de Skarphedine ac fratribus dicendum, hos ad (i) Rangam rectà adſcendiſſe; cum Skarphedinn ait: Subſiſtamus hic & (k) auſcultemus (l), & ſilentiô (dein) procedamus; vocem enim hominum ſuprà propter amnem loquentium excipio. Vos autem, Helgi & Grime, vtrum ſolo cum Lytingo, an cum vtroque fratre ſuo congredi vultis? His affirmantibus cum Lytingo p. 155. ſolo malle ſe rem gerere: Hunc tamen, inquit, majus (m) pretium eſt vincere; qui ſi elabatur, aegrè mihi eſt: (n) me verò potiſſimè (o) confido facturum, ne praetereat (p). Sic nos, ait Helgius, hominem (q) aggrediemur, dum ejus poteſtas fiat, vt non exeat. Dein eò, vnde colloquentium voces (r) hauſerant, ingreſſi, Lytingum & fratres juxta (s) riuum quendam conſti-

(h) *Omiſſis*, Nu — at, I. L. N. O. Q. S. Þeir fara upp ꝛc. Adſcendunt ad Rang.

(i) Ránгár.] B. Þverár.

(k) hlyðom.] E. P. hluſtum. G. hlerum.

(l) til. ſiðan mællti han. (ſorum ꝛc.) moxque addidit: (proe. fil.) *inſ.* C. M.

(m) verðrinn.] F. O. verðin.

(n) en ek — reki vndan, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(o) af oſs, de nobis, *addit* F. & Fr. f.

(p) mer, (euadat) me, *addunt* Iid.

(q) ſtefna.] B. E. P. ráða.

(r) Þeir heyrðv.] Iid. C. & R. Skarphedinn hafði heyrt (heyrði), Skarph. hauſerat.

(s) læk.] B. F. beck.

A. C. conſtitutos animaduertunt. Skarphedinn riuum e veſtigio tranſcurrit, (t)
1005. crepidine ſabuloſa vltra alueum excipiente, in qua ſuperſtabant Hallgrimus & fratres. huic femur ita percutit, vt pes deputaretur: altera manu Hallkelem corripit. Lytingus (u) punctim impetit Skarphedinem; at (v) Helgius iamtum interueniens, clypeum (ictui) objecit, ſic vt in eo ſiſteretur ictus. (x) tum Lytingus lapidem (y) ſublatum in Skarphedinem ingerit: quo ſolutus Hallkell, (z) & in ſummam crepidinem euadere conans, non alio modo, quam (a) demiſſis genubus eniti valuit: at Skarphedinn ſecuri *Rimmugyga* obliquè in eum vibratâ, ſpinam ei diſſecuit. Iam ſe vertit Lytingus in fugam: quem Grimus & Helgius inſecuti, pro ſe quiſque vulneribus afficiunt: verum elapſus iis peruaſit amnem, & equos (æ) nactus effuſo curſu pertendit Vorſabæium vſque. Höſkulldus domi praeſens, ab homine ſtatim conuentus & (b) geſta edoctus: Haud inſperatò, inquit, hoc tibi contigit; nam perditè inſaniebas: & ſanè (c) confiet hic quod vulgò ajunt, *Parum diu laetari caede oscisorem*, autumo (d) te nunc haud temerè dubitaturum, an vitam conſeruare poſſis, necne. (e) Verum quidem, ait Lytingus, quod elapſus aegerrimè ſim; ſed velim tamen me Niali ac filiis vt reconcilies, ſic

(t) of í — megin, *om.* I. L. N. O. Q. S.

(u) lagdi.] lid. ſkaut ſpióti, (in Skarphedinem) haſtam contorquebat.

(v) Helgi kom — lagit] lid. Skarphedinn ſkaut þá (þar) fyrir ſkilldi, Skarph. clypeum iēt. objecit.

(x) Lytíngr — Skarphedinn, *omitt.* lid.

(y) annari hendi, altera manu, *addunt* C. G. M.

(z) Hallkell leypr — kniánum.] I. L. N. O. Q. S. han ſnyr þá undan, ſe in fugam vertit.

(a) nidr.] E. P. vndir ſik. B. d.

(æ) ſinna, ſuos, *addit* F. & Fr. f.

(b) verkin.] F. vígin, caedes. B. ſlikt er í haſdi gerdi, quae acta fuerant.

(c) her ſannaz þat ſem mælt er.] I. L. L. N. O. Q. S. þat med ſannu mælt, illud verè praedicatur.

(d) þer ſe mi.] lid. ſem þer þykki, te tibi videri meritò dubitare.

(e) Svá var — ſegir Hauſk. *omitt.* lid.

vt mihi domicilium obtinere liceat meum. Ita fiat, inquit Höſkulldus: A. C.
: equum curat ſternendum, & (f) V. viris comitatus Bergthorshvalem 1005.
rat. Interim Nialſonii domum reuerſi ſeſe quieti tradiderant. Höſkull-
Nialem celeriter conuenit, & vbi colloquium ingreſſi fuerant, ſic ei
r: Huc venio (g) adfini meo Lytingo deprecatum; (h) ille in vos grauſ-
peccauit, pacta violauit, filium tuum interfecit. Ad quae Niall: (i)
ngum puto videri ſibi magnas (k) poenas amiſſis fratribus dediſſe: at
ſi quam dedero (pacificationis) copiam, id faciam tuâ admodum cauſâ:
l) tamen ante ineundam compoſitionem tibi denuntio, me fratres Lytingi
jure caeſos judicaturum; nihilque ipſi (n) ſuis de vulneribus iri ſatis-
ım, ſed expendendam eſſe juſtam de Höſkulldi caede multam. Hö-
ldus ait: Volo (o) arbitrium feras. & Niall: Hoc ex tua voluntate p. 156.
ım. Numquid vis, inquit Höſkulldus, adeſſe filios tuos? cui Niall: (p)
ı per eos propius ad compoſitionem res venerit quam ante; ſed quam
fecero, hanc illi ſeruabunt. Tum Höſkulldus: Nos ipſi rem peragamus,
ıe pro filiis tuis incolumitatem homini confirma. Fiat, inquit Niall.
ulo, adjecit, vt CC. argenti pro caede Höſkulldi ſoluat: at Samſtadis
maneat;

) VI.] F. III. E. P. VII.
;) fyrir Lytíngi mági minum.] I. K. L. N. O. Q. S. ſátta (ſættar) ok gríða Lytíng mág minn, reconciliationem incolumitatem adf. m. Lyt. vt orem.
) hefir hann ſtórt afgert — ſon þinn.] þótt hann hafi illa tilgert, quamquam . peccauit.
) Lytíngr — ſinna, *omitt.* Iid.
:) afráð.] B. C. E. P. afrod. G. afhrod. afa af honðum gollðit i ıc. id.
) ek þer þó ſegia fyrir ſættina.] C. E. G. M. P. ek þó ſkilia fyrir ıc. id. I. L. N. O. Q. S. (ſá) hardr þikia, dura conditio videbitur.
(m) úhelgir fallit hafa.] F. vera úgilldir.
(n) ſár ſín.] id. ſik, de ſui laeſione.
(o) dæmir.] E. G. P. dæmir einn, ſolus arb. f. I. K. L. N. O. Q. S rádit einn fyrir þeſſu, ſolus tu vt conſulas hac in re.
(p) ekki mun þá nær ſættinni enn ádr.] Iid. engvu mun þat varda, Id nihil referet.

A. C. maneat; quanquam ei ſalubrius duxerim, hinc vt diſtracto fundo demigret: non verò (q) eâ gratiâ, quod ego filiive mei fidem in eum ſimus violaturi; ſed quod fieri poſſe auguror, vt (r) in vicinia caput aliquis extollat, (s) dignus a quo ſibi metuat. ne autem (t) videar hominem tribu ſua interdicere, permitto hac in vicinia vt maneat; at ſuo ſolum periculo (id facit). Dein Höſkulldo domum reuerſo, Nialſonii ſomno ſoluti, patrem quid (hoſpitum) aduenisſet, percontantur. eo Höſkulldum alumnum adfuiſſe narrante, Ille, credo, ait Skarphedinn, pro Lyfingo deprecatus eſt. Admodum, inquit Niall. Id vero, ait Grimus, malè factum. Niall contra: Non (u) protexiſſet Höſkulldus eum clypeo, (v) ſi tu, quum id tibi (x) negotii delegatum erat, occidiſſes illum. Skarphedinn excipit: Ne nos parentem noſtrum incuſemus. Caeterùm huc eſt addendum, quod hic facta compoſitio ſeruata porrò ſit ab vtrisque.

CAP. CI.

De mutatione religionis, & aduentu Thangbrandi in Islandiam.

995. (y) Inciderat mutatio Norvegiae principum: Haconi dynaſtae (z) fatis concedenti ſucceſſerat Olafus Tryggvii filius. Hic verò (a) exitus fuit Haconis dyna-

(q) fyrir því.] B. for því.

(r) ríſi ſá upp í ſveit.] I. L. N. O. Q. S. ſe ſá, ſit (exiſtat) quis.

(s) vidſiáver.t] Iid. & B. iſiáver.t.

(t) ſva þikkir.] E. G. ydr þ. vobis vid. F. þer þ. tibi v. C. M. honom þ. illi v. ſe.

(u) mundi Havſkuldr.] C. E. G. M. P. mynda ek, ego protexiſſem.

(v) ef.] G. þó at, id.

(x) þat ætlat.] I. K. L. N. O. Q. S. þeſſ unnt, facere datum erat.

(y) Hafdingia ſkipti vard.] C. Þam tíma vard h. ſk. Eo tempore incidit.

(z) var lidinn undir lok.] E. P. at frá, abſumto. G. fell í frá, occidenti.

(a) þav orlog.] B. C. E. F. M. P. þau æfilok, vitae exitus. G. ſú endalyct, finis.

dynaſtae, quod a ſeruo Karko Rimuli (a) in Gölardalia eſt jugulatus. Porrò A. C.
(b) accipiebatur nuntius, commutatam eſſe in Norvegia religionem; priſcos (c) ritus a Norvegis repudiatos; (d) Regem verò Olafum Chriſtiana fide (e) regiones occiduas, Hialltlandiam (ſcilicet), inſulas Orcades & Færeyënſes initiauiſſe. Tum complurib⁹, ita vt Niall audiret, mirum quantum eſſe dictitantibus, veterem antiquari religionem: Mihi verò, inquit ille, noua iſta religio multò melior videtur; &, qui hanc praeter alteram adſequitur, beatum arbitror: immò, ſi hanc in regionem adfuerint qui iſtum ritum adnuntiant, (f) id negotium ſtudioſè promouebo (g). Idem ſaepè omnium ſolus ambulans (h) aliquid) mutiebat. Hoc autumno ipſo nauis in prouincia Oſtfiördenſi in portum Berufiördenſem, qui Gautavicha vſurparur, appulſa eſt. Thangbrandus nomine vocabatur nauarchus: qui huc (in Islandiam) ab rege Olafo Tryggvii filio legatus erat fidem (Chriſtianam) annuntiatum. Comes illi fuit homo Islandus, nomine (*) Gudleifus; filius Arii, (i) filii Maris, (k) filii Atlii, filii Ulfi (l). *Strabonis*, filii Högnii *Albi*, filii

p. 157.

997.

(a) Gavlarbal.] K. L. Gulárbal. K. *in marg. Gullſkinnam citans*, Godlarbal.

(b) *Poſt* þar með, add. B. & F. þeſſum tídendum, Huic nuntio acceſſit & hic.

(c) ſíð.] Iid. C. E. Chh. átrúnadi, antiquam religionem — repudiatam.

(d) komin í ſtadinn ſaunn trúa oc heilog ſkírn, receptam verò veram fidem & ſacroſanctum baptizma.

(e) Veſtrlaud.] *Ita omnes codd. praeter* C. G. & M. *qui* veſtrlønd, *meâ quidem ſententia, rectius legunt: ubi enim* Veſtrland?

(f) þat.] E. P. þann ſíð, eam religionem.

(g) *Huc addunt* C. E. G. M. P. hann mællti þat opt, haec ille ſaepius.

(h) nokkut, *addit* F. (*poſt* þvíbi).

(*) Gvdleifr.] F. *ſemper*, Gudleikr. *vnde* Gudleigr *in Kriſtniſaga* (*ed. Hafn.*) *p.* 54.

(i) Máſſonar.] *Omnes al.* Márſonar.

(k) Atlaſonar.] I. K. L. N. O. Q. S. Aſláksſonar.

(l) ſkiálga.] B. gamla, grandæui.

A. C. 997. (m) filii Otryggi, filii Oblaudi, filii Hiörleifi *Mulieroſi* regis (n) Hördiae, celebris idem homicida, vir (o) fortiſſimus, in omnibus negotiis acer. Tunc fratres duo Beruneſi habitantes, alter Thorleifus, alter Ketill nomine, filii (p) Holmſteinis, nepotes Özuris Breiddalienſis, habito conuenticulô, cum aduenis negotiari tribulibus interdixerunt. Qua re audita Hallus Sidenſis (q), Thvattae praedii Alftafiördenſis incola, properè cum XXX. viris ad ſtationem nauis profectus, Thangbrandum conuenit, & ſic ei loquitur: Adeone parum (r) procedit mercatura? &, affirmante illo; Iam indicabo negotium meum, inquit (Hallus), quod ego vos omnes ad me inuitare volo, periclitaturus, ſi (s) mercari poſſim veſtro nomine. Thangbrandus gratias egit: eodemque autumno ſe Thvattam contulit. Quodam die hic manè foras egreſſus, (t) tentorium curauit erigendum, miſſamque in eo cantauit magno cum ſplendore; nam feſtum erat celebre. Hallus a Thangbrando quaerit: In cujus memoriam hunc diem celebras? is reſpondet: (u) In Michaëlis memoriam, primi ordinis angeli. (v) Quae eſt, inquit Hallus, natura iſtius angeli?

(m) Otryggsſonar.] E. P. Sigtryggſonar.

(n) Hordalandi.] Iid. Horda, Hördenſium.

(o) hraufiaſtr.] C. E. G. M. P. raufkaſtr.

(p) Holmſteinsſ.] E. G. P. Hallſteinsſ.

(q) er fyrr var nefndr, ſupra memoratus, *addit* G.

(r) ganga.] E. G. P. gengr.

(s) keypt fyrir ydr.] C. G. K. M. kaup ꝛc. || F. keypt vid ydr, commercari vobiscum poſſim (mihi liceat). ||

I. L. N. O. Q. S. keypt mat ſ. ydr, cibaria vobis emere poſſim.

(t) ſkióta landtialldi.] C. E. Chh. ſk. tialldi. B. F. ſk. ſer tialldi, ſibi tentor. G. reiſa tialld.

(u) ſ minning Michaels hofud-Engils.] F. Mikael engill á daginn, Michaëlis angeli haec dies eſt.

(v) hvat fylgir engli þeim? ſ. h. margt gott.] E. G. K. P. hvar rauk folgia e. þ. ſ. h. morg, Quinam ſunt caracteres iſtius angeli? inquit H. Multi, ait Thangbr.

geli? Thangbrandus: Multimodis bona. ille, quod tu cumque (x) rectè feceris; aeſtimat; tantaque in eo gratia eſt, vt, quicquid (y) ipſi placet, pluris (quam ſit) faciat. Tum Hallus: Velim ille mihi (z) vt fautor eſſet. & Thangbrandus: Hoc impetrare poteris; & (a) eâ gratiâ te illi Deoque hodie dica. Eam verò legem injungo, addit Hallus, vt tu pro angelo ſpondeas, eum fore meum (æ) adjutorem (ſectatorem). Spondeo ſanè, inquit Thangbrandus. tumque Hallus cum familia omni baptizatus eſt. A. C. 997.

CAP. CII.

De itineribus Thangbrandi.

Subſequenti vere (b) Thangbrandus adnuntiatum iit (c) Chriſtianam religionem, Hallo comite. Ubi autem Stafafellum, occidentem verſus a (deſerto) Lonsheida, ventum eſſet, Thorkell, ejusdem villae incola, fidei Chriſtianae cum primis reclamans, Thangbrandum popoſcit in arenam, tunc Thangbrandus (d) ſignum crucis ante clypeum protendit; ſicque certamen euaſit, vt victoriam, occiſo Thorkele, reportaret. Inde (e) in Hornafiördum profecti, 998. p. 158.

(x) vel.] G. K. bædi gott ok illt, ſiue benè, ſiue malè. || vel, *neſcit* F.

(y) honom þikkir vel.] E. G. P. vel er gert, rectè factum,

(z) vin.] E. P. vardalls engli, angelus tutelaris foret.

(a) þá.] G. K. í valld, in poteſtatem ejus Deique te hodie addice.

(æ) fylgiv-engill.] B. giætzlu engill, F. vardhallz engill, angelus tutelaris.

(b) fór Þángbr. at boda Kriſtni ok Þ. med honom.] F. bad Þ. at menn ſkylldu ſkíra ok taka vid trú. ok fóro þeir Þ. veſtr í ſveitir. Th. vulgò hortabatur, vt populus baptizari ſe ſineret, fidemque reciperet (Chriſtianam). Ipſeque & Hallus in pagos occidentales iter ingrediebantur.

(c) Kriſtni.] C. E. G. Chh. trú.

(d) róðukroſs.] E. P. kroſs.

(e) *Ante* til *addunt* I. L. N. O. Q. S. ſudr úr Skardal ok, auſtrum verſus ex Skardalo.

A. C. 999.

Dejectans natos foeminae giganteae
Fregit biſontem totum ſtabuli gauiae.
Nec tuitus Chriſtus, cum premeretur corbita,
Perambulantem eſt maria certis paſſibus.
Parum [profectò] cenſeo Deum [tuum]
Curâſſe machlim Gylvii, ſi non nihil.

Et

---

1) Fragm. f. geti, id. 2) K. rak á. || G. meiddo, laedebant. 3) N. Q. band. *metri cauſſâ.* || F. K. brand (rak á) roſtrum (nauis impegit *terrae*, *ſc. Thorus*). *Vel*, rak brand-val á ſtrandar, impegit accipitrem roſtri nautici (*nauem*) litori. 4) E. valſtrandar. || N. vel ſtr. L. vel ſtr. 5) N. Mellis. I. L. S. Q. mellig (melling). *corruptè.* 6) P. mugfellandi, id. *Vel etiam* múgfellandi, multitudinem (ɔ: familiam) ſternens. C. G. M. misgfellandi, multum (*validè l. ſaepe*) gigantem foeminam v. gigantes foeminas) proſternens. || F. I. K. L. N. módfellandi, qui animum dejicit (infringit foeminae giganteae). || B. msgfellanda, id. *Acc. caſu*, & B. misdfellandq, muſtum effundentem (foem. gig.) *malè.* 7) E. R. Fr. f. máſtalls. *rectius.* || B. móttſtallt. K. moſtara. *ineptè.* 8) B. hlíſdat. E. hlíſdvt, id. || F. Chh. hlíſdi, (*An*) propugnauit *Chriſtus* —? 9) L. Q. Fr. f. vara. B. G. *metri cauſſâ*, vorru, N. voru. || E. K. P. vorra. I. S. vora. *malè.* || M. vera, maria. || F. iardar, terrae. *ſed ſine ſenſu.* 10) B. C. R. M. málmfeta, ambulatorem metallo (ferro) pedes munitum ɔ: equum, *ergo* & málmfeti varra, nauis. || I. K. L. N. S. Q. málinfeta, um álmfeta, vm álfeta. || E. P. málmferra (-ſerra), vectorem metalli (per mare). 11) C. E. Chh. kneyſdi. *melius.* B. E. P. kneyſdut, comprimebatis (*vos ſc. o Dii!*). || Fr. f. keyrdi, adfligebatur (*in terram nauis*). 12) R. hygg, Fr. f. hygg, id. 13) Fr. f. getti. B. G. Chh. gæti, curare. 14) N. at einum. || G. *optimè*, it eina (*ſc.* Gud) illud unicum (diuinum numen, *quod tu praedicas*). *Ita & Kriſtniſaga. ed. Havn. p.* 62. & *Olafſ. ſaga Tryggvaſ. part. 2. pag.* 219. 15) F. Fr. f. gylſa (gylba) hreins. || K. P. gylſa teins. *quod etiam poteſt* nauim *denotare*, *nam* teinn *eſt* lignum (tre), *cui ſynonymum* ſkíd.

*) Strond *hic non* litus, *ſed* fluuium *aut amnem (vid. Edd. in Nomenclaturis fluminum) deſignat; vnde* valr ſtrandar, nauis. *Caeterà videſis Kriſtniſagam ed. Havn. p.* 62. *necnon Ind. verb. ibid.*

nox alterum ſubdidit carmen: A. C.

(a) Thorus repente jumentum piraticum 999.
Thangbrandi longum ſtabulo ſuſtulit ſuo:
Quaſſabat [inuiſam] arborem, tum contudit
[Vtrumque] latus, & adfligebat littori.

Non

) *Ordo verborum carminis hic eſt:* r 1) brá 2) yr ſtad 3) lavngv 4) nilsdyri Þángbrands. hriſti 5) búſ beyſti 6) bard 7) ok lavſt 8) ſvid ð. 9) Myna ſidan 10) Atals grvndar ſkíd ſvndfært 12) vm ſiá, þviat 13) hregg 14) háuvm 15) kennt 16) 17) leggia í 18) ſpánvm *).

) E. P. nam, id. 2) Chh. úr. 3) . Fr. f. I. K. P. longum (laungum) ngô (ſtabulo ↄ: *nauſtibulo*). || N. þ, diu. 4) D. G. I. L. N. S. þunnisdyri. C. M. þunníngsdyri. Fr. f. búſs. *Nomin. pro Accuſ.* I. L. Q. S. búſſu. 6) E. G. P. bord, las (*v.* bord *pluralis a* bard). || F. r, celer *ſc. Thorus.* 7) Q. leſtiſt, lebatur (*nauis*). 8) B. Q. til iardar, ıid lábi, id. *vtrique benè.* 9) K. myn id. || Fr. f. N. myn, an—? 10) S. Attals. E. P. átals. L. ákels. 11) ſkeid, nauis. *Quae lectio hunc ordi-vocum requirit:* Myna ſiá ſkeid ſid-ſvndfært (*v.* ſvndfærd) vm Atals ıdar, non videbitur (fuerit haec) ıs dehinc nando idonea per cam-Atalli (*mare*). || K. ſkríða. *vnde:* Myn ei ſiá (*ſc.* búſs) ſidan ſvndfært ſkríða vm Atals grvndar, Non labetur illa nauis, natando aptè (ↄ: non apta erit natando & labendo) per mare. || E. P. bid. *obſcurum. forte pro* lid, nauis, *v.* bed, lectus. 12) B. E. G. K. P. á ſiá. 13) F. & *Tradux* G. hvaſt, acris. || Fr. f. hauſt (hregg) autumnalis (tempeſtas). || B. heſt, equum (*ſubaud.* Atals, ↄ: nauem). 14) Chh. honom. 15) F. kenr. *malè.* 16) E. P. red, id. 17) lid. hǿggva, ceciderat. 18) Chh. ſpónum. B. C. ſpáv.

*) Leggia í ſpánum *pro* ſpáv, *eſt quidem locutio inſolens, ſed dici poteſt, vt* beria á einum, *pro* á einn, & *ſimilia. Caeterum, quomodocumque illud ſe habeat, vix eam ſuſpicionem poſſum eradicare, poëtridem hoc modo cecinisſe:* Bravt fyrir — allan. (Myna ſkíd — kennt) í ſpánv. *Et alteram cantilenam ita:* Þórr brá — vid iardv. Hlíſdit Kriſtr & *ſic deinceps.* Þá at bróta i ſpón (*l.* í ſpánu) *eſt valdè vſitatum de naufragiis, tam antiquis quam recentioribus.* Þvi hart hregg nam at leggia ↄ: lagdi at, incidit enim acris tempeſtas.

A. C. 999. Non fuerit pinus porrò nando per mare
Idonea, quâ percurſum Atallis aequor eſt;
Nam turbo ſaeuus dejiciens redegerat,
Thoro imputatus, in minuta fragmina.

(x) Poſtibi Thangbrandus a Steinvöra diſcedens, cum comitibus in (littus) Bardaſtrandam perrexit.

p. 160.

CAP. CIV.

De Geſto Oddleifi filio.

Geſtus Oddleifi filius in Bardaſtranda Hagii habitabat; vir multò ſapientiſſimus, adeò vt vel fata mortalium praeuideret. Hic Thangbrando comitibusque excipiendis conuiuium parauit: qui cum Hagium (b) LX. numerô aduenirent, ſignificatum eſt ibi jam adeſſe CC. hominum ethnicorum; exſpectarique aduentum (c) athletae furibundi, nomine Otryggi, quem omnes praeſ-

---

peſtas. *Audax haec videri poſſit conjectura; ſed ſanè elegantiorem reddit priorem cantilenam, poſteriorem nihil deprauat. Et quae elegantia aut ingenii profunditas non tribuenda eſt ſublimi veterum poëtarum venae, quae me quidem & alios diu occoecauit? Illorum intuitus longè ſimul & latè pertinebat, quod tractus, Synchyſes, & parenthеſes (longiores & breuiores, vna l. plures) oſtendunt. Vnde ego arbitror, ſingula hemiſtichia jam antiquitùs ſeparata, & antequam ipſae hiſtoriae ſcriberentur, viciſſim compoſita eſſe; quod facilè potuit euenire in tam ſimili materia, ſolo hoc nexu,* at brióta i ſpán *l.* ſpánu, *non obſeruato. Neque hoc majoris momenti eſt, quam integrae ſententiae diſſimiles, & diuerſae plane voces paſſim in variantibus lectionibus.* G. Pauli.

(x) *Haec abſunt ab cod.* F.

(b) ℔.] K. XL.

(c) berſerkia.] *Omnes praeter* A. & D. berſerks. || Berſerkia *gen. ſing.* (a berſerk) *jejuna flexio, aut potius mendoſa, pro* berſerkiar. *dantur etiam variae dialecti pronunciarum.* G. Pauli. *Non ego mendoſam putauerim, ſed a Nominatiuo obſoleto* berſerki *deriuatam.*

praetimebant: mira enim de homine dicebantur, eum sibi neque a (d) ferro neque ab igni (e) metuere; adeo vt gentiles quoque homines magnopere formidarent illum. Tunc perrogabat Thangbrandus, an fidem recipere vellent Christianam: at omnes pagani contradicebant. tum, Copiam, inquit, vobis faciam (f) experiundi, vtra melior sit religio. (g) binos consecrabimus ignes, vos ethnici alterum, alterum ego; tertius verò (ignis) ne consecretur. quod si athleta ille furiosus flammas a me (h) consecratas formidauerit, (i) duos autem reliquos ignes peruaserit, vos religionem Christianam amplectiminor. Bellè hoc dictum, ait Gestus, idque ego pro me meaque familia spondeo. quae vbi Gestus dicta dederat, multò plures idem recepêre (k). Tum athleta ille furibundus sedibus propinquare dicebatur. mox ignes strui atque exardescere: homines (l) arma capere, in subsellia scandere. Quîs ita praestolantibus, athleta (m) cum armis sese intro conjicit, & in triclinium perueniens, ignem ab hominibus ethnicis consecratum (n) pedibus oppidò calcat. sed ad quem Thangbrandus (o) consecrauerat, progressus, eum calcare dubitat, seque totum ardere testatur. vibrat ensem (p) in sub- A. C. 999.

Z z sellium:

(d) egg ne ellð.] Fr. f. ellð ne eggiar. E. R. Chh. ellð ne iárn, igne, neque ferro.

(e) hræddiz.] Fr. f. flydi.

(f) þer skylut reyna.] id. ver skulum r. nos vt periculum faciamus.

(g) vígia II ellda.] B. C. E. R. Chh. Fr. f. gera ellda III. Struamus ternos ignes.

(h) vígda.] Iid. vígi.

(i) hina báda.] C. E. G. M. P. yd- varn ellð, ignem autem vestrum (a vobis consecratum).

(k) *Huc addunt* Iid. ok varð at rómr mikill (var góðr rómr gerr at. E. P.) eaque conditio magnis laudibus ferebatur.

(l) vapn sin.] Fr. f. at vapna sik, sese armare coeperunt.

(m) inn med vapnum.] C. E. G. M. P. at med v. ok inn i dyrinn (dyrnar), cum arm. aduolans vestibulum intrat.

(n) ok sva hinn úvígda, vt & eum qui non erat consecratus, *add.* G.

(o) vígt.] Id. vígdan.

(p) á bekkinn.] Fr. f. i bekkinn.

A. C. 999. fellium: ictus verò in lignum quoddam transuersarium, quod sublimè ferrum intentasset, venit. Thangbrandus manui athletae (q) crucem impegit, tantumque exstitit (r) miraculum, vt gladius e manu ejus decideret: mox idem pectus ei gladio pungit: Gudleifus manum ita percutit, vt praescinderetur ea: tumque adfluentes multi athletam interficiunt. Postea Thangbrandus percontatur, an fidem (in Christum) recipere vellent: Gesto se (s) nihil aliud professum, nisi in quo esset (t) mansurus, affirmante; hunc cum domesticis omnibus, multosque (u) alios baptizauit. Dein consulebat Gestum, numquid sibi in Vestfiördos procedendum censeret: verùm hic dehortatus, ibi durum esse genus hominum (v) & intractabile praedicabat. quod si verò (inquit) fatô destinatum est, hancce religionem iri (x) stabilitum, ea certè
p. 163. (y) Comitiis vniuers. lege introducetur, tumque omnes (z) omnium tribuum primores ibidem aderunt. Thangbrandus ait: (a) Id verò negotium in Comitiis gessi, ibique mihi (æ) difficillimè processit. At Gestus: Tu tamen plurimum effecisti, quamquam fortè (b) contigerit aliis (Christianismum) vocare in legem: nimirum hic, quod vulgò praedicatur, euenit, *Arborem primô ictu non cadere.* Postea Thangbrandus, a Gesto egregiis ornatus donis, (c) in prouinciam meridionalem reuertit: indeque in Ostfiördensem pergens,

(q) róðvkrosſi.] F. P. krosſi.
(r) iartegn.] Fr. f. iartein.
(s) þat eitt vm hafa mælt — hallda.] E. P. þar ærit vm ꝛc. tantum esse prof. vt in eo mans. esset. || I. K. L. N. O. Q. S. þat giarna vilia, id libenter facturum adfirm.
(t) hallda.] C. E. G. M. P. efna.
(u) menn, homines, *inseris* Fr. f.
(v) oll.] *Repone* of.
(x) vidgángaz.] Fr. f. vidgánga.
(y) á alþíngi í log leidd.] F. & Fr. f. þat áqvedit. of á þíngi vera logleitt, res decernetur in comitiis & legibus cauebitur. í log leidd.] C. E. G. M. P. vidgángazt, recipietur.
(z) vr hervdvm.] Iid. & B. úr hverium heradi, ex quaque tribu.
(a) þetta, *addis* Fr. f.
(æ) erfidligaz.] id. erfidaz.
(b) avdit.] E. P. lagit, datum fuerit.
(c) í.] Iid. vm, prov. merid. peragrauit.

pergens, (d) Bergthorshvale pernoctabat, & a Niale donis liberaliter affec- A. C.
tus est. Hinc orientem versus Alftafiördum petiit ad Hallum Sidensem con- 999.
veniendum. Nauim suam curabat (e) resarciendam; quam inde *Jarnmeis* (corbem ferream) ethnici denominauerunt: eâdemque naui Gudleifô comitatus in Noruegiam profectus est.

Cap. CV.

De Gizure *Albo* & Hialtio.

Hac aestate ipsa Hialltius Skeggii filius in comitiis reus (f) irrisionis Deorum peragebatur (g). Thangbrandus Olafo regi malefacta Islandorum in se detulit, tam (h) callidos esse artis magicae testatus, vt sub equo suo terra in barathrum dirupta, hunc (i) absorbuisset. Hinc tantum irae concepit rex, vt omnes Islandos (praesentes) comprehendi & in carcerem dari faceret, ad supplicium eos destinans. Tunc Gizurr Albus & Hialltius comparuêre, pollicitantes se pro hominibus illis (k) periculo exposituros, & in Islandiam, (l) fidei Christ. annuntiandae gratiâ, trajecturos: (m) quâ conditione ab rege libenter acceptâ, cunctos noxa exemerunt. Deinde nauim aptauêre (Gissurr 1000.

(d) hann gisti — Alftafiord, *omittit* Fr. f.

(e) bæta.] id. bæta vpp.

(f) godgá.] K. L. vísuna Godgyia, de cantilena *Godgyia* (*quae* Irrisio Deorum *dicebatur*).

(g) ok fór han utan, atque peregrè abiit. *addit* G.

(h) fiolkunniga.] B. fiolkunga. G. fiolgunnar. id.

(i) sylgi.] C. E. R. M. P. Fragm. f. tæki.

(k) at leggia fiè i ved.] Fr. f. *ramum*, fiè i væd, vades praedesque.

(l) þar, illic, *addit* id.

(m) Konúngr tók þessv vel — vndan.] I. K. L. N. O. Q. S. fór þá (ok) allt vel med Konúngi ok Islendíngum, atque ira reconciliati omninò sunt rex & Islandi.

A. C. & Hialltius) in Islandiam transmissuri, & cum (n) maturè fuissent parati,
1000. portum ceperunt (o) Eyrensem, dilapsis ab initâ aestate X. hebdomadibus. Equis sibi properè conductis, (p) delegatisque, qui navim exonerarent; vnà cum XXX comitibus Comitia petunt, & ad nationem Christianam, ne non parati (q) sint (ad omnia), praemittunt. Hialltius Reydarmuli restitit; (r) acceperat enim se de irrisione Deorum esse condemnatum: sed, vbi (s) ad (t) Vellankatlam (*Thermas*) (u) infra Giabakkum peruenissent, sociis a tergo aduehitur: negans se hominibus ethnicis, quod (v) eos metueret, ostensurum. Tum complures Christianorum illis aduersum venêre, cunctique (x) ordinatim ad Comitia perrexêre. Tum & gentiles (y) ibi se in aciem composuerant, (z) adeoquè propè fuit, vt tota comitiorum vniuersitas confligeret; neque tamen hoc euenit.

CAP.

(n) snembúnir.] B. vel reidsara, expeditâ vterentur nauigatione.

(o) Eyrvm.] E. Eyiar, in Insulis. P. (þeir tóku) eyiar, Insulas tetigerunt, *sc. Vestmannicas, consentiente Kristni-Saga & Olafssaga Tryggvas.*

(p) en sengv.] C. E. G. ok, & qui &c. || en — skip sitt *omit.* Fr. f.

(q) vera.] Fr. h. verda, forent.

(r) hann hafdi spvrt.] B. F. Fr. f. & h. þeir spvrdv, audiuerant enim eum.

(s) til.] E. P. at. B. C. Fr. f. & h. í, M. á, in. I. K. L. N. O. Q. S. hiá, propter.

(t) Vellankavtlv.] M. vellandi Ketla. I. K. L. N. O. Q. S. vellandi ketlum.

(u) vfan frá.] F. vpp frá, supra.

(v) þá, *nescit* Fragm. f.

(x) fylktv lidi.] E. fylgtu l. Fragm. f. flyctu l. C. G. M. fylkingu mikilli, magnae instar cohortis.

(y) fyriv.] Fr. h. í móti, viciss.

(z) lagdi þá sva nær.] C. E. G. M. P. var sva n. F. vard sva n. Fr. f. & h. vard (var) þá sva n. id. I. K. L. N. O. Q. S. var vid fiálfr búit, ac nihil propius factum, quam vt.

CAP. CVI.

A. C. 1000.

De *Thorgeire* Lioſavatnenſi.

p. 164.

:at nomine Thorgeirr, qui Lioſavatni (*ad lacum album*) habitabat; filius filii Thorkelis *Proceri*, (a) filii Ketilis *Longi colli*. Matri (Thorgeiris) erat Thorunna; quae filia Thorſteinis, (æ) filii Sigmundi, filii (b) Gnupa- Uxor illius nominabatur (c) Gudrida, (d) Thorkele *Nigro* nata (e) rgardenſi: (f) cujus (g) frater fuit Ormus (h) Töſkubak (*perae ba-* pater Hlennii *Grandaeui* de Saurbæio. *) Ketill & Thorkell fuerant oreris (i) Snepilis, filii Ketilis (k) Brimilis (*Phocae*), filii Örnulfi, rnulfi, filii Grimi (l) *Hirſutigenae*, filii Ketilis Hæingi, filii Hall- *Semigigantis* a Hrafniſta. Inſtruebant Chriſtiani tabernacula ſua, e Gizurr & Hialltius in tabernaculo Mosfellingorum. Poſtridie ni atque ethnici *juris dicundi rupem* adeunt, & (m) pars vtraque adhibitis proclamant, ſe non amplius communibus, ſed ſuis eſſe legi- uros: vnde tantus ad rupem judicialem vociferantium tumultus exſtitit, 't ſermonem alterius perciperet. Mox inde diſceſſum: resque om-

---

unc neſcium F. Fr. f. & h.

Signwndarſ.] F. Fr. f. Sigurð-

Snúpa.] E. P. Rúpa. L. Hnúſa. pabárdarſonar.

Þvðríðr.] Fr. h. Guðríð. F. Fr. ún.

Þorkels.] lid. Ketils.

Þleidrargardi.] G. Hlebrargardi. argardi. F. P. Hleinargardi.

Þans bróðir — ſynir, omitt. F. & Fr. f. & *poſt* Þóris *addunt* ſonar, filiõ.

(g) bróðir.] E. P. ſon, filius.

(h) Töſkubak.] E. G. Chh. Fr. h. Töſkubakr. *) *Corr. Ormus. Landn.* 254.

(i) ſnepils.] F. ſuefils. Fr. h. ſnepis. || E. P. ſonar Næpils, filii Næp.

(k) brimils.] C. M. Primils. G. Þryms, Trementis. || I. K. L. N. S. Grimólfsſonar.

(l) Lodinkinna.] E. Chh. Lodinkinnu.

(m) Þvarir.] Fr. h. Þvarirtveggiu.

A. C. nium opinione ad (n) discrimen spectabat maximum. (o) Legislatorem sibi
1000. sumsêre Christiani Hallum Sidensem. Hic verò Thorgeirem pontificem a Liosavatno (hoc temporis) p) nomophylacem conuenit, eique sesquilibram argenti †) in id donauit, vt nouas ferret leges: tametsi ea (q) ratio satis fuit periculosa, quum homo adhuc ethnicus esset. Thorgeirr perpetuum diem, (r) superinstratô càpiti palliô, decumbebat, ita vt eum compellaret nemo. Postero autem die, populo ad jurisdicundi rupem coëunte, idem postulatô silentiô ita loquitur: Videntur mihi res nostrae in summum (s) periculum adductae, si non iisdem omnes legibus vtuntur; legibus enim dissociatis, pax etiam dissociabitur: quod si fiat, (t) res publica salua esse nequierit. Nunc igitur Christianos & Ethnicos rogabo, num (u) quas ego leges promulgauero, his vti velint? Id vniuersis annuentibus; (v) edidit se

(n) vafníngа.] B. E. R. K. P. úesna, turbas — maximas.

(o) lagsagumannr.] B. E. F. Fr. f. I. L. N. O. Q. S. lagmanns.

(p) lagsagumann, *omnes praeter* A. & B. *omittunt.*

(q) ábyrgdarráð.] F. ábyrgdar hlutr, res.

(r) ok — sva at.] E. G. P. sva at hann — ok.

(s) ónytt.] B. G. úvænt.

(t) eigi vid þat mega búa.] E. P. þat eigi mega vera, quod neutiquam fieri oportet.

(u) hafa lag þav er ek segi upp.] Iid. lag þann er ek vil upp kveda, qu. ego leg. edixero, adprobent.

(v) hann qvaðz — allir, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

†) *Quare, quod tantum pecuniae Thorgeirr ab Hallo accepisse dicitur, omni fundamento carere videatur (Vid. Annot. de cent. arg. in Kristnis. p. 170.) ego non video; quum quantò plus hic dederit aut obsulerit, tanto facilius illum ad suscipiendam rem adeò periculosam adduci potuisse mihi verisimile fiat, & quò minus, eò difficilius. Neque intelligo, quamobrem pecunia ista pro salario nomophylacis, & non honorario, accipi debeat. Caeterum hac de re in Hist. Eccl. Isl. p. 63. — 66. adnotata, quae legantur, digna sunt.*

jurandum ab vtrisque ac pignus (x) fidei ſeruandae poſcere. (y) Ad- A. C.
nt cuncti, illeque ſatisaccepit ab iis. Primordium eſt, inquit, legum 1000.
rum, debere vniuerſos hujus terrae incolas eſſe Chriſtianos, vnumque
, Patrem & Filium Spiritumque Sanctum colere, omni (z) Deorum
lium (a) falſo cultu abolito. neque exponere (æ) infantes, neque veſci
rnibus equinis: quorum ſi quis (*) manifeſtus criminum fuerit, (c)
relegationis teneatur: ſin autem haec furtim perpetrantur, id ſine
eſto. (d) Hae verò gentilismi reliquiae (e) paucarum interſtitio hye- p. 165.
abrogatae adeò ſunt, nihilo magis vt clam ac (f) propalam committere
. Edixit porrò (g) dies Dominicas, ſupplicationes, feſtum Natalitii
chatis, ceteraque omnia ſolemnia eſſe (h) celebranda. Hic ſe ethnici
pere deceptos judicabant; (i) ſed jam erat noua religio legibus intro-
gensque vniuerſa hac in regione Chriſtiana facta: vnde re ibidem
mos a Comitiis redibant.

CAP.

---

at hallda.] Fr. f. þá er þeir helldi f. in poſterum ſervandae.

þeir iátvdv — feſtv.] E. P. ok þat, Atque ita factum.

ſkvrdgoda.] E. ſkyrgoda.

villv.] I. L. N. O. P. Q. S. dyrultu.

børn.] F. børn ſín, liberos ſuos.

hroſſaſlátr.] G. I. K. L. N. O. hroſſakiot. F. Fr. f. hroſs.

víſt verdr] F. vart v. vid.

fiorbavgsſok á vera] G. fierbaugsgarda.

en þeſſi heidni ꝛc. — opinberliga.] I. L. N. O. Q. S. En þvi ollu kom af ſídar Olafr Kóngr Haralldsſon (Digri. O.) Hoc autem omninò aboleuit poſtea Olaus rex Haralldi f. (Craſſus). || *Idem omittit* Fr. f.

(e) á fárra vetra freſti.] C. E. G. K. M.] P. fám vetrum ſídar, paucis pòſt annis.

(f) opinberliga.] C. M. hinnveg, alio (contrario) modô.

(g) drottinsdaga.] E. P. ſunnudaga.

(h) hallb.] Fr. f. hollb.

(i) en þá — trúan, *omitt.* I. L. N. O. Q. S. & *mox pro* gervir kriſtnir, *legunt* ſkírdir, baptizata.

A. C.

Cap. CVII.

(k) De Amundio *Caeco.*

1008. Tres post (l) hyemes *) casu euenit in foro Thingskalensi, vt Amundius *Caecus* filius Höskulldi Nialsonii (m) in conuentu interesset, seque inter tentoria circumduci faceret. Hic in tabernaculum, vbi intus erat Lytingus a Samstadis, deueniens, (n) interiorem duci se in partem tabernaculi curauit: ac praeter sellam, quam ille insidebat, progressus insit: Estne hic Lytingus a Samstadis? (o) Quid tu vis? ait Lytingus. Am. Scire volo, qui tu mihi pro parentis mei caedem compensare velis; (p) ego, quippe non legitimis ortus nuptiis, nullam obtinui (q) satisfactionem. Lyt. De caede patris tui cumulatè satisfeci; multamque (r) auus tuus patruique acceperunt: at fratres mei impunè sunt caesi; nimirum ego & (s) grauiter peccâram, & (t) graues adeò poenas dedi. Am. Non requiro, an tu illis satisfeceris; scio enim compositionem inter vos factam: verùm (u) hoc rogo, quânam re mihi satisfacere velis? Lyt. Admodum nullâ. Am. Atqui non intelligo hoc,

---

(k) Frá Amvnda blinda.] Fr. f. Dráp Lytings, Caedes Lytingi.

(l) vetrvm.] E. P. nóttum, noctes.

(m) á þíngi.] Fragm. f. þar, ibi adesset.

(n) innſ búdina. vſ, *omittit* id.

(o) hvat villtv.] ſ. L.] id. já. ſ. L. eda hvat villtu, Etiam, inquit L. tu verò quid vis?

(p) ek em lavngetinn — tekit.] I. L. N. O. Q. S. þvíat ek hefi eigi heimt fyrri, ego enim (satisfactionem) nondum postulaui.

(q) bótvm.] K. launum, compensationem.

(r) fadvrfadir.] E. P. arfi (*non* afi).

(s) illa.] F. Fr. f. hart.

(t) allhart.] Iid. *tantum*, hart.

(u) þvi] B. Fr. f. hinv, illud.

*) *Haec si ad annum* 1003 *referantur, hoc absurdum inde oritur, vt Lytingum vnius anni interuallo, ante quam hic Höskuldum Nialsonium interfeceris, ab Amundio caesum oporteat esse. Quare cuminùs ad tertium ab caedibus Cap. C. supra memoratis, annum, nimirum* 1008, *referri debent.*

hoc Deo judice (v) aequum esse, quatenus tu hominem mihi tam arcta consanguinitate junctum occideris. caeterum habeo tibi dicere, si modo mihi (x) salvus esset oculorum vsus, me vel multam pecuniariam (y) de caede patris mei obtenturum, vel ei humano sanguine parentaturum esse: hic verò Deus litem nostram dirimat! Quô dicto (Amundius) egrediebatur: sed vbi ad (z) limen tabernaculi deueniebat, conuersus denuò in partem interiorem, oculis jam tum sibi recluſis, in haec prorupit: Laus (a) Domino! (æ) video nunc quid velit. & cum dicto in partem tabernaculi interiorem decurrit, vsque quò ipsum ante Lytingum perueniret: simulque securim in caput ejus ingerit, adeò vt ferrum *malleo* (b) tenus abderetur: quô retractô, Lytingus humi prouolutus statim effudit animam. Amundius ad ostium tabernaculi regressus, simul vt in vestigia (c) eadem, quibus aperta fuerant sibi lumina, perueniſſet; ecce clauduntur haec, perque totam inde vitam caecus extitit. Postibi se ad Nialem & filios deduci facit, iisque caedem Lytingi memorat. Niall fatur: Non licet vocare te de (d) hoc in crimen; id enim fataliter definitum est: (e) quin, (f) si talia euenta comperunt, praemo- A. C. 1008. P. 166.

(v) þótt eg se laungetinn, quamvis ego sim nothus, *inser.* I. L. N. O. Q. S.

(x) heileygr.] C. E. Chh. heileygdr. P. heilbrigdr.

(y) fyrir] Fr. f. eptir.

(z) búdardyrinn.] id. & Chh. búdardyrnar.

(a) se drottinn.] P. se Gud, Deo! G. Gud drottinn minn, Deo domino meo. E. sertu Gud. tibi, Deus! Fr. f. ser þú Gud drottinn minn, tibi, Deus domine mi!

(æ) se ek nú hvat hann vill.] G. ser nú &c. apparet nunc &c. E. P. sed er (ser ek) nú hversu vera vill, adparet (video) nunc quid futurum sit. || hann.] Fr. f. þú, tu velis.

(b) á.] I. L. N. O. Q. S. ad. F. af.

(c) en sama.] Fr. f. enn sama.

(d) þetta.] Fr. f. slíkt, ea re.

(e) en.] id. E. & P. ok.

(f) ef — verda.] B. F. þar er (er Fr. f.) — kunnu vera, vbi (quum) — existere possunt.

A. C. nondum commissus in pugnam fuerat. Hunc equum (a) equasque simul
1009. duas Höskulldo muneri dedit Skarphedinn, caeteriquè omnes eum donis
p. 168. honorabant, amicitiam ejus expetentes. Dein Höskulldus illos domum suam
Vorsabæium rogavit, & convivium celebre, magna multitudine hominum convocata, curavit. (b) Hic demolitus cubiculum fuerat dormitorium; quæ verò tria habebat procœtaria, (c) in iis lecti sternebantur. Adfuerunt omnes (d), quos ad convivium vocarat; idque honestissimè procedebat. Et celebratis domus convivis, lecta Höskulldus dona dedit; atque Nialsonios in viam (e) prosecutus est, ipsum Sigfussonium cum (f) multitudine (hospitum) omni comitantibus. Tum (g) utrique mutuam conjunctionem interventu neminis discissum iri confirmabant. Aliquantò post Mördus Vorsabæium veniens Höskulldum ad (h) colloquium evocat, (i) & cum sermonem conferre coepissent; Magnum, inquit, te inter & Nialsonios discrimen intercedit: tu illos egregiis affecisti donis, at illi te sanè quam (k) contumeliosè,

Quam

(a) merhrossi.] C. E. K. M. P. merar B. R. & *caet.* Chh. hross.

(b) Hann hafdi látid taka ofan skála sina — hvílvr í.] K. I. L. N. O. Q. Ý Ossabæ var skáli vid (ad, á) velli ok vard har búnar briár útibúdir til hvílna, In Ossabæio erat cubiculum dormitorium solo aequatum (destructum), atque (ideò) tria extra aedes tabernacula pro dormitoriis erant praeparata.

(c) vard par búnar upp hv. í.] C. R. v. Pau búin at hvíla í, praeparata fuerant, ut in iis dormiretur. || E. P. hvílduz menn par, in his quiescebant domestici (& hospites).

(d) til veizlunnar, in convivio, *add.* Fr. e.

(e) fór.] I. L. N. O. Q. S. gcd, pedes prof.

(f) fiolmennit allt.] lid. margir adrir, multis aliis.

(g) hvarir at — fiandskap.] Fr. e. peir þá enn af nyio at, illi de integro etiam — confirm. || I. L. N. O. Q. S. peir þá enn til (hinnar mesto) vináttu sín í millum, (mancipiorum) inter se amicitiam etiam nunc postulabant.

(h) máls.] Fr. e. tals.

(i) peir gengv á tal, *nescit* id.

(k) spotti.] F. hádi.

tu in hoc, ait Höskuldus, rationem (f) affers? Donarum tibi (respon- A. C.
sum, quem (m) *vitiosum (eundem) equulum* vocitabant; id tibi (n) probro 998.
dantes, quod & tu illis imperitos videbare. habeo etiam tibi dicere,
pontificatum insidiantes tibi: hunc in comitiis Skarphedinn (o) sibi vin-
dicavit), (p) ubi tu in Comitiis absens quintum judicium non frequen-
neque ille unquam remissurus pontificatum est. Ad quae Höskuldus:
ergò falsum est; nam ego illum (q) proximè autumno in conventu
lgasorio recepi. Itaque id Nialis (r) beneficio factum, ait Mördus, 1010.
is: pacta etiam (Nialsonii) erga Lystingum violarunt. Höskuldus
: Hoc (s) illis non censeo imputandum. Et Mördus: Arqui non (t)
eris, te illisque ad flumen Markicum proficiscentibus, securim ex balteo
ejus sucidisse, quâ te interficere constituerat. Haec erat, inquit
lldus, asciа sua lignaria, quam ego illum balteo (u) substringentem
ram. & verbò, subdidit, hoc tibi, Mörde, de me (v) profitendum: tu
alsoniis tam mala nunquam deferes, mihi ut fides fiat. quin, si res
tulerit, atque tu verum prædices, alterutrum fore, ut vel ego illos
n, vel illi me; (y) multò magis necem patiar ab iis, quam (z) damni
is inferam. tu caeterùm eo nequior es, (a) quod haec indicasti. Do-
mum

ærir.] Fr. e. finnr.
ranfola.] C. F. váfola, E. vofol-
d.
ſpotj.] I. K. L. N. O. Q. S. hæðni.
ðſt.] lid. bar, ejus te rei Skarph.
, accuſauit, quod tu &c.
ir.] *Omnes praeter* A. & D. at.
i havſt.] C. á havſti. *Quod ſapit & antiquius* G. Pauli.
vlldit.] Fr. e. & Chh. valldit.
eim at kenna.] I. L. N. O. Q.
ſlaga.

(t) mvntv.] B. C. K. M. máttu, potes inficiari.
(u) let.] F. fom.
(v) ſegia.] E. ſeggia.
(x) ſkipta vk ſegir þú.] E. P. ſſ. at þú ſegir, ſe habet, vt tu &c.
(y) miklv.] C. E. G. M. P. hálfu.
(z) mein.] F. til meins.
(a) er þú heſir þetta mællt.] E. er þú mælir þetta, quod haec dicis. B. at þú byrir þetta mál, quod hanc rem (ſc. calumniationem) occipis.

A. C. mum inde reperiit Mördus. Aliquantò post Nialſonios adiit cum quibus
1010. & Karlo multa colloquutus. Narratum eſt mihi, inquit, jeciſſe Höſkuldum, te, Skarphedinn, compoſitionem in Lytingum violaſſe: ipſe verò inueniebam, illi te videri (æ) capiti ſuo fuiſſe inſidiatum tum, quum ad ſtomen Merkicum tendebatis. at ego non minus capitales inſidias judico, quod ille tibi ad (b) conuiuium inuitato cubile in penario ab (c) aedibus remotiſſimo deſignauit,
p. 169. eòque ligna per totam noctem aggerebantur, vosque ſub tecto cremare deſtinauerat. verum (d) accidit, vt (e) Högnius Gunnaris filius eadem nocte adueniret, eòque factum, vt Höſkulldus & ſui vos (igne) non adgrederentur; (f) quippe (g) hominem metuebant. poſtea te in viam proſequens magno cum numerò hominum, rurſus (h) inuadere conſtituerat, Granio Gunnaris & Gunnare Lambii filio percuſſoribus in te ſubornatis: at iidem panefacti impetere te diffidebant. Haec vbi (Mördus) detuliſſet, Nialſonii primò quidem contradixêre, ſed (tandem) eò res venit, vt accrederent; eumque (i) ab ea parte familiaritas cum Höſkulldo infrequens adeò facta, vt cum hoc (k) modò non verbum facerent, (l) vbicunque conueniebant: (m) Höſkulldus autem parum obſequebatur illis. Sic peracto tempore aliquanto,

Svina-

(æ) þaſt vid þann fiorráð.] I. L. N. O. Q. S. viliat brepa ſik, ſemet occidere voluiſſe tum.

(b) heimboðs.] Fr. e. vœizlv.

(c) húſvm.] B. Fr. e. sdrum mannum, aliis hominibus.

(d) þat bar vid — of varð.] I. K. L. N. O. Q. S. þegar vid Högni komum, varð, vbi Högnius & ego aduenieb amus.

(e) Högni Gunnarſſon.] F. regn, pluuia — veniret (inceſſeret).

(f) þviat.] E. P. er.

(g) hann *omittit* F. *Pro quo* G. abra atgaungo, alio modô adgredi dubitabant.

(h) at veita *omitt.* C. E. G. M. P.

(i) gerðv þá í fálæikar af þeirra.] I. K. L. N. O. Q. S. gerðu fálæika af ſinni, ab ſua parte familiaritatem. Höſk. cum infrequentem reddiderunt.

(k) nær *omittunt* I. L. N O. Q. S.

(l) hvar ſem.] Fr. e. þá er, quum.

(m) en H. gaf — vm þrið, *neſcirus* I. L. N. O. Q. S.

Svinafellum in orientem autumnô proficiſcitur ad conuiuium inuitatus, (n) comiterque acceptus eſt a Floſio. Aderat & illic Hilldigunna. Floſius Höſkulldo loquitur: Significat mihi Hilldigunna, magnam tibi cum Nialſoniis ſimultatem intercedere, (o) quod ego moleſtè patior: ideòque tibi conditionem fero, vt ne redeas in occidentem; ac domicilium tibi Skaptafelli dabo: fratrem verò meum Thorgeirem Vorſabæium mittam inhabitatum. Höſkulldus ait: Sic (p) jacient nonnulli me prae metu inde fugere, quod ego nolo. Atqui, regerit Floſius, veriſimilius eſt, magnum hinc malum proficiſci. Et Höſkulldus: Id aegrè mihi eſt; mallem enim inultus perimi, quàm vt multis malum contingeret propter me. Paucis inde noctibus domum redire parat, & a Floſio (q) togâ coccina, quae (r) fimbriis ad (s) imum culta erat, dono acceptâ, Vorſabæium petiit. Inde aliquamdiu ſilentium. Erat Höſkulldus adeò gratioſus, vt pauculi ejus inimici eſſent: tamen eum inter et Nialſonios idem tota hieme perſeuerabat (t) odium. Niall filium Karii, Thordum nomine, ſuſceperat educandum. Eduxerat quoque Thorhallum filium Aſgrimi Ellidagrimi filii. Hic erat vir (u) fortis & acer ad omnia: juris ſcientiam (v) adeò didicerat, vt tertium inter Islandos (x) jure

A. C. 1010.

1011.

(n) vel.] Fr. e. allvel.

(o) ok þikkir — illa *omitt.* id.

(p) mvnv þat mæla ſvmir — ſkvia þadan.] F. mvn þat ſagt at ek fylgia (*non ſkvia, quod tamen ſcribere voluerit*) dicar prae &c.

(q) ſkarlati ſkikkiv. ok var hladbúin.] I. L. N. O. Q. S. ſkikkiu hladbúna. || E. P. ſkikkiu med ſkarlat gullhladna, tog. cocc. aureis fimbr. ornatam.

(r) var hladbúin.] C. G. M. var hlad (vero hlød).

(s) nidr.] Iid. & E. P. vfan.

(t) óþykkt] C. G. O. óþeckt.

(u) ravſkr.] F. hrauſtr.

(v) at Niáli, ab Niale, *add.* B. C. E. R. M. P.

(x) lagamadr.] C. E. G. M. P. løgmadr.

A. C. consulissimos locum obtinuerit. Eo anno praeuernabat, vulgòque manda-
1011. bantur terrae (y) femina.

Cap. CXI.

De Mördo ac Nialsoniis.

Quodam die Mördus Bergthorshvalem veniens, colloquiô cum Nialsoniis & Kario simul institutô, pro more Höskulldum calumniabatur, multa etiam de integro (z) ficta referens: quin & jam Skarphedinem ac caeteros (a) for-
p. 170. titer exhortatur, vt Höskulldum interficiant, testatus illum eos certè praeuenturum (æ), nisi maturè occuparent. Ad quae Skarphedinn: Hortationi tuae locum dabo, si tute nobiscum ire vis, & aliquid huc operae conferre. Hoc ego, ait Mördus, libens (b) faciam. (c) tum & omnes hanc in rem conjurarunt: isque die in noctem praecipiti rediret ad illos. Bergthora Nialem percontatur: De quo foris (d) conferunt? Nullus ego, inquit hic, consultationis illorum particeps sum; tametsi rarò, quum (*) bona (capienda) erant consilia, fui (e) segregarus. Eo vespere neque Skarphedinn neque fratres, neque Karius ibant (f) cubitum. Ipsa consequenti nocte, vt plerumque ejus discesserat, reuenit Mördus Valgardi filius: tumque Nialsonii & Karius adhibitis armis domô abequitarunt, & iter Vorfabæium vsque peri cuti, juxta (g) septum quoddam demorabantur. (h) Sudum erat & sol exortus.

CAP.

(y) korn sin.] B. korn sitt. G. sædi sin. Chh. sáð sitt. || E. P. F. Fr. h. korn suemma (snemmindis) sem. maturè.

(z) sogvr.] G. saguit. Chh. frettir.

(a) einart.] G. misk, valdè. E. Chh. einatt, sine intermissione.

(æ) at bragdi incipiendâ caede, *add.* F.

(b) til vinna.] I. L. N. O. Q. S. giora.

(c) ok — fastmælvm, *omitt.* Lid.

(d) tala.] G. mæla.

(*) góðr.] F. Fr. h. betri, melior.

(e) frákvaddr.] E. G. P. frá kallaðr.

(f) nidr.] C. E. G. M. P. til sveins, dormitum.

(g) gardi einvm.] B. gerdi nokkvrn.

(h) *Caetera nesciunt* I. L. N. O. Q. S.

CAP. CXII.

A. C. 1011.

Caedes Höſkulldi pontificis Hvitaneſii.

(i) Hoc temporis veſtigio Höſkulldus *Pontifex* Hvitaneſius, interruptô ſomnô veſtes induit, ac togâ, quam a Floſio acceperat, ſuperueſtitus, cophinum frumenti altera manu, gladium alterâ tenens ad (k) ſeptum graditur, & (l) ſementem facit. Condixerant inter ſe Skarphedinn ac caeteri, (m) hominem ſe communi opera confecturos. Illum ab auerſa ſepimenti parte ſubitò exortum conſpiciens Höſkulldus ſe in fugam (n) conuertere tentauit: Skarphedinn verò decurrit ad eum, praefatusque, Noli (o) igitur, (p) Pontifex Hvitaneſie, referre pedem: ferrum intentat in eum & capiti impingit. ſuccidit in genua Höſkulldus, & ſimul ac prolabebatur, haec edidit: Deus miſereatur mei, ſed veniam det vobis! Protinus cuncti adfluentes (vulneribus) eum confecêre. Quô facto, Mördus: Subit animum meum ratio. & Skarphedinn: Quae, cedo? inquit. Videlicet, (reſpondit,) jam primum ibo domum; dein adſcendam ad Griotam, ibique rem geſtam narrabo, & facinus hoc vituperabo: quippe certè ſcio Thorgerdam eſſe me rogaturam, vt patefaciam homicidium; quod & ideo faciam, quia (q) haec res maximo accuſatoribus detrimento eſſe poterit. (r) Mittam quoque Vorſabæium, (s) qui, quam ma-

(i) ȝ þenna tíma.] lid. þennan morgun, Hôc mane.

(k) gerdiſins:] F. gerdis ſins.

(l) ſár.] E. ſær.

(m) á honom vinna.] G. E. P. at honom vinna (vega, caeſuros).

(n) ſnúa.] F. leita.

(o) þá.] B. C. D. E. R. O. P. Q. S. þú, tu.

(p) godi.] B. E. R. I. K. L. N. Q. S. godinn.

(q) þeim mega þat meſt málaſpell verda.] F. þat má þeim veſt gegna ok meſt málaſp. gera, h. r. vindicibus damnoſiſſima eſſe poterit, accuſationique maximum adferre detrimentum.

(r) ek mun ok — þeim, *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(s) ok vita.] G. at heyra.

A. C. turè quid hic ſuſcipiatur conſilii, reſciat: idem, quae acta ſunt, hic inaudiet;
1011. & ex illo meinet (t) accepiſſe ſimulabo. (u) Sic ſanè cura tu, ait Skarphedinn. ſeque cum fratribus & Kario domum retulit. Eò peruenientes, nuntium caedis Niali attulerunt. Lamentabilis (v) hic nuntius, inquit is, atque (x) hanc rem ſcire miſerum eſt; etenim, vt (*) verum fatear, hoc mihi
p. 171. tantam (y) moeſtitiam exhibet, vt duos perdidiſſe filios meos, quam non (z) viuere Höſkulldum, potius ducam. Skarphedinn ait: Hoc meritò ignoſcendum; tu ſenex es, vnde credibile eſt (a) animum tuum grauiter affici. Niall verò: Atqui haec non minor quam ſenium eſt cauſa, quod ego (æ) quam vos, quid ſit conſecuturum, exactius noui. Tum Skarphedinn: Quid (b) conſequetur? Mea ipſius mors, ait Niall, & conjugis meae, omniumque filiorum. Ibi Karius: Quid verò de me diuinas? Cui Niall: Arduum (c) fuerit vindicibus tuae (d) felicitati occurrere; tu enim (hac) omnes eos (e) ſuperabis. (f) Iſta res vnica erat, quae tantam Niali aegritudinem attulerit; vt mentionem ejus niſi lacrymabundus facere nunquam poſſet.

CAP.

(t) taka.] B. haſa. F. Fr. h. fretta.

(u) ſardu ſva meb viſt.] I. L. N. O. Q. S. giordu ſvo, fac ita.

(v) erv þetta, *omittit* S.

(x) er ſlikt — ſegia at, *om.* I. L. N. O. Q. S.

(*) ſatt.] C. E. G. P. ſannligt.

(y) vm trega, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(z) liſdi Havſkylldr.] C. E. G. M. P. væri H. á liſi, in vita eſſe H.

(a) þer falli nær.] I. L. N. O. Q. S. þ. f. ſyn, te vt deficiat viſus. *ſed quid hoc ad rem?*

(æ) gerr enn þer, *omittunt* Iid.

(b) eftir koma.] Iid. þat vera, illud eſſe credis?

(c) verta.] Iid. vera, fuerit.

(d) giptv.] E. gæfu.

(e) drygari.] *Omnes praeter* A. & D. driúgari.

(f) þá — ſva at, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

CAP. CXIII.

A. C. 1011.

De Hilldigunna & Mördo Valgardi filio.

:rgefacta (g) Hilldigunna, & Höſkulldum (h) comperiens ab (i) lecto (k) Grauia, inquit, (l) neque bona fuerunt quae ſomniaui: quare mei,) Höſkulldum quaerite. Itur per tecta exploratum, neque inue-:. Tum illa veſtes induta ſe ad (m) ſeptum adfert, II. famulis comi-s: ibi Höſkulldus offenditur caeſus. Commodùm adeſt opilio Mördi di filii, Nialſonios inde modò adſcendiſſe nuntians: & me, (inquit,) Skarphedinn, caedemque (n) ſui operis eſſe profitebatur. Pulchrum oc facimus, ait mulier, ſi quis vnus (o) deſignaſſet. Adhibita togâ, & ſterſis vndique vulneribus, cruorem togae inuoluit, hancque ita com-n in ſcrinium (q) depoſuit. Mox Griotam mittit, qui perferret eò m. Ibi verò Mördus jam aderat, & factum modò narrauerat. Adue-:tiam eò Ketill a Marka. Quem Thorgerda ſic eſt allocuta: Iam Hö-is, quomodò (r) nos nouimus, mortuus eſt: quare tu nunc memento, puerum ſuſcipiens educandum recipiebas. Ketill ait: Poteſt quidem tunc (s) valdè multa ſpoponderim; neque enim hos (t) dies, jam

---

ſkálanvm, in dormitorio, *add.* G.
ann.] O. ſá, videns.
úminv.] B. I. K. L. N. O. Q.
inni. F. reckionni.
hardir, hafa dravmar verit.] F. (*non* hardir) ero draumar.
A. C. 1012. Ad haec Gizurr: Ignoſcendum eſt, quod ejus rei memoria tuo animo inhaeret: (g) quare nunc nihil amplius tangemus. Kario ſe domum rediturum ſignificante; Nunc ego, inquit ille, conſilia mea tecum liberè communicabo. tu ne domum equites; at hinc tamen abeas, cenſeo, & in tractum Eyafiallenſem orientem verſus proficiſcaris ad Thorgeirem Skorargeirem ac Thorleifum Krakum (h). (i) illi te rurſus ex oriente ſequuntor, quippe ipſi principales hujus cauſae actores: (k) comitetur & eos frater Thorgrimus *Magnus*. tu cum illis Mördum Valgardi filium adi, eique meis verbis nuntia, accuſationem caedis Helgii contra Floſium recipiat: (l) in quo ſi (m) vel vnico verbo tergiuerſabitur, tu te quam iratiſſimum exhibe, ſimulans illi te (n) ſecurim in caput incuſſurum: alias, modò ille malignè (o) retrectauerit, meas iras comminare; ſimul adjiciens me filiam meam Thorkatlam arceſſiturum, &, vt
p. 217. domum remigret meam, (*) facturum eſſe; id quod ille non patietur, quod eam quemadmodum (q) proprios oculos amat. De conſilio ſibi facto gratias agebat Karius; nihil verò Gizurem de ferenda ſibi ope compellauit, quod (q) eum tam hac in re, quam aliàs, amicum eſſe acturum crederet. Hinc (r) omnes orientales tranſmiſit; inde in Fliotzhlidam, inde trans flumen Markicum

(g) of ſkylv ver — of avſtr.] I. L. N. O. Q. S. *tantum*. Skalltu nú rída avſtr, Nunc tu in tractum &c.

(h) of Þorgrím hinn mikla, & Thorgrimum Magnum, *add.* F. of bróðr hans, & fratrem ejus, *add.* B.

(i) þeir — með þer, *omitt.* P.

(k) með þeim — þeirra, *neſcit* id.

(l) mælir nokkvrv orði í móti þeſſv.] K. vill eigi við taka, ſin ſuſcipere noluerit.

(m) nokkvrv orði *omittit* P.

(n) mvnir hafa vxi í høfði.] P. myndir reka exi í høfuð. F. mvnir þá gegra hafa exi ꝛc.

(o) at komaz.] B. C. M. at þeſſu komaz, hoc negotium detrect.

(*) láta hana, *omitt.* Fr. d.

(p) avgvm í høfði ſer.] K. augvm ſinum. P. líſinu í brióſtinu á ſer, vitam in pectore ſuo (animam ſuam).

(q) þá at honom — amat.] Fragm. d. at eigi mundi þurfa, hoc non opus eſſe putaret.

(r) vſir ár of þadan, *omitt.* id.

kicum ad Selialandsmulum, indeque orientem verſus Holltum vſque perten- A. C.
debar. Thorgeirr Karium & comites (s) ſumma cum humanitate admiſit; 1012.
deque itineribus Floſii docuit, & (t) quantum is (u) ab Oſtfiördenſibus auxilium obtinuiſſet. Karius ignoſcendum farebatur, quod ille, cui tam multis eſſet reſpondendum, opem ſibi peteret. (*) Hôc melius (res habet), inquit Thorgeirr, quò ſe (v) omnes illi nequius praebent; (x) eò vehementius illos perſequemur. Ei Karius quum de ſuggeſtione Gizuris narrauiſſet, mox ab oriente proficiſcuntur in Rangarvallos ad Mördum Valgardi filium. Hic eos benignè accepit: ſed mandatum ſoceri ſui Gizuris edoctus a Kario, (y) ſuſcipere cunctabatur, ſolo cum Floſio, quam X. aliis experiri grauius eſſe cauſatus. Tum Karius: Hìc tu praebes te (z) quemadmodum ille rebatur; ſcilicet es quauis re malè praeditus; nam (a) non timidus modò es, ſed animi in te nihil eſt. (æ) at viciſſim tibi tuô meritiſſimô id eueniet, vt Thorkatlae domum patris ſui remigrandum ſit. (b) Qua ſe protinus accingente, & (c) jam pridem ad diuortium cum viro fuiſſe promtam praedicante,

(s) með inni meſtu blíðu-] C. M. báðum hendum, ambabus vtuis accepit.

(t) hu. mikit lið.] P. hu. mikinn ſtyrk.

(u) þegit í Auſtfiarðum.] F. fengit í fiarduna hauſtr. P. *tantum*, fengit, aux. obt.

(*) Þui betr — ſækia, *omiſ.* P.

(v) allum.] C. M. Fr. d. allt, in omnibus rebus.

(x) þui — ſækia, *neſcis* Fr. d.

(y) tók ſeinliga vndir þat.] B. Fr. d. C. M. var helldr erfiðr (ok torſóttr.), P. var helldr tregr, nimis (in eo ſuſcipiendo) difficilis (& inexorabilis), tardus erat

(z) ſem.] B. C. F. M. P. Fr. d. iafnt ſem, perinde atque.

(a) hræddr ok huglauſs.] P. huglauſs ok rógſamr, & animus tibi deeſt, & calumniator es.

(æ) enda ſkal þat á bak koma ſem þer.] C. M. hitt fylgir ok at þer, id.

(b) hon bióz — Merði, *omiſſis* P.

(c) quaðz þeſſ fyri lengu búin.] F. quað — lengu ván, jam diu id ſe exſpectaſſe praedic. || C. M. quað þat vera nærr ſkapi ſínu, idque ſibi magis libere (*vt a viro diſcederes, quam cum eo eſſes,*) praedic.

A. C. 1012. *exſiſteret, & vnde mortem acciperet Helgius, eo in loco, vbi Floſus Thorâ filius adgreſſione lege definitâ Helgium Nialſonium prior impetiuerat. denuntio vobis omnia illa verba adhibenda, quae proferre legibus adſtringimini, quaeque ego vos in jure ſum rogaturus, hanc ad cauſam pertinentia. denuntio vobis ſolenni denuntiandi formulâ. denuntio vobis coram. denuntio vobis ob cauſam a Thorgeire Thoreris filio mandatam.* Quibus dictis Mördus, Iam vt poſtulauiſtis, inquit, parata eſt (v) accuſatio. nunc ergo te, Thorgeirr Skorargeirr, oro, vti tu ad Comitia iter faciens (x) venias ad me, quò nos ambo (y) cum caterua vtriusque noſtrûm vnà (z) proficiſcamur, hasque quam (a) conjunctiſſimas habeamus. meus enim comitatus ſub initia ſtatim comitiorum paratus erit. & ego fidem (æ) vobis meam probabo in omnibus rebus. Haec omninò commodè ſuſceperunt (Karius & Thorgeirr): atque hoc inuicem confirmatum jurejurando eſt fore, nemo vt ſe ab altero (b) disjungeret, antequam placuiſſet Kario, quin ſuam quisque pro altero ſalutem communi periculo exponeret. Dein ab inuicem (c) amici diſceſſerunt, mutuo polliciti, rurſus inter ſe (d) comitiis conuenturos. (e) Iamque Thorgeirr in orientem reuertit. Karius autem occaſum verſus tranſiit amnes, & Tungam vſque perrexit ad Aſgrimum: (f) a quo exceptus cum ſingulari comitate, omnia Gizuris *Albi* conſilia, paratamque accuſationem, commemorauit ei. (g) Hoc de illo ſperabam, inquit Aſgrimus, fore, ſe vt beneuolè gereret: quod & p. 219. jam re (h) oſtendit. Tu verò, quaerit idem, quid ex oriente ſciuiſti de Floſio?

(v) her, hic, *inſerit* Fragm. d.

(x) komir.] Id. ríðir, equites.

(y) ſaman með hvarntveggia flokkinn.] B. C. G. M. ſam. við báða flockana. F. Fr. d. með báða ſaman flokkana.

(z) ríðim.] Fr. d. forum.

(a) bezt.] Id. bazt.

(æ) yðr, *omiſit* id.

(b) ſkilia.] Id. ſkiliaz.

(c) með vináttv *neſcit* P.

(d) á þíngi.] F. til þings reiðar, ſub iter comitiale.

(e) Ríðr — aptr. en, *omitt.* P.

(f) hann — vel. & *mox* alla ok, *neſcis* id.

(g) Slíks — nú ſynt, *omitt.* id.

(h) ſynt. Aſgr. mælti.] F. lyſt. eða oſt. Sed quid tu.

Flosio? Karius respondet: Is totam orientis prouinciam vsque in Vapnafiordum A. C. (i) peragrauit, (k) propèque omnes magnatum suam illi operam & profec- 1012.
tionem ad Comitia dictauerunt. sperat quoque opes Reykdalensium & Lios-
vætningorum & (l) Exfirdingorum. Hac de re illi prolixè communicauerant. Tempore comitiorum vniuers. jamjam appetente, pes Thorhalli Asgrimi filii correptus (m) tanto est vlcere, vti tibia ipsum (n) supra talum perindè crassa tumidaque esset, ac femur foemineum; adeò non nisi baculo nitens ingredi poterat. Idem vir staturâ grandi, magna virium firmitate (o), (p) colore comae facieique subfuscô: temperans lingua, sed (q) animus ad iram pronus. Erat tertius in Islandia jure consultissimus. Cum jam esset maturitas adeundi Comitia, Kario Asgrimus fatur: Tu sub ipsa (r) initia comitiorum censeo proficiscare, nostraque tabernacula instruas. tecum eat filius meus Thorhallus; (s) namque tu cumprimis leniter eum habebis & commodè, quatenus (t) pede captum (u). illius verò operâ nobis (v) in his comitiis maximè

(i) fôr.] P. hefir farit i vetr, peragr. proximè praecedenti hyeme.

(k) náliga, *omittit* id.

(l) Exfirdíngom.] F. Fr. d. Chb. Exfirdingum. *male.*

(m) sva mikit — lær.] P. nockut med mikilli bólgu, aliquo est vlc. magno cum tumore.

(n) ofan avkla — fem kouv.] K. nedan hue ok ofan at aukla var ekki minni enn kouu, infra genu ac deorsum ad talum vsque, non minor (tenuior) esset, quam femur &c.

(o) ok manna karlmannligastr, & specie corporis quam maxime virili *add.* F.

(p) hárslit.] Fr. d. P. hár, comâ (facieque subfuscâ).

(q) skapbráðr.] B. C. Fr. d. bráðskapaðr. F. barskapþr. Chb. bráðsinnaðr.

(r) andverðs, *omittit* P.

(s) þú munt — fótl. en.] Id. *tantum*, þvíat, nam (illius operâ &c.).

(t) fótlami.] Fr. d. fótlama. B. C. G. M. fótmeiddr.

(u) sva at han nær ekki gánga, nihil vt ambulare valeat. *addit* B.

(v) á þessv þingi.] P. áðr en þessu þingi se lokið, antequam haec finita erunt comitia.

A. C. equus Siberia, vobiscum XX. alii proficiscuntur. (x) Postmodò iter apparatum, 1010. illique (y) mox ad Comitia profecti, tabernacula, (z) resque suas diligenter instruxerunt.

CAP. CXXXVII.

De Flosio ac (caeteris) incendiariis.

Commouit se ab oriente Flosius, decies denis, qui cum eo incendio adfuerant, sociis comitatus. hi (a) primùm in Fliotzhlidam perrexerunt: vbi quum Sigfussonii in componendis rebus domesticis multum diei absumsissent, sub vesperam occidentem versus (æ) Thiorsam transmiserunt, ibique per noctem acquieuerunt. Postridie autem equis manè admotis vt se dederant in viam, suis ita locutus est Flosius: Nunc nos Tungam ad Asgrimum diuertemus prandendi gratiâ, illique (b) injurias suas denuò onerabimus. (c) quod & socii (d) pulchrè factum praedicarunt. Perrexerant igitur quo usque parum abessent a Tunga: quum Asgrimus cum aliquot domesticis vnà foris fortè constitutus, prospectô venientium agmine simul ac domô licuit, (e) famulisque suis dicentibus, Illic sine dubio adest Thorgeirr Skorargeirr (f): Ego verò, p. 220. inquit, (g) nîl minus existimo; hi (h) enim homines eunt (i) cachinnantes atque

(x) Eptir — ridv þeir siðan.] P. *tantum*, Síðan ridv þ. Post (ad com.)

(y) síðan til þings.] Id. af stað, domô.

(z) *Caetera nescit* id.

(a) þar til er — fram á leið.] Id. *tantum*, sem leiðir liggia, quâ publicæ ducunt itinera, proficiscebantur.

(æ) ýfir Þiórsá.] I. K. L. N. O. Q. S. til Þiórsár, ad Thiorsam perrexerunt.

(b) illsakar.] C. G. Chh. Fragm. d. illsakir. B. illzakir.

(c) *Haec absunt a* P.

(d) vel gert.] Fr. d. v. vera, adprobarunt.

(e) menn Ásgríms mælltv.] P. þá mælltv heimamenn, domesticis.

(f) með monnum sínum, cum comitibus suis, *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

(g) eigi in heldr ætla.] B. eckinheldr ætla. C. F. M. P. Fr. d. eigi ætla. || I. K. L. N. O. Q. S. þat mun eigi vera, Non ea fuerit res.

(h) þviat *nescit* Fr. d. & P.

(i) hlátri ok gapi.] B. D. hl. ok gani, cach.

atque incompositi; at cognati Nialis, qualis Thorgeirr, risui non prius indul- A. C.
gebunt, quam (k) exustio (ejus) quadamtenus fuerit vindicata. (l) atque adeò 1012.
conjicism aliud, quod tamen vobis ad fidem minus pronum videri possit: haec scilicet opinio mea, hos esse Flosium & incendiarios vnà, (m) qui injurias nostras denuò exaugere sine dubio cogitant. nos igitur omnes introeamus. mox ita factum. Asgrimus (n) cubicula curat verrenda, velisque ornanda, tum erigendas mensas, ciboque onerandas, scamnaque ante sedilia (o) aequae longitudinis (p) per totum triclinium locari facit. Flosius in aream villae inuectus (q) equis descendere suos, tectaque subire iussit; idque faciunt. (r) queis in triclinium deuenientibus, in tabulato Asgrimus sedit. Flosius (s) sedilia contemplatus, in promtu esse quidquid discubituris opus foret, animaduertit. Non salutauit Asgrimus hospites, at Flosio (t) loquitur: Eâ gratia (u) sunt appositae mensae, quò, quibus est (v) opus, capere cibum (x)

---

esch. & temerarie. K. hlátri ok glavm, cum cachinnis & garrulitate. I. O. S. hl. ok gems, — & sannis. L. N. Q. hl. ok gums, — & ludificatione. F. gabbi ok gapi, irridentes & dissoluti. || ok gapi, *omittit* P.

(k) nokkvt er hefut brennvnnar.] I. L. N. O. Q. S vakin er hefnd. br. incendium vlcisci coeptum erit.

(l) ok mvn ek — ætlvn mín.] Iid. þætti mer eigi ólíkara, haud dissimilius vero videretur mihi, hos &c.

(m) ok mvnv — oss, *nescit* P.

(n) húsin.] I. L. N. O. Q. S. stofuna, triclinium — verrendum.

(o) ok borðum, mensasque, *inser* P.

(p) vm alla stofvna *omitt.* P.

(q) hestvm.] P. hestum sínum. F. báði hestum sínum ok binda alla, equ. suis desc. omnesque religare.

(r) þeir Flosi komv.] P. ok gengv, & tricl. ingressis.

(s) bekkina.] F. báða bekki, vtrinque sedilia.

(t) þó, tamen, *inseris* P. *post* til.

(u) erv borð sett.] Id. er matr á borð boriun, cibus impositus mensis est.

(v) þarfa þvrfv.] F. eta þ. comedere opus. Chh. þans þ. eð op.

(x) heimoll.] B. C. E. Ohh. heimill. P. heimillt, *omissa* matr.

A. C. 1012. liceat. (y) It Floſius accubitum, ſuique omnes, armis (z) ad tabulationem repoſitis, quîs non (a) licuit in (æ) ſedilibus, in ſcamnis anterioribus conſidebant: quatuor verò armati (b) quâ Floſius diſcumbebat, ante adſtitêrunt, dum cibum caperent. Conticuit Aſgrimus inter prandendum, (c) ruborem, qualis eſt ſanguinis, adſpectu referens. Cum autem ſaturati hoſpites eſſent, mulieres aliae menſas ſummouerunt, aliae (d) mallauia (e) intròrulerunt. Floſius (f) nihil properantius egit, quam ſi domi eſſet ſuae. Erat fortè ſecuris lignaria in (g) angulo tabulati repoſita. hanc Aſgrimus vtraque (h) prendit manu, & in marginem tabulati (i) adſiliens Floſio intentat in caput. at Glumus Hrllderis filius (k) conatum fortè conſpicatus, oppidò exſiſtit, dolabrâque ipſas ante manus Aſgrimi (l) comprehenſâ, ſtatim ad eum reflectit (m) aciem, (n) quippe qui validus erat viribus. tum multò plures exſilire, manus-

(y) Floſi mælti. eta ſkal óvina mat ok ſugu ſaunā, Floſius ait: Edatur cibus ab inimicis praebitus, & nihilò compenſetur. *inſerit* P. || gengr.] B. C. E. R. M. ſte (ſteig).

(z) vpp at þili.] C. G. M. vpp til þils. || K. P. at bali ſer, poſt ſe.

(a) mátty.] P. gáty.

(æ) bekkiunum.] E. pallunum.

(b) fyrir framan þar ſem Floſi ſat medan þeir mavtvdvȝ.] P. frammi fyrir Floſa á medan han ſat fyrir bordum, ante Floſium, dum ille diſcumbebat, adſt. E. — medan han matabiȝ, — dum ille cibum caperèt. I. K. L. N. O. Q. S. — medan han ſat at mat, dum ille adſidebat menſae.

(c) raudr á at ſiá.] P. riódr.

(d) handlavgar] C. E. G. M. langar, aquam (*manibus*).

(e) bórv inuar.] P ſærdu, mihiſtrarunt.

(f) ſugv ódara — heima.] I. K. L. N. O. Q. S. *tantum*, allu tómliga, omna otioſè egit.

(g) palli horninv.] E. P. pallinum, tabulato. S. pallrúminu, id. O. beckinum, ſcamno.

(h) tók.] P. þreif, arripit.

(i) *Hic deſunt 4 folia ex* F.

(k) tilrædit.] P. þetta, hanc rem.

(l) gat tekit.] C. E. G. Cbh. þreif. P. greip vm.

(m) egginni.] E. P. ſpiani, ſecurim.

(n) þviat Gl. var rámr at afli.] P. han var mikill madr ok ſterkr, erat (enim) vir magnus & robuſtus.

(o) manusque Asgrimo injicere: sed eum Flosius a quopiam affici malo A. C.
veruit; nos enim (ait) nimiâ hominem tentatione provocauimus; is verò 1012.
nihil aliud, nisi quod oportuit ipsum, coeptauit, atque sic (p) animi confidentiam exseruit. mox idem ad Asgrimum: Hìc nos ab inuicem discedemus (q) incolumes, & in Comitiis iterum congressi, integram ibi causam aggrediemur. Sic (r) fiet, inquit Asgrimus, ac voluerim vos vt praeteritis his comitiis (s) vela contraheretis. Flosius, nullo responso reddito, (t) cum sociis foras exit; equos conscendunt, abequitant. Hinc iter vsque Lögarvatnum contulêre, ibique noctem exegêre: manè vero in Beitivallos (*campos pascuos*) progressi, (u) equos ibi refecêre. Huc ad eos multae cateruae aduehuntur: in quibus Hallus a Sida, cunctique Ostfiördenses. His comiter acceptis Flo- p. 221.
sius de iniuriis suis, quaeque se inter & Asgrimum (v) acta fuerant, narrauit. (x) Eam rem collaudantibus multis, ac (y) strenuè factam praedicantibus; At mihi, inquit Hallus, hoc (z) secus quam vobis probatur, nam istud

(o) tókv Ásgrím.] B. C. E. G. M. P. villdv (ætlvdv) at ráda á Ásgrím (at Ásgríni.) Asgrimum inuadere cogitantes.

(p) ofrhvgi.] E. fullhugi, se animis valentem ostendit.

(q) heilir *omittit* P.

(r) mvn vera.] P. m. vera verda, fiat necesse est. E. munu ver gera, faciemus.

(s) færit lægra.] E. fengit lægra hlut, inferiorem sortem auferretis. P. lytid í lægra halldit, succumberetis.

(t) gengv þeir — var þar.] P. ok gecc i burtu. ok ridu sidan til þings ok tiolldudu búdir sínar. þar kom, abiit, isque & socii ad comitia perrexerunt, suaque tabernacula instruxerunt. *Malè; nam & quae in fine Cap. referuntur, agnoscit.*

(u) ádv þar — var þar.] I. K. L. N. O. Q. S. bidu þar Austfirdínga. Kom þar, Ostfiördenses ibi exspectarunt. Aduenerunt eò Hallus &c.

(v) vidskiptvm.] B. C. E. G. P. skiptum.

(x) þetta.] C. E. G. M. P. Flosa, Flosium. I. K. L. N. O. Q. S. stíl bregd fyrir Flosa, Haec incoepta in Flosio.

(y) ravskliga.] P. rauskmannliga.

(z) annan veg.] B. C. E. G. M. P. odruvisi.

A. C. 1012. (a) incoeptum exiſtimo inconſultum; (æ) ſuas verò injurias recordarentur, quamuis non denuo admoniti: (b) caeterà maximo ſe periculo expoſuunt, qui tam grauiter (c) alios tentant. adeo compertum ex Hallo videri ſibi (d) plurimum eâ re peccatum. Inde vniuerſi pertenderunt in *campos* vſque *ſuperiores*, ibique numerô ſuo in modum juſtae cohortis ordinato, in locum comitialem deſcenderunt. Floſius tabernaculum Byrgicum, (e) ante quam ad Comitia iſſet, inſtrui ſibi fecerat: Oſtfiördenſes autem ſuum quiſque tabernaculum adierunt.

CAP. CXXXVIII.

De Thorgeire Skorargeire.

(f) Thorgeirr Skorargeirr ex oriente magna cum manu proficiſcitur, (g) fratribus Thorleifo Krako & Thorgrimo *Magno* eum comitantibus. Ii Hofum venerunt ad Mördum Valgardi filium, ibique, donec aptus itineri eſſet, demorabantur. Is congregauerat omnes, quotquot armis maturi erant: (h) neque eſt aliud compertum ex ipſo, quam per omnia imperterritum eſſe. Dein iter, quouſque trans amnes occidentales ventum, perrexerunt; tumque Hallium

(a) úvitrligt bragd.] E. P. G. úvitr liga gert (gert haſa verit), inconſultè factum (exiſt.).

(æ) harmſakir ſinar.] E. I. K. L. N. O. P. Q. S. harma ſina.

(b) en þeim monnum allvant.] P. er þeim allum allverr, eſt omnium eorum ratio multo pejor, qui.

(c) annarra.] P. manna, al. homines.

(d) miok *neſcit* id.

(e) hafdi látid — ſinna búda.] I. L. N. O. Q. S. let tiallda Byrgisb. en Auſtfirdingar ſinar búdir, inſtrui fecit, ſua verò tabernacula Oſtfiördenſes.

(f) *Ita caput incipit in* C. G. M. E. P. Nú er þar frá (frá því) at ſegia (þat til máls at taka) at Þorg. Nunc narrandum venit (ordiendum eſt dicere), quod Th.

(g) vorv — bonum.] P. *tantum*, al. & Thorleifus Krakus & Thorgrimus magnus.

(h) þat eina.] P. þat, idque comp. — eum per &c.

rium Skeggii filium opperiebantur: (i) nec diu exſpectatum, cum hic adue- A. C.
nit. Quò amicè exceptò, cuncti vnà proficiſcuntur, donec Reykos in Biſcups- 1012.
tungis ventum eſſet. Heic Aſgrimum Ellidagrimi filium praeſtolantur: isque
ibidem ad eos aduenit, (k) Tum Bruaram (*amnem ponte junctum*) ad occeſum
tranſeunt. Interim illis Aſgrimus, quaecunque ſibi cum Floſio interceſſiſſent,
enarrauit, ad quae Thorgeirr: Iſtuc voluerim, nos vt (l) vires aduerſariorum
ante (m) finita comitia experiremur. Iter in (o) Beitivallos vſque confece-
rant; (o) cum Gizurr *Albus* permagnâ careruâ iis aduerſum venit; cumque
illo (p) colloquium ineunt. Tum in *campos ſuperiores* adequitârunt, totoque
ibi comitatu in juſtae cohortis morem diſpoſitô, ita locum comitialem petiêre.
Floſius ſuique omnes arma (q) rapere, ac propius nihil factum, quam vt
confligeretur; niſi Aſgrimus & (r) ſocii, poteſtate ſui non facta, ſe ad ta-
bernacula ſua contuliſſent. ea igitur dies tranquilla, nihil vt inuicem negotii p. 222.
habuerint. Haec ad comitia proceres ex omnibus inſulae (s) prouinciis con-
uenerant, nec vllus (t) anteà, poſt hominum memoriam, adeò frequens
fuerat comitiatus.

CAP.

(i) ſkamma.] C. M. ſitla. P. *omittit* ſkamma.

(k) riðv — þeir komv, *omitt.* id.

(l) karlmennſkv þeirra.] E. þá, eos (aduerſarios). I. K. L. N. O. Q. S. karlm. vora, virtutis noſtrae — periculum faceremus.

(m) lyki þinginv.] E. þingit væri úti, I. K. L. N. O. Q. S. ver farim af þinginv, quam nos a comitiis rediſſemus.

(n) Beitivallv.] P. Beitivallum. *ablat.*

(o) kom — ſiolmenni, *neſcit* id.

(p) þá tal ſín á milli.] B. C. E. G. M. Fragm. i. tal ſángt með ſer, prolixum habuerunt colloquium.

(q) tóku.] C. E. G. M. P. hlupu, (ad arma) ruunt. Fv. í hliópu, id.

(r) þeirra ſveit.] P. hans menn, ſui.

(s) fiórðúngvm.] B. ſveitum, tribubus.

(t) ábr.] E. fyrr. || ábr *omitt.* P.

A. C. 1012.

CAP. CXXXIX.

De Eyiolfo Bölverki filio.

Vir erat nomine *Eyiolfus*, filius Bölverki, filii Eyiolfi *Vafri* ab (u) Otrardalo, filii Thordi Gelleris, filii (v) Oleifi Feilanis. Mater Eyiolfi *Vafri* fuerat Hrodnya, Skeggio Midfiördenſi nata (x). Erat Eyiolfus vir honoratiſſimus, ac longè omnium (y) juris peritiſſimus, adeò vt Islandorum (*) jure conſultiſſimorum (z) tertius eſſet. Forma viri omnium pulcherrima, ſtatura grandis, magnum corporis robur, porrò ille ſummae atque (a) optimae ſpei: ſed auarus pecuniae, quemadmodum alii cognati ſui. Quodam die Floſius tabernaculum Biarnii Broddhelgiô nati adiit; receptusque ab eo ambabus vlnis, cum adſediſſet, iique de multis rebus inter ſe conferrent, a Biarnio quaerit: Quid porrò conſilii capiemus? Hic reſpondit: Cenſeo negotium nunc expeditu difficile; attamen vtiliſſimum reor vt auxilium petatur; magnae enim aduerſus vos opes contrahuntur. caeterum te, Floſi, rogare volo, numquis (æ) veſtrarum partium haud vulgari gaudeat juris prudentia? nam duae vobis reliquae ſunt rationes; (b) vna, vt pacificationem expetatis, quae ſanè optima eſt: altera, vt cauſam ex lege defendatis, ſi modò (c) contingant exceptiones; tamer-

---

(u) Otrardal.] B. C. D. E. G. M. Otrgdal. P. Orradal.

(v) Oleifsſ.] Fr. i. P. Oláfsſ.

(x) Skinnabiarnar (biarna E.) ſonar Skutadar (Skautadar E. P.) Skeggiaſonar. *addunt* C. E. G. M. P.

(y) lavgfrœmaſtr.] Fragm. i. laugvitraſtr.

(*) lsgmadr.] Id. B. Chb. lagamadr.

(z) inn þriði, *meſtr* B.

(a) beſta.] I. K. L. N. O. P. Q. S. Fragm. i. meſta.

(æ) í lidi vdru.] B. í lidi þínu, C. G. M. í ſforuneyti þínu, tuarum p. (in tuo comitatu). E. med þer, P. hiá þer, tecum (apud te) ſit qui haud &c.

(b) annathvart.] Fr. i. annarr er þá, vna haec eſt.

(c) varnir verda til.] C. M. E. má vt ſe varnir (vorn) til, fieri poſſit, & exceptiones dentur (exceptio detur).

tametsi hoc pervicaciter actum esse videatur; verùm hanc (rationem) eò A. C.
censeo (d) inceptandam, (e) quod antehac turbulenter (f) grassati estis, (g) 1012.
neque nunc decet vt vos ad minora demittatis. Ad quae Flosius: Quod (h) de legis peritis requirebas, (i) ex tempore tibi respondebo, neminem in (k) coetu nostro talem esse, ac neminem scio (l), a quo in eâ re opem sperem, nisi cognatum suum Thorkelem Geiteris filium. Biarnius contra: Non eum nominabimus, quanquam (m) jure peritus sit; est vtique bene (n) prudens, idque adeò, vt nihil sit, quod quisquam hominum confidat periculum se in eo facturum: caeterùm is tibi, vt qui alius optimè, adsistet; etenim homo est confidens. porrò (o) dicam tibi eam rem ipsi exitio fore, p. 223.
qui causam incendiariam defendit; hoc autem nolo (p) Thorkeli cognato meo contingat: adeò (q) vobis (r) quaerendus est alius (aduocatus). Negante Flosio sibi gnarum esse, qui essent jure consultissimi; Biarnius ait: Vir nominatur Eyiolfus, filius Bölverki; ille est in prouincia Vestfiördensi juris prudentissimus: at (*) magnis adducatur praemiis (s) est necesse, si eum huic negotio

(d) vpp at taka.] B. Fr. i. af at t., C. E. G. M. P. af at ráda, eligendam.

(e) at þer hafit ádr med ofstopa farit.] P. at þer farit eigi med ofstopa, vt ne turbulenter (violenter) agatis.

(f) farit.] Fr. i. at farit, egistis.

(g) ok samir.] P. en þó samir, sed tamen non decet.

(h) eptir vm.] Fr. i. at of.

(i) þer því skiótt svara.] P. þat segia, hoc respondebo.

(k) flokki.] E. P. hóp, grege.

(l) í Avstfiordvm, (í Austfirdinga fiórdúngi) in prouincia Ostfiördensi, *inserunt* C. M. P. *post* ván.

(m) lavgvitr þá er hann þó forsk.] P. løgmadr ok forsk. jur. per. sit & prudens.

(n) forsiáll.] B. úforsiáll, imprudens, *male*, *nam & subsequentia agnoscit.*

(o) mvn segia.] E. P. vil segia, dicere volo. I. K. L. N. O. Q. S. má segia, dicere habeo.

(p) Þorkeli.] G. Þorkatli.

(q) mvnvt er.] C. M. P. munu vid (ver), nobis.

(r) áleita.] Fr. i. á at leita. P. til leita.

(*) mikit *omittunt* Fr. i. & P.

(s) þorfa.] P. verda.

A. C. 1012. insinuare contigerit; hoc verò negligemus. nos quoque omnia forensia negotia armati (t) censeo obeamus, & nobis quam maximè causamus: nec tamen partem aduersam (u) priores inuadamus, nisi pro salute nostra pugnare subacti fuerimus. nunc ego tecum ibo subsidii petendi gratiâ, quoniam mihi videtur nulla nobis otii copia nunc esse. Mox egressi tabernaculo, se ad (v) Exfiördenses conferunt; Biarniusque cum Lytingo, (x) Blæingo & Hröio (y) Arnsteinis filio collocutus, ab iis properè, quod (z) petebat, impetrauit. (a) Tum Kolum Skutae *Homicidae* filium & Eyvindum, qui filius erat Thorkelis (æ) filii Askelis *Pontificis*, adierunt, eorumque opes implorârunt: qui diu quidem detrectabant, sed inducti tandem sunt, acceptis III. argenti selibris, ad illorum se causam demittere. Hinc ad tabernaculum Liosvetningorum digressi, aliquantisper ibi morabantur: Flosius adjumentum precatus ab iis, cum difficiles (b) atque inexpugnabiles rogatu essent, magna cum ira loquitur: Malè verò (c) comparatum est ingenium vestrum; vos auari estis in tribu vestra injuriique; in publicis autem communibus auxiliam denegatis quamlibet (d) habentibus opus: & sine dubio (e) id vobis in Comitiis vehementer

(t) skolom.] I. K. L. N. O. Q. S. munum, obibimus.

(u) fyrr, *excludunt* Fr. i. & P.

(v) Auxfirdinga.] B. G. Fr. i. Avstfirdinga. C. M. Eyfirdinga. *vtrique falsò.*

(x) Blæing.] K. Klæng.

(y) Arnsteinsson.] C. Aursteinsson. G. Eyiólfsson. E. P. ok Arnstein.

(z) beiddi.] E. P. villdi, voluit. Fr. i. villdi ok beiddi, voluit & petiit.

(a) þá fóru þeir til fundar við.] E. P. þá fundu þeir, — conuenerunt.

(æ) Askelsson *nescit* P.

(b) ok torsóttir *omittit* id.

(c) farit.] E.-P. Fr. i. samann farit, G. saman komit, congruunt rationes vestrae.

(d) þorfi þess við.] B. C. E. G. M. F. Fr. i. fresi yðr, vos rogitantibus.

(e) allmiok at bríglum haft við yðr á þingum ok yðr til ámælis lagt.] C. M. *inverse*, lagit miok til ámælis við yðr ok at bríglum haft.

menter improperatur & crimini ducitur, (f) ſi (g) contumeliam & (h) mor- A. C.
dacia iſta, quibus vos, Lioſvætningi, Skarphedinn addixit, dicteria non 1012.
memineritis. Alias ſecretò cum iis colloquens mercedem ob adjutorium obtrudit, atque ſic illos (i) blanditiis adhibitis perduxit ad eum finem, vt operam ſuam condicerent, imò ſe tam fidos oſtenderent, vti pro Floſio vel acie dimicaturos, (k) ſi vſus foret, profiterentur. Hìc ad eum Biarnius: Benè tua res habet, tu es (enim) vir magnae auctoritatis & (l) acer & loquendô liber, & parum aliis (m) adulans. Poſtea digreſſi, (n) amnem occidentem verſus tranſeunt; atque tabernaculum *Hladbud* petentes, apud hoc (o) multos homines foris conſtituros animaduertunt; quos inter vnus, qui (p) togâ p. 224.
coccinea ab humeris ſuſpenſâ, (*) caput aureâ faſciâ redimitus fuit, ſecurimque in manu tenuit argentatam. Biarnius inſit: Hìc opportunè res cadit, ecce hic (q) nunc Eyiolfus Bölverki filius, ſi tu, Floſi, eum vis conuentum. Mox ad Eyiolfum propius accedentes, eum ſalutârunt; isque Biarnium opidò (r) recognitum benignè reſalutauit. prehenſâ manu Eyiolfi Biarnius eum

(f) eſ.] Fr. i. er, quod.

(g) háðúng þá ok bítyrði.] B. C. E. G. M. P. Fr. i. hrakníngar þær, vexationes iſtas (*verbales*) quibus &c.

(h) bítyrði.] I. K. L. N. O. Q. S. bríxlyrði, probroſa — verba.

(i) með fagrmælum — hetv lidveitzlv.] C. E. G. M. P. *tantum*, til lidveitzlu, ad opem ſibi ferendam allicit. *Mox poſt* gerdv, *addunt* þeir, illique ſe tam firmos oſtenderunt.

(k) þótt.] C. M. P. eſ, ſi.

(l) ravſkr.] Fr. i. hravſtr, fortis.

(m) ſkerr.] C. E. G. M. ſkeſr, P. ſkiſr.

(n) ána.] Iid. B. G. Fr. i. Αυγαrá.

(o) þeir ſá margt manna.] E. P. þar var mann-margt, magna hominum multitudo — conſtituta fuit.

(p) ſkallaſkyrtil ok, tunicam coccineam indutus, *inſerit* Fr. i. *ante* ſkarl. ſkiklv.

(*) hofvd.] I. K. L. N. O. Q. S. enni, frontem.

(q) hann nú, *excludit* Fr. i. *& mox* eſ — Floſi.

(r) kendi.] I. K. L. N. O. Q. S. þekkti.

A. C. 1012. deduxit (s) furſum in Almannagiam, (t) ſuis ac Floſii adſectis conſequentibus; & Eyiolfum quoque ſui comitauêre. comitibus in margine *hiatus* circumſpiciendi cauſſa remanere juſſis, ipſi ad ſemitam vſque, quae duxit deorſum (u) in hiatum ſuperiorem, proceſſêre: quem cum Floſius locum ſedendo (v) ac longè latèque proſpectando aequum diceret, tum vnà conſident, nec aderant ibi plures quam IV. numerô. Hîc Biarnius Eyiolfo fatus eſt: Venimus tui, amice, conueniendi ergo; nam tuo nobis patrocinio (x) omnifariam valdè opus eſt. Eyiolfus reſpondit: Nunc in comitiis bona optimarum copia eſt; adeo vobis promtum (y) fuerit eos accedere, in quibus vobis multò plus auxilii fuerit, quam hìc (z) quod ad me. Biarnius contra: At non ita eſt res; tu (enim) es multis rebus praeditus, (a) quibus te nemo nunc in comitiatu praeſentium antecedit: inprimis tam generoſo loco natus es, quam omnes homines, qui a Ragnare Lodbrok ſunt prognati. dein majores tui grauibus crebrò negotiis inſtiterunt (æ) tum in Comitiis, tum in tribu ſua, & primas vſque obtinuerunt: vnde nos probabile habemus, te, (b) quemadmodum cognati tui, res feliciter acturum. Bellè (c) praedicas, Biarni, ait Eyiolfus, ſed parum ex his competere mihi arbitror. Floſius ſuſcipit: Nihil

---

(s) vpp í Almannagiá.] B. vpp á giá-bakka, ſurſum in crepidinem *hiatus*.

(t) Menn þeirra Biarna ok Floſa gengu eptir.] B. C. E. G. M. P. Fr. i. Biarni bad Floſa gánga eptir ok menn hans, Floſiumque & comites illius ſubſequi juſſit.

(u) at.] *Plerique alii*, af, ex ſuperiore hiatu. *minus rectè*. at — giánunt.] P. í giána, in hiatum.

(v) ok mega þá vida, *neſc.* Fr. i.

(x) í alla ſtadi, *omittit* idem.

(y) verda, (fiet) *addunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(z) er ek em.] B. er ek á hlut at, vbi res mecum eſt.

(a) er.] C. E. G. M. P. til at, *id.*

(æ) bædi á þingum ok heima i herudi.] I. K. L. N. O. Q. S. vída, paſſim. || bædi — heradi, *omittit* Fragm. i.

(b) ſem — þínir *neſcit* idem.

(c) mælir.] C. E. G. M. P. Fr. i. talar.

Nihil eſt, (d) quod hìc praeludiis vtamur ad ſignificandum, quod nobis in A. C. animo eſt: volumus abs te, Eyiolfe, patrocinium petere, vt nobis in cauſa 1012. noſtra adſis & (e) nobiscum in jus adeas, exceptiones, ſi quae contigerint, noſtro nomine proferas, nobisque in omnibus rebus, quae hìc in Comitiis forte incident, operam naues. Repentè ſurgit Eyiolfus, iratusque ſic dixit, (f) nihil eſſe, cur quiſquam hominum ſibi id ſumeret, vt (*) ipſum tanquam fatuum lactaret, aut (g) pro ſeſe periculis objiceret, (h) ſi nulla re ad hoc (i) induceretur, atque nunc video, ait, quô vos. (k) ducti negotio fueritis ad blanditiam iſtam quâ me petiiſtis. Illum Hallbiörn *Robuſtus* apprehendit, ac ſe inter & Biarnium collocato, *Non cadit*, inquit, amice, (l) *arbor primo ictu*; & adſide dum nobis. Tum Floſius, armilla aureâ manui ſuae p. 225. detractâ, loquitur: Hanc armillam tibi, Eyiolfe, dabo ob amicitiam tuam & auxilium, atque ſic tibi oſtendam, quod te pellicere non volo: te verò armillam hanc eò magis decet accipere, quod nemo in hoc intereſt comitiatu, quem (m) tanto munere mactârim. Fuit autem armilla iſta tam inſignis & affabrè concinnata, vt (n) MCC. (vlnis) panni fuſcati aequivaleret. Quam cum Hallbiörn manui Eyiolfi adhibuiſſet, hic fatur: Nunc (o) maximè con-

(d) þer at mynda til þeſſ er oſs er í hug.] C. G. M. P. at kraſſa at því ofan er ꝛc. id. || E. P. at leyna því at (lidveizlu ꝛc.) quod celemus, quod velimus &c.

(e) gángir at dómvm.] E. P. g. í dóma.

(f) at engi madr þyrfti.] P. engi m. þarf, nihil eſt, *& ſic deinceps oratione recta.*

(*) hann.] P. mik, me.

(g) forleyþi.] C. E. G. M. P. hleypiſi, vt temerarium peric. objiceret.

(h) ef hann drægi ekki til.] P. er mik dregr engi nauðr til, dum nulla neceſ. ſitate ad hoc ſubigor.

(i) hann drægi.] Fragm. i. mig dregr, adigor.

(k) gengit til.] Id. til gengit. *eleganter.*

(l) tre.] P. eik.

(m) þvílíka.] P. ſvo góða, tam egregio.

(n) xii. hundrvð.] id. hundrad, centum.

(o) íſtaſt.] Id, íſtara, magis conſ.

A. C. sentaneum est vt accipiam hanc armillam, cum (p) te adeò liberalem pra
1012. confido certum esse, vt recipiam in me (q) defensionem, &, quicquid
fuerit, curem. Hìc vos, ait Biarnius, (*) ambo pulchrè facitis: nu
interfunt homines! (r) satis idonei qui testes sint, quales ego & Hall
causam a te susceptam esse. Tum Eyiolfus & Flosius surgunt, r
junguut, illeque omnes, quae ad defensionem pertinebant, auctorita
Flosio accipit, &, si quae ex defensione lites nascerentur, (nam saepè,
res in vna causa (s) excipitur, hujus in altera agitur.) tela quoque a
omnia ad easdem lites jure pertinentia, siue in prouinciali siue in c
judicio agendum foret: mandauit ex lege Flosius, Eyiolfusque susce
lege. Porrò hic ad Flosium & Biarnium: Iam, (t) vt postulauistis, c
suscepi, quod tamen velim aliquamdiù celetis; immò, si causa in qu
judicium deduceiur, quam maximè cauetote, ne vos aduocationem m
parauisse jaciatis. Postea Flosius (u) tabernaculum suum repetiit atque
nius. Eyiolfus autem Snorrii *Pontificis* tabernaculum adit, illique con
dumque multis de rebus (v) communicarent, Pontifex, manu Eyiolfi
prehensa, reuolutaque manicâ, brachiô armillam auream eximiae magn
nis habentem conspicatus, interrogat: Haec (x) armilla pretiô an dono
parata? Eyiolfo res parum probabatur, neque quod responderet in
Tum Snorrius: Probè intelligo acceptam esse munere; atque vtinam

---

(p) vel sem þer ferr.] P. sem þer fór vel, te liber. praebuisti.

(q) vorn.] id. vornum.

(*) *Hic abest vnum folium ex* B.

(r) vel & sollnir *nescit* P.

(s) vorn — sókn.] C. E. G. M. P. sókn — vorn, cujus rei — agitur, haec in alt. excipitur.

(t) máli sem þer beiddvd.] P. máfvm þessum sem þer vilit vk mik beidd vultis & me roganistis, hanc causa

(u) gekk þá — Biarni.] Id. g vpp vk allir þeir vk gengv hvarr til búdar sinnar. & caeteri omnes xerunt, suumque vtrique taberna petierunt.

(v) vid.] Id. sín á milli.

(x) hríngr.] Id. gullhríngr, aurea

non foret (y) capitali exitio. Confeſtim ſurrexit Eyiolfus, ac digrediens, A. C.
il ea de re dicere voluit. Snorrius (z) autem eo ſurgente, dixerat: Ve- 1012.
nilius eſt te, praeterito (a) hoc comitiatu, quid acceperis, eſſe cogniturum.
x Eyiolfus ad tabernaculum ſuum rediit.

Cap. CXL.

De Aſgrimo, Gizure & Kario.

Interim Aſgrimus Ellidagrimi filius Gizuri *Albo*, Kario Sölmundi, Hiall-
Skeggii, Mördo Valgardi filio, & Thorgeiri Skorargeiri ſic loquebatur:
iil eſt, quod hac in re (b) ſecretò loquar; hìc enim non adſunt alii, p. 226.
im qui omnium arcana inuicem nôrunt. nunc autem (c) quaerere a vobis
o numquid de conſiliis (d) aduerſariorum cognoueritis? mihi videtur
er re noſtra (e) denuò eſſe nobis deliberandum. Gizurr *Albus* reſpon-
: Me Snorrius *Pontifex* miſſo nuntio certiorem fecit magnas Floſium a
rdlandis (borealis prouinciae incolis) opes acquiſiuiſſe, (f) cognatumque
ſuum

---

y) hǫfuðsbana.] E. P. bana, exitiò.

z) Eyiólfr ſtóð vpp.] C. E. M. P. han ſá at E. ſprátt (ſtóð) ſundiliga, autem videns Eyiolfum raptim gentem.

a) þeſſo þingi.] Iid. dómvm, peracta ſa in judicio.

x) Nú talar — Skorargeir.] Iid. er þar til máls at taka er Aſgrímr l. ſ.) er ok Kári Sölmſ. at þeir dvǫl allir ſaman ok Gizurr Hvíti ok alli Sk. ſ. Mǫrdr Valg. ſ ok Þorgeirr vrargeirr. Aſgrímr tók þá til orda ðg). Nunc de Aſgrimo (Eli. filio) & Kario S. f. dicere ordiendum, quod illi & Gizurr Albus, Hialltius Sk. filius, Mördus V. filius & Thorgeirr Skorargeirr, omnes conuenerint. Tunc Aſgr. ita eſt ingreſſus.

(b) í hljóðmæli at ſæra.] P. — at hafa.

(c) ſpyria.] Id. ſegia, dicere vobis, ſi quid —, videri mihi &c.

(d) þeirra.] C. E. G. M. P. þeirra Floſa, Floſmanorum.

(e) í annan ſtad.] C. E. M. P. í ǫdrum ſtad.

(f) fremdi hans aefcie P.

A. C. 1012. ſaum Eyiolfum Bölverki filium ab aliquo munere accepiſſe armillam auream, occultamque (g) habuiſſe; ac (h) ſuam ferre opinionem Snorrius ait Eyiolfum eſſe conſtitutum, qui (i) cauſſae dictionem in judicio obiret, armillamque ſine dubio in hoc datam. Omnes credere ſe rem ita eſſe conſenſerunt. Tum ad illos Gizurr: Iam gener meus Mördus Valgardi filius id negotium ſuſcepit, quod omnes difficillimum judicauerint, Floſium accuſare: nunc ergo reliquas inter vos (k) actiones volo diſtribuatis; breui enim ſunt (l) cauſſae ad *juris dicundi rupem* edendae. nobis etiam neceſſe, vt praeſidium petamus, fuerit. (m) Hoc ſe facturos dixit Aſgrimus; teque rogatum volumus, vt nos ad auxilium poſcendum comites. (n) Dictauit ſe Gizurr id operae collaturum. & mox prudentiſſimum quemque de numero illorum ſibi comitem adſumſit; quos inter Hialltius Skeggii filius, Aſgrimus, Karius & Thorgeirr Skorargeirr. Iam igitur primùm, ait (Gizurr *Albus*), tabernaculum Skaptii Thoroddi filii accedemus. (o) jamque ita fit; ipſe primus incedit (Gizurr *Albus*), tum Hialltius, Karius, Aſgrimus, Thorgeirr Skorargeirr ac fratres ordine ſubſequuntur. His in tabernaculum introgreſſis, Skaptius tabulatum inſidens, vt Gizurem *Album* viderat, huic aſſurrexit, humaniter eum atque reliquos ſalutans. inuitatus Gizurr vt adſideret, adſedit; Aſgrimoque mox fatur: Nunc

(g) ſór.] P. ſæri.

(h) qvad — ætlan ſina.] id. qvaðſt — ætla, ſe opinari.

(i) lagvarnir í málinv.] id. lagvorn í málvm.

(k) ſóknvm.] C. G. M. ſavkvm, cauſas.

(l) ſøkvm.] P. ſóknvm, accuſationes.

(m) ſva vera ſkyldv.] C. E. G. M. P. ſva ſkal nú ok vera, Nunc & ita faciemus.

(n) qvaz þat mvndv tilleggia.] K. qvad ſvo vera ſkyldi, Hoc ſe G. facturum adnuit.

(o) þeir gera nú ſva.] C. G. M. Síðan gengu þeir til Aulfúſingabúðar, mox illi tabernaculum Ölfuſingorum adierunt.

tu prior Skaptium de (p) auxilio appella; ego verò quae (mihi) viſum fuerit, A. C.
ſubjiciam. Aſgrimus inſit: Venimus ad te, Skapti, fidem tuam (q) peti- 1012.
tum & (r) fauorem. Hic reſpondit: Difficilis videbar ego (s) proxumè, cum
me (t) veſtris immiſcere turbis nolui. Nunc verò, ait Gizurr, alio modo
(u) comparata res eſt; nunc (enim) viri illuſtris Nialis (v) vxorisque (x)
Bergthorae, qui (y) innocentes cremati cum domo ſunt, & trium Nialis fi-
liorum, compluriumque adhoc proborum hominum internecio eſt perſequenda.
adeo tu nunquam volueris id committere, vt vindicibus opem renuas, atque
propinquos adfinesque dejuues tuos. Skaptius reſpondet: At mihi hoc erat
in animo tum, cum Skarphedinn mihi objecit, quod ipſe caput meum im- p. 227.
picâſſem & ſubſecto me ceſpite obruiſſem, dixitque me tam conſternatum
(z) exſtitiſſe, vt Thorolfus Lopti filius Eyrenſis me (a) in ſaccis farinariis
exportatum naui impoſuerit, & ſic in Islandiam tranſuexerit; non fore, vt
(æ) mortem illius perſequerer (b). Ad quae Gizurr *Albus*: Nihil eſt, quod

(p) libvcitiſvna.] P. bónordit, petitione (*auxilii*). *Nunquam hoc ſenſu, qui quidem primus & proprius fuerit, iſtam vocem deprehendi, nam ſemper alias petitionem* vxoriam *deſignat.*

(q) ſækia at þer.] Id. bidia þiſ vm, imploratum.

(r) libſinni.] G. libſemd, H. K. libſemi, adjutorium.

(s) ydr, vobis, *inſer.* C. E. G. M. P.

(t) vndir vandræði ydr.] G. vid vandrædvm ydrum.

(u) tilfarit.] K. tilfallit, res cecidit.

(v) húsfreyiv.] C. M. konu.

(x) hans, ſuae, *add.* Id. & E. P.

(y) bæði, ambo, *inſer.* Id. & G.

(z) ordit.] C. E. G. ordinn, factum. P. verit, fuiſſe.

(a) á ſkip út — Islands.] E. P. í miolkyllum (miolkyllrum) ſínum til Isl. in ſacc. farin. in Isl. transportauerit.

(æ) eptir hann mæla.] G. veita at þeim málum, ab cauſa ad illum pertinente ſtarem. || O. mæla eptir þeim er þat giordi. *ineptè, niſi legas* þann *pro* þeim. i. e. mortem ejus, qui illud fecit (ɔ: dixit), perſequerer.

(b) eda veita þeim er þat gerði, aut hoc facientibus auxilium praeberem. *addit* E.

A. C. 1012. turbati eritis, facietis vt aduerſum nobis huc (u) cedatis; nam tum ego meam hìc (*) ordinatam habuero (v) manum, (x) paratus venire vobis ſuppetias. ſi contrà euenerit, vt illi (y) loco pellantur, tunc ii mea opinione praeſidium loci in Almannagia petere cogitârint; quod ſi aſſecuti fuerint, nunquam eos debellare continget vobis. at ego id in me recipio, caterùâ mea illic in praeſidium (z) diſpoſitâ, illos eô propugnaculô intercludere: nec tamen (a) inſequemur, ſiue (æ) boream ſiue auſtrum verſus ſecundum amnem retulerint pedem. cumque tantam (b) ferè caedem copiae feceritis aduerſariae, vti vos poſſe multam expendere pecuniariam, ſaluis pontificatibus veſtris & in propriis tribubus manſione, videamini mihi, tum ego ſimul omnibus meis intercurrens vos & illos dirimam: tunc & vos id oratu meo faciatis oportet, vt praelio deſinatis, dummodò, (c) quam nunc promiſi rem, praeſtiterim. Gizurr quam maximas egit gratias, atque haec, quae dixiſſet, (d) ad omnium ſuorum neceſſitatem faſſus eſt pertinere. Poſtquam foras exiſſent omnes, Quônam, inquit idem, porro accedemus? Ad tabernaculum Nordlandorum, ait Aſgrimus: quô & mox ambulauerunt.

CAP.

(u) ſlá.] C. E. M. P. ſláȝt, pellamini.

(*) fylkt.] Fragm. e. fylgit.

(v) allu, omnem, *inſerit G.*

(x) búinn.] C. E. G. M. P. vibbúinn.

(y) hraukkvi fyrir.] C. G. M. E. P. láti fyrir (láti vaban), concedant.

(z) fylkia.] C. fylgia, id. *Inſigne exemplum ſubſtituendi g pro k, nam* fylgia ſequi *denotat.*

(a) mvnv ver.] E. P. mvn ek, inſequar.

(æ) nordr eda ſydr.] C. M. út eda ſudr, id. G. avſtr eda veſtr, orientem ſiue occidentem verſus.

(b) nokkvrv.] E. Chh. nockvt.

(c) þetta ſem nú hefi ek heitit.] E. P. þetta fyrir ydr, hoc veſtrâ cauſſa fecero. G. annat fyrir ydur ord, ego aliud rogatu veſtro faciam.

(d) allra þeirra nauðſyn.] C. E. G. M. P. í allra þ. þorf.

CAP. CXLI.

A. C. 1012.

De Asgrimo & Gudmundo.

Atque in tabernaculum (e) venientes Gudmundum *Potentem* animaduertunt sedentem (f), & cum Einare Konalis filio alumno suo, qui vir (g) sapiens erat, verba conferentem; (h) seque mox illi sistunt. Excepit eos Gudmundus amiciſſimè, locumque in tabernaculo, vt conſidere poſſent omnes, euacuandum curat. (i) Res nouas inter se percontantur. Asgrimus infit: (k) Nihil est quod negotium mussem; volumus a te, Gudmunde, opem petere p. 229. praesentem. Is quaerit: Numquos ante magnatum accessistis? Conuentos a se Skaptium Thoroddi filium & Snorrium *Pontificem* ajunt, simul eum (l) secretò edocentes, qualem se vterque horum praebuisset. Tunc Gudmundus: (m) Paruâ me in vos nouissumè praebui virtute, vobisque tum difficilis exoratu fui; sed quò tunc eram (*) molestior, (n) eò citius me nunc expugnabitis: jam ego vobiscum judicium adibo simul omnibus meis curialibus, atque vos, (o) quod potero, adjuuabo; quin pro vobis acie decernam,

(e) komv.] F. gengu, ingressi.

(f) á palli, in tabulato, *add.* F.

(g) vitr.] B. C. E. G. M. P. inn vitrazti, sapientissimus.

(h) innar (inn) í búdina ok, in partem tabernaculi interiorem ambulant, *inser.* G. C. E. M. P.

(i) tídinda.] B. almæltra tídinda, vulgares rumores.

(k) ekki þarf þetta á mútr at mæla. ver vilium Gvdmvndr.] C. E. M. P. til þess erum ver her komnir at bidia ꝛc. Eâ gratia huc venimus, vt opem a te poscamus. || ekki — mæla, *absunt a* B. & Chh.

(l) allt í hlióði.] B. R. af hlióði, secr. doc,

(m) lítilmannliga.] E. lítiliga. K. lítilmótliga.

(*) erfidri.] C. E. G. M. P. torsóttari.

(n) skvlvt er — trvda.] I. K. L. N. O. Q. S. F. skal ek — trvda, B. C. E. G. M. P. sk. ek — travda, Fr. e. sk. ek — draga, eò minus nunc differam vos.

(o) slikt er ek má.] F. um allt á þessu þingi, in omnibus rebus hôc comitiatu.

A. C. 1012. (p) ſi vel id res deſiderauerit, veſtraeque ſalutis cauſſa periculum meae negligam. Skaptio autem ſic retaliabo, vt filium ejus Thorſteinem (q) Holmudum (*Bucconem*) adeſſe praelio cogam; hic enim non aliud quam quod ego velim, facere ſuſtinuerit, cum Iodiſam in matrimonio habeat filiam meam: ſic pugnam inter (r) nos dirimere Skaptius volet. Hic illi gratias perſoluebant; deinque ſecretò, nemine (s) aliorum auſcultante, diu communicabant. monuit Gudmundus ne plures magnatum ſupplices (*) accederent, id (t) puſilli eſſe animi teſtatus: ſed quas (addit) nunc opes habemus, his rem in caſum dabimus. vos cuncta forenſia negotia obitote armati; nec tamen, ſicut nunc res eſt, praeliô dimicarote. Poſt omnes egreſſi, tabernacula ſua repetunt. erat haec res paucis primùm (u) cognita; atque ſic dies comitiorum aliquot praeterierunt.

CAP. CXLII.

De conſtituendis actionibus.

Quodam die ad *jurisdicundi rupem* itum eſt, eaque fuit magnatum diſpoſitio, vt Aſgrimus Ellidagrimi filius, Gizurr *Albus*, Gudmundus *Potens* & Snorrius *Pontifex* ad rupem judicialem ſuprà, Oſtfiördenſes verò infrà adſiſterent. Mördus Valgardi filius ſocero Gizuri adſtitit; quem, qui eſſet longè omnium diſer-

---

(p) þótt þeſs þyrfi.] G. ef þeſs þarf, ſi hoc res &c.

(q) holmvdr.] F. holmvnr.

(r) vilia ſkilia oſs.] F. tilſara at ſkilia oſs, nos diremtum accedet. || E. P. eigi vilia ſkilia vid oſs, ſic Scept. nos deſerere noluerit.

(s) heyrdv abrir menn.] C. E. G. M. P. viſſu adr. m. til (hvat þeir tauludv

add. G.) al. conſciente (quid colloquerentur).

(*) fara.] Fragm. e. gánga.

(t) lítilmannligt.] E. karmannligt, invalidorum hominum eſſe. P. karlmannligt, virorum eſſe (viris dignum) *ſc. non ſupplicare magnatibus.*

(u) viti.] B. C. K. M. vitordi.

(v) diſertiſſimus, cauſam homicidii Gizurr edere juſſit, tamque elatè (x) proloqui, vt clare (y) exaudiri poſſet. Mördus igitur nominatis teſtibus, *Vos anteſtor* (inquit) *quod ego Floſium Thordi filium aggreſſionis* (z) *legè definitae reum denuntio, quod is Helgium Nialſonium invaſit, eique vulnus* (*vel*) *in cavum corporis* (*) *vel in medullam* (a) *intulit, quod letale factum, & vnde mortem accipiebat Helgius. dico* (æ) *illum hoc de crimine eſſe hominem exilio damnandum*, (b) *non alendum, non vehendum, nihil omnino ſaluti ejus conſulendum. dico* (*) *omnia* (c) *bona* (d) *illius commiſſa, dimidia mihi, dimidia provincialibus iis, quibus bona ejus proſcripti capere competit ex lege. denuntio hanc* (e) *homicidii cauſam* (f) *in eo provinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam:* (g) *denuntio legitima formulâ: denuntio ſic vt exaudiri poſſit ad jurisdicundi rupem: denuntio accuſationem hac aeſtate (peragendam), abſolutamque proſcriptionem in Floſium Thordi filium. denuntio cauſam a Thorgeire Thoreris filio (mihi) delegatam.* (*) Fit ad jurisdicundi rupem accla- A. C. 1012. p. 230.

(v) málſuiallaztr.] C. M. Fragm. e. ſuiallmælltaztr.

(x) mæla.] B. tala.

(y) heyra.] B. C. E. M. P. ſtilia, intelligi.

(z) lavgmætv.] B. E. F. I. K. L. N. O. Q. S. Fr. e. *plerumque legunt*, lagmælltv, id.

(*) eda hæilvndarſár, aut in cerebrum, *inſeris* Fragm. e.

(a) eda helvndarſár, aut vulnus mortiferum, *inferunt* Reg.

(æ) hann.] C. E. G. M. P. Fr. e. þik, te (Floſi *ſc.*) *Sed mox* mann, *hic & infra neſciunt.*

(b) úalanda.] B. úælan, id. C. úhælanda, non tecto recipiendum.

(*) allt.] Q. hálft, dimidia. *malè. ſed* O. *neſcit* allt.

(c) ſekt ſe.] E. P. *ſemper*, ſektaſe, dico integrum multae tuae (l. pecuniae quae multaberis) ſemiſſem mihi competere.

(d) hans.] C. E. G. M. P. Fr. e. þitt, tua. *& mox tamen legunt* eptir hann (illius).

(e) vígſavk.] E. F. P. ſavk, cauſam.

(f) til fiórdúngsdóms þeſs.] E. P. ſ fiórdúngsdóm þann, id.

(g) lyſi — lavgbergi, *neſciunt* Q. S.

(*) var gerr.] Fragm. e. varð.

A. C. acclamatio (h) magna, quod (i) Mördus bellè disertèque diceret. Rursus
1012. idem sic (k) infit: *Vos antestor, quod ego in Flosium Thordi filium crimen denuntio*, (l) *deferens eum* (m) *vulnere* (*vel*) *in viscera* (n) *vel in cerebrum*) *vel medullam inflicto Helgium Nialsonium sauciasse*, (o) *vulnere* (inquam) *quod letale factum & unde mortem acceperit Helgius* (p) *eo in loco, ubi Flosius Thordi filius aggressione lege definita Helgium Nialsonium prior impetiuerat. dico te, Flosi, hoc de crimine esse hominem exilio damnandum, non alendum, non vehendum*, (q) *nihil omninò saluti tuae consulendum. dico omnia bona tua commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona tua proscripti capere competit ex lege. denuntio causam hanc in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam: denuntio legitimâ formulâ: denuntio sic vt exaudiri possit ad jurisdicundi rupem: denuntio accusationem hac aestate* (*peragendam*), *absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium: denuntio causam a Thorgeire Thoreris filio* (*mihi*) *delegatam.* Dein adsedit Mördus: qui

(h) mikill.] G. góðr, bona (laudatoria).

(i) Merði mælltiz.] B. Fr. e. Mørðr hefði talat, — dixisset.

(k) tók til orðs.] B. C. E. G. M. P. Fragm. e. tók til máls, id.

(l) Iysi ek er.] lid. um þat er, propterea quod is — sauciauit. || K. *legit* at *pro* er. *sed* O. Iysi ek, *excludit.*

(m) holvndarsári — Þórisfonar.] Q. ok Iysi nú allum somu ordum sem fyrr. ok qvaðz Iysa at Isgbergi í heyranda hlióði. atque nunc omnibus eisdem verbis denuntio, ac modò: seque ad jurisdicundi rupem denuntiare, sic vt exaudiri posset, dictitauit. *malè.*

(n) eda heilvndarsári, *inserit* G. & Fragm. e.

(o) sári, *non repetunt* I. L. N. O. S.

(p) þeim vetvángi.] C. M. þeim vettvángi. B. G. þeim vetsángi (vettsángi). E. P. I. K. L. N. O. S. þvi vettsángi (vetsángi). *Quae omnia, quod ad sensum, eòdem redeunt.*

(q) úradanda.] F. verianda, prohibendum omnibus rebus, quibus saluti tuae consulitur.

qui dum perorabat, Floſius attentè auſcultans, (r) nullam miſerat vocem. (Hic) ſurrexit Thorgeirr Skorargeirr, & nominatis teſtibus, *Vos anteſtor* (inquit) *me crimen aduerſus Glumum Hillderis filium denuntiare, propterea quod ignem adhibito fomite ſuſcitauit & tectis Bergthorshvalenſibus intulit, quum ſocii illius Nialem Thorgeiris filium & Bergthoram Skarphedinis gnatam, caeteroſque omnes, qui illic* (s) *incendio aedium periérunt, exurerent. ajo illum hac de cauſa eſſe hominem exilio damnandum; non alendum, non vehendum, nihil omninò ſaluti ejus conſulendum. ajo omnia bona illius commiſſa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona illius proſcripti capere competit ex lege. denuntio* (t) *cauſam hanc* (u) *in eo prouinciali judicio, in quod ea legitimè produci debet, judicandam: denuntio (legitimè),* (v) *ſic vt exaudiri poſſit* (x) *ad jurisdicundi rupem. denuntio crimen hac aeſtate agendum, proſcriptionemque abſolutam in Glumum Hillderis filium.* Karius Sölmundi filius Kolo Thorſteinis, Gunnari Lambii & Granio Gunnaris filio crimen intendebat; illiusque (y) eloquentia vt (z) mirabilis vulgò praedicabatur. Thorleifus Krakus vniuerſis Sigfuſſoniis; Thorgrimus *Magnus* frater illius Modolfo Ketilis, Lambio Sigurdi & Hroari Hamundi filio, qui Leidolfi *Robuſti* frater; Aſgrimus verò Ellidagrimi f. Leidolfo, Thorſteini (a) Geirleifi, Arnio Koli filio, Grimoque *Ruffo* dicam impege-

A. C. 1012.

p. 231.

(r) mælti ekki orð.] Q. m. ecki, nihil loquebatur.

(s) brunnv inni.] B. C. E. G. M. P. Fr. e. letvſt, perierunt.

(t) ſavk.] E. P. handſavk.

(u) til fiórdúngsdóms þeſs.] *Rurſus* lid. & I. L. N. O. Q. S. í fiórdúngsdóm þann.

(v) í heyranda.] B. at heyranda.

(x) at lavgbergi.] F. ſva at dómendr heyri vm dóm þveran, (&) ita, vt judices per tranſuerſum judicium auſcultare poſſint. *Sed haec ad formulam denuntiandi criminis non pertinent, neque dum conſtitutum erat judicium.*

(y) mælltiz.] K. L. taladiſt.

(z) fordvliga vel.] O. fordv vel. B. forkunnar vel, perinſignis. E. F. P. vel, eloqu. vulgò praed.

(a) Geirleifſon.] B. G. Fr. e. Geirólfſon.

A. C. pegerunt; omnesque dixerunt (æ) eloquenter. denique suas alii (b) causas
1012. ediderunt: & cum inter haec multum diei processisset, in tabernaculo redibatur. Eyiolfus Böluerki filius tabernaculum Flosii adiit, hique ad latus tabernaculi orientale secéssérunt: hìc Flosius ab Eyiolfo quaerit: Ecquam his in causis vides exceptionem? Nullam, inquit Eyiolfus. Flosius porrò: Quid igitur nunc remedii? (c) At ego tibi, respondit Eyiolfus, consilium aliquod suggeram: nunc censeo (d) deponas tuum pontificatum (e) tradasque (f) Thorgeiri fratri tuo; te autem curiae (g) Askelis pontificis (h) filii Thorketilis ex Reykiadalo boreali, addicas: quod si nesciunt aduersarii, fieri potest, hoc vt iis euadat in damnum: nam in Ostfiördensium judicio (i) agent, (k) sed in jure Nordlandorum id facere deberent (l); atque hanc rem sine dubio delinquent: tumque in illos crimen competit in judicio quinto agendum, si in alio, quam (m) fieri oportet, judicio accusauerint; (n) quam nos quidem actio-

---

(æ) vel.] F. forkunnar vel, insigni eloquentia.

(b) sokvm.] E. K. P. sóknum, accusationes.

(c) til mvn ek leggia eitthvert ráð með þer] B. C. G. M. P. Fr. e. Nú er úr vsndu at ráða. en þó mvn ek til leggia nokkut ráð enn með ydr, Nunc quidem res explicatu difficilis est; sed tamen ego vobis adhoc aliquod consilium suggeram.

(d) selia af hendvm — þínvm.] O. senda eptir Þorgilsi bróður þínum ok selia af hendi godord þitt honom, arcessas fratrem tuum Thorgilsem, tradasque Pontificatum tuum illi.

(e) ok.] G. *supplet* ok fá.

(f) Þorgilsi.] F. Þorgeiri. *quod recius: conf. Cap. XCVI. p.* 318.

(g) Askatli.] E. P. Ásláki.

(h) Þorketilsyni.] *Rectius forte* Þorsteinssyni, *nam ille Askell videtur fuisse nepos Askelis Pontificis Eyuindi filii, patris Thorsteiuis & Vigaskneae. Conf. Landnamab. p.* 262.

(i) málit, causam, *add.* F. *Post* sækia.

(k) en.] S. er, vbi. K. þar, cum. || en — sækia, *omittit* O.

(l) þá, tum (alias, *cum ea sc. ad curiam Askelis pertines.*) *addit* F.

(m) vera.] Id. sækia, instrui.

(n) þá sayk.] Id. þat mál.

actionem, sed cum (o) nihil aliud reliqui erit, mouebimus. Hic Flosius: Potest A. C.
vt armilla nobis compensetur. De hoc dubito quidem, ait Eyiosus; sed 1012.
quoad jus permittit, vobis adero, adeò vt nihil suprà (p) exspectandum vulgò
dicitent. jam verò Askelem qui acciat mittatur; Thorgeirr quoque & vnus
cum eo testis mox ad te veniat censeo. Breui post aduenit eò Thorgeirr,
pontificatumque mancipio accepit: tum quoque interuenit (q) Askell, statim-
que ejus curiae Flosius nomen dedit: quae res initiò haud (r) pluribus quam
testibus notescebat. (s) dein (t) quieuerunt omnia, donec judicium erat con-
stituendum.

CAP. CXLIII.

Hìc in judicium itur.

Veniente jam constituendi judicii die, pars vtraque se comparauit, & armati,
suis vtrique bellica insignia 1) galeis (u) imposuêre. Thorhallus Asgrimi
filius ait: Nequid, mi pater, (v) admodum praecipites agite, sed omnia rectè
atque ordine curate. quod si quid difficilius vobis accidet, me quam citissimè p. 232.
reddite certiorem; & dabo vobis consilium. Asgrimo & suis eum intuenti-

(o) sidazta.] C. G. esita, id.

(p) von.] E. P. kostr, posse.

(q) Askell.] I. L. N. O. Q. S. Asketill.

(r) á fleiri.] Iid. at fleiri.

(s) *Reliqua capitis nesciunt* Iid.

(t) kyrt.] F. kyrt þingit, placida erant comitia.

(u) gerdv.] P. hafdu gert, imposuerant.

(v) allæstir.] B. E. allæstan. R. allgeystan. P. hart, acriter.

1) *Verum haec fuerint* cristae, *aut talia quae signa, parum constat: Videntur autem vel eò adhibita, vt pars vtraque suos ab aduersariis dignosceret; vel etiam galeis imponi semper solita fuisse, quoties pugnandum erat, alias nunquam aut saltim rarò, quamquam galeis vterentur: adeòque hìc, vt insolitae rei, cum in jus, & non ad praelium, iretur, vbi pax & justitia erant obseruanda, signorum istorum notata impositio. Caeterùm pro* herkvmi *praefert* O. hercvel *(quasi)* rotulas militares, *quod tamen ex altero corruptum videtur.*

A. C. bus, facies (x) aſpectu ſimilis erat ſanguini, magna quaſi grandine ex oculis emicante. Iuſſit adferri ſibi haſtam, quam ei Skarphedinn dederat, telum quam (y) pretioſiſſimum. Cum digrediebantur, inſit Aſgrimus: Non erat bono animo filius (meus) Thorhallus cum in tabernaculo remanſit, neque ego, quid (z) inceperet, video. nunc verò nos, addit, (a) Mördum Valgardi filium adibimus, & (æ) omnibus aliis rebus poſthabitis, homicidii agemus; victi enim Floſii, quam complurium aliorum, majus praemium eſt. Tum ad Gizurem *Album*, Hialltium Skeggii filium & Gudmundum *Potentem* mittit, conueniunt mox omnes, & ad judicium Oſtfiördenſe continuò aggreſſi, ſeſe ad partem judicii meridianam ſiſtunt 2). Floſius verò ad borealem accedit, ſimulque illo omnes Oſiördenſes: hìc & Reykdalienſes atque Exfiördenſes (b) Floſio praeſtò aderant, hìc quoque Eyiolfus Böluerki filius. Cui admoto capite Floſius: Hic bellè agitur, (c) fierique poteſt, vti res non longè abeat a conjectura tua. At hoc tacitè habeas, inquit Eyiolfus, nam eò redierit res, vti (d) hoc noſtros in vſus conuertamus. Mördus compellatis ſibi

(x) ſ blóð ſæi.] C. E. G. P. á blóð ſæi.

(y) in meſta.] C. en meſti.

(z) til.] F. nú ráða, nunc conſilii ineat.

(a) til Mardar Valgardzſonar.] B. C. E. R. M. P. til med Merdi Valgardzſyni, cum Mördo V. filio vnà judicium adib.

(æ) ſem ekki ſe annat.] C. E. R. P. ſyſt ſem ꝛc. nunc primùm omnib. *Tamen* G. *pro* annat *legit* ſ ordit, nullam in eo culpam eſſe ſimulamus, *quae vix huc.*

(b) of Liósvætníngar, *inferum* C. M.

(c) of ſann vera at eigi.] F. ſagði han. búða eigi, inquit; forſitan res non &c. *Vbi* búða *pro* búð at *capio.*

(d) þeſs at neyta.] B. þurfa þeſs ꝛc. hac re in noſtr. vſ. vertenda opus habeamus. C. E. R. M. P. þurfa til þeſs (þeſſa) at taka, hac exceptione adhibenda opus habeamus.

2) *Nunc quartùm & vltimùm in hoc libro dicitur actor ad meridionalem, reus autem ad borealem judicii partem adſiſtiſſe: vnde probabiliter concludi poſſet, eam veteribus Islandis conſuetudinem, ſi non legem, agendis in cauſis fuiſſe obſeruatam. Conf. ſupra Cap. LVI. LXXIV. & CXXII.*

ſibi teſtibus, iis omnibus quîs in judicio (e) exilii fuit anquirendum, condi- A. C.
tionem obtulit ſortiendi, qui ſuam cauſam primus (f) ageret oraretve, qui 1012.
deinceps, aut qui vltimus; quam conditionem ſolenni formulâ, vt exaudirent judices, in jure obtulit. ductis autem orandarum cauſarum ſortibus, ipſi ſuam primùm orare contigit. Itaque teſtibus rurſus appellatis, *Vos anteſtor*, (g) inquit, *quod omnes in* (h) *enarranda hac cauſa errores excipio (verbales), ſiue plus ſiue minus, quam oportet, dixero; mihi jus eſſe poſtulo omnia* (i) *emendandi verba mea*, (k) *quouſque ad* (l) *juſtas formulas ea redegero*. (m) *hos mihi (hac de re) teſtes nomino*. Porrò idem: *Vos* (n) *anteſtor, quod ego Floſium Thordi filium, aliumve hominem, qui legitimè mandata* (o) *cauſae defenſione pro illo fungitur, inuito, vt audiat jusjurandum meum*, (p) *cauſae a me ſuſceptae expoſitionem, omnesque, quas adverſus illum* (q) *proferre cogito, auctoritates: inuito eum ſolemni formula in jure, judicibus per tranſuerſum judicium exaudientibus*. (r) Tum Mördus Valgardi filius: *Vos ego hac de*

(e) ſkóggángsſakir.] E. P. ſkógſakir, id.

(f) ſækia eda fram ſegia.] P. fram leida eda ſækia, produceret, ageretue.

(g) vk mællti, *add.* E. P. *poſt* ſinn.

(h) málinv.] Iid. máli mínv, in ſermone meo (accidentes).

(i) rettíng.] C. M. leidrettíng.

(k) vnz.] E. P. medan, dum.

(l) rettra laga.] B. laga, legis normam.

(m) nefni ek mer þeſſa vátta.] F. Vil ek eigi horfinn vera máli þótt ek gánga frá dómum vitna at leita edr annarra gagna. nefni ek mer þeſſa vátta. edr þeim ódrum er nióta edr neyta þurfu þeſſa vættis. Nolo cenſeri cauſam deſeruiſſe, quam. quam a judicio abeam ad petendos teſtes aut alia inſtrumenta. Hos teſtes nomino mihi, aut aliis, qui hoc teſtimonio frui ſiue vti habuerint opus.

(n) vætti.] G. *ſemper*, vitni.

(o) ſavkvorn] C. E. G. M. P. lagvorn, defenſione judiciali.

(p) ſakar.] E. P. ſóknar, accuſationis.

(q) færa.] G. bera.

(r) *Sequentia vsque ad haec verba* ádr enn vætti bæri (*infra pag. T. 234.*) *ita breuiter narrat* F. Eſdan vann han eid. þá ſagdi han fram ſokina yfir hoſdi þeim manni er Jón heitir. han ſkylldi reiſa

málit

A. C. 1012 *biörnem, hac de re anteſtatus, quod ego denuntiarem crimen in Floſium Thordi filium, propterea quod is Helgium Nialſonium vulnere* (*vel*) *in cauum corporis, vel in cerebrum, vel in medullam inflicto ſauciauit, vulnere* (inquam) *quod letale factum & vnde mortem acciperet Helgius in loco eodem, quò Floſius Thordi filius aggreſſione lege definita Helgium Nialſonium prior impetiuerat. dixi eum hoc de crimine eſſe hominem exilio damnandum, non alendum, non vehendum, nihil omninò ſaluti ejus conſulendum. dixi omnia bona illius commiſſa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus proſcripti capere competeret ex lege. denuntiaui cauſam hanc in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam: denuntiaui legitimâ formulâ: denuntiaui ſic vt exaudiri poſſit ad jurisdicundi rupem: denuntiaui accuſationem hac aeſtate* (*peragendam*), *abſolutamque proſcriptionem in Floſium Thordi filium. adhibui omnia illa verba in edendo, quibus nunc in enarrando crimine ſum vſus. refero hoc exilii crimen in judicio Oſtfiördenſium ſuper capite* Iohannis, *ita comparatum, vti, cum* (*illud*) *edebam, pronuntiaui.* Hic teſtes editae (*ad Idi. rupem*) a Mördo cauſae judicium adeunt, alter teſtimonium proloquitur, ambo (a) conſentiunt, formulâ hoc modo concepta: *Anteſtabatur Mördus Thoroddum ac me alterum, qui Thorbiörn nominor*, moxque nomen patris ſui eſt elocutus, *anteſtabatur nos eâ de re* (*Mördus*) *quod Floſium Thordi filium aggreſſionis lege definitae reum denun-*

(a) gvllðv ſamqvæði.] G. atqvæði oc ſamþykki, iisdem verbis conſent.

Iure Eccleſiaſtico Arnaeano, Cap. I. p. 6. in formula baptiſmi, Jón *eda* Guðrún, *pro quocumque alio nomine maſculo & muliebri. Ille autem, ſuper cujus capite ſolebat & debuit enarrari cauſa, vnus judicum erat, & qui, poſtquam actor & defenſor peroraueraut, omnia ab actore prolata recitare debuit. caeterùm exponebatur cauſa ſuper capite judicis ab actore, ſiue pone illum adſtante ſiue manus capiti ejus imponente, eâ gratiâ, vt ille hôc attentiùs verba dicentis hauriret, atque memoriter teneret. Haec colligi poſſunt ex* Grágás *Tit. de forma judic. cap.* 12. 21. 23. *cum Capite* CXLV. (*p. Text. impr.* 243. *lin.* 4.) *collatis.*

denuntiaret; eò quod Helgium Nialſonium impetiuerat (æ) *eodem in loco, vbi* A. C. *Floſius Thordi filius vulnus* (*vel*) *in viſcera vel medullam Helgio Nialſonio* 1012. *infligebat, quod letale extitit & vnde mortem accepit Helgius. dixit Floſium eo de crimine eſſe hominem exiliò damnandum, non alendum, non vehendum, nihil omninò ſaluti ejus conſulendum. dixit omnia bona illius commiſſa, dimidia ſibi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus proſcripti capere competeret ex lege. denuntiauit cauſam in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus deberet, judicandam: denuntiauit ſolemni formulâ: denuntiauit ſic vt exaudiri poſſet ad jurisdicundi rupem: denuntiauit accuſationem hac aeſtate* (*peragendam*), *abſolutamque proſcriptionem in Floſium Thordi filium: denuntiauit cauſam a Thorgeire Thoreris filio* (*ſibi*) *mandatam. adhibuit omnia illa verba in edendo, quibus in enarrando crimine ſuo eſt vſus, quibusque nos in dicendo teſtimonio vtimur. nunc nos rectè perhibuimus teſtimonium noſtrum*, (b) *vnumque & idem* p. 234. *ſentimus; atque hoc* (c) *teſtimonium in judicio Oſtiörden ſium tali tenore, quali Mördus, cum cauſam ederet, pronuntiauit* (*poſtulauit*), *ſuper* (d) *capite* Iohannis *ferimus.* Mox alterum de edita cauſa teſtimonium in jure dixerunt, *primò vulnus, dein aggreſſionem* nominantes, omnibusque (e) iisdem verbis,

(æ) *Hic puncto diſtinguit* G. *& ſequentia vſque ad* ok ver hafvom, *hoc modo effert*: Med ſamvm ordum allum mælltu vottar Mardar nú enn ſem tyſvar ádr hafdi Mordr mælt. ſva ſegiandi. at han lyſti handſelldri ſauk Þórgeirs Þórisſonar. hafdi han þau all ord i lyſingu ſinni. ſegdu þeir. ſem han hafdi ádr í framſogu ſóknar ſinnar ok vid hafum ꝛc. Omnibus iisdem verbis nunc (porrò) loquebantur teſtes Mördi, atque modò bis dixerat Mördus; ita dicentes: eum cauſam a Thorgeire Thoreris filio mandatam edidiſſe. Omnibus iisdem verbis vtebatur ille in denuntiatione ſua, inquiebant, quae modò in exponenda accuſatione adhibuit, quibusque nos in teſtim. &c.

(b) á eitt ſáttir.] C. E. G. M. P. bádir á eitt (ord *add.* E. P.) ſáttir, ambo idem de eadem re ſent.

(c) vætti.] Iid. Lyſingarvætti (vitni), de denuntiato (*ſ.* edito) crimine teſtim.

(d) hafdi *omittit* B.

(e) annar, aliis, *rectè inſerunt* B. C. G. *idemque in Textu ſubauditur.*

A. C. 1012. ac ſupra, vſi, hocce teſtimonium de editione criminis, quemadmodum etiam Mördus cum illud ederet pronuntiauerat, in judicio Oſtfiördenſium tulerunt. Tum teſtes accuſationis a Mördo ſuſceptae in jus prodeunt, alter teſtimonium recitat, amboque (f) conſentiunt, (g) verbis hoc modô conceptis: *Seſe a Mördo Valgardi filio ac Thorgeire Thoreris filio vocatos eſſe teſtes ejus rei, quod Thorgeirr Thoreris filius cauſam homicidii, ſc. de caede Helgii Nialſonii, contra Floſium Thordi filium Mördo Valgardi filio mandaret: mandauit iſte* (ajebant) *huic eam cauſam ſimul cum omnibus, quae ad accuſationem ejus criminis jure pertinuerunt, inſtrumentis; mandauit vt ageret, ac decideret de ea, perindeque omnibus, quaſi actor eſſet principalis, auctoritatibus vteretur: mandauit Thorgeirr* (h) *ex lege, Mördusque ex lege ſuſcepit.* (i) Tale de mandata & ſuſcepta actione, quale etiam Thorgeirr & Mördus iis denuntiauerant, in judicio Oſtfiördenſium ſuper capite *Johannis* teſtimonium tulerunt. Omnes autem teſtes (k), ante quam teſtimonium dicerent, (l) jurare jubebantur: itidem & judices. Porrò Mördus Valgardi filius teſtes appellauit: *Vos anteſtor*, inquit, *quod illos IX. cognitores, quibus* (teſtimonium) *de cauſa in Floſium Thordi filium a me* (m) *enarrata* (incepta) *denuntiaui, in ripa amnica* 4) *occidentem verſus adſidere inuito, reumque ad* (n) *deſtruendum eos;*

(f) ſamqvædi.] G. ſampykki.

(g) kvádv — at vrdi.] B. komu — at vrdi.

(h) med.] E. P. *vtrobique*, at.

(i) ſkapat.] B. ſkapada, E. P. ſellda, *vtrique genere foeminino, quaſi* vætti *ſit ejusdem generis, quod nunquam ante comperi.*

(k) ſina, ſui, *add.* B. C. E. M. P.

(l) ſveria.] C. M. vinna, jusjurandum praeſtare.

(m) hofdada.] F. hafda, ſuſcepta. E. P. handſalada, G. handſelda. *vitioſe, niſi hoc verbum, quod alias* in manum tradere *denotat, hìc ſit* in manum accipere ſ. ſuſcipere; *quemadmodum* ſvara, reſpondere (*defendere*) & agere (*poſtulare*) *ſignificat.*

(n) rvdningar.] C. E. M. P. rettíngar, corrigendum. || *Mox iid.* qvid *pro* qvidvord.

(4) *Nimirum actor & certum in locum euocatos ſuos congregare, &, quod mox vides, reo ad illos rejiciendos prouocato eundem locum indicare debuit: quod colligere datur ex* Grág. *Tit. de form. Iudic. cap.* 16 & 17.

eos; inuito in jure ſolemni formulâ, ita vt exaudiant judices. Nominatis etiam A. C.
teſtibus: *Vos anteſtor,* (ait,) *quod ego Floſium Thordi filium, aliumve hominem,* 1012.
qui mandatam ab eo (o) *cauſſae dictionem recepit, inuito, vt, quos ego cognitores in ripa amnica occidentem verſus conſidere feci, deſtruat; inuito in jure ſolemni formulâ, ſic vt exaudiant judices.* Compellatis (p) etiam teſtibus, *Anteſtor* (q) inquit), *quod jam omnia primaria, quae hanc ad rem jure pertinent, allata ſint argumenta; inuitatus reus ad* (*audiendum*) *jusjurandum, praeſtitum jusjurandum, enarrata cauſa,* (r) *producta de edito crimine teſtimonia, producta de ſuſcepta actione teſtimonia, inuitati ad ſedendum cognitores, inuitatus reus ad deſtruendum euocatos. hi mihi teſtes ſunto de iis, quae jam* (s) *productae ſunt, auctoritatibus, & etiam de hoc, quod ego cenſeri* (t) *cauſam deſeruiſſe nolo, quamquam a judicio* (u) *petendorum inſtrumentorum aliorum-* p. 235.
ve negotiorum cauſâ digrediar. Tunc Floſius cum ſuis eò accedit, vbi ſedebant cognitores, illisque loquitur: Sciunt, puto, Sigfuſſonii, quam legitimi ſint hi cognitores, qui vt caedis loco proximè habitantes huc ſunt aduocati. Ketill a Marka reſpondit: Vnus hìc eſt colonus, qui Mördum ſuſcepit baptizandum, alter (v) *naturalis* ipſius cognatus eſt gradu tertio. tum gradus cognationis computarunt, & jurejurando confirmarunt. Eyiolfus primò, teſtes nominans, euocatos ad eum finem ſedere juſſit, quoad rejicerentur: mox,

(o) ſaukvorn.] C. E. M. P. lagvorn, legitimam defenſionem.

(p) Enn.] Iid. & G. J annat (þridia) ſinn, iterum (tertiùm).

(q) ſagdi han, *interponunt* Iid.

(r) borit.] E. P. borin, *vtrobique.*

(s) fram komin. ok ſva at þvi at.] G. framborin eda framkomin. þviat, prolatae ſ. prod. ſ. auctorit. neque enim ego &c.

(t) ſaukſ.] C. E. G. M. P. ſókn, accuſationem.

(u) gagna at leita eda annarra eyrinda.] G. at eyrendom minum eda annarra, meorum negotiorum cauſſa, aut aliorum (hominum).

(v) frændſymi.] F. frendſimis taulu, cognatione nat. computandi

A. C. 1012. teſtibus iterum compellatis, *Anteſtor*, inquit, *quod hos viros ambo*, quos ipſos & (x) patres eorum nominatim appellauit, (*) *conſeſſu euocatorum remoueo, hac de cauſâ, quod alter eorum naturali cognatione Mördo junctus eſt gradu tertio, alter eâ ſpirituali conjunctione, quâ ſecundum leges deſtrui euocatus debet* 5): *Vos igitur ob* (y) *legis cauſam inhabiles reddimini cognitores; jam enim ratione ex ipſo jure legitimè deducta repudiati eſtis: rejicio vos* (z) *ex ipſo jure comitiali ciuilique lege, rejicio vôs ex cauſſâ mandati Floſii Thordi filii.* Hìc tota concio eliſam Mördo formulam dictitare coepit, omnesque defenſionem accuſationi praeualere conſentiebant. Aſgrimus verò ad Mördum: Nondum (a) omnia vicerunt, quamquam ſibi (æ) ſtrenuè proceſſiſſe videantur: ſed nunc adeatur filius meus Thorhallus, quidque is (b) nobis ſuggerat, videamus. Itaque nuntius verax ad Thorhallum miſſus, (c) eum (d) quam planiſſimè, quò perducta res eſſet, edocuit; cenſere Floſium & ſuos

(x) fedr.] Id. frændr, cognatos.

(*) qvidbvrdinvm.] P. qvidvnni.

(y) laga ſakir.] E. lags ſ. conjunctionem (neceſſitudinem).

(z) or, *neſciunt* E. P.

(a) þeirra allt.] F. þetta allt, confecta eſt haec res.

(æ) ſaſt.] Id. allvel, abundè benè.

(b) leggr til med oſs.] G. ſegir til, hac de re dicat (cenſeat).

(c) ok ſagdi — greiniligazt.] E. P. at ſegia honum ſin vandrædi, ei nuntiatum dubia ſua, (&) quò &c. || ſagdi — qvidbvrdinn.] F. bidium vær at þu leggir til nokkut med oſs, Oramus (inquit) ut vt nobis aliquid (conſilii) ſuggeras.

(d) ſem greiniligazt hvar.] C. M. G. vandliga frá hv. accuratè, —, docuit.

5) *Hac de re in* Grágás *loco citato conſtitutum eſt in hanc ſententiam: Si quis euocatos propter cognationem eorum cum actore l. reo deſtruat, excedere conſeſſu debent* conſobrinorum filius & *illi tres proximae adfinitatis homines*, vitricus *l.* priuignus, ſocer *l.* gener, & ſororius. — *Propter cognationem ſpiritualem* triplici ratione *rejici poteſt euocatus, ſi actorem l. reum* (& *v. v.*) *in* baptiſmo *aut* in prima ſignatione ſuſceperit, *aut* ab epiſcopo confirmandum.

ſuos, cognitores a ſe (e) inhabiles eſſe redditos. At ego (inquit Thorhallus) A. C. id efficiam, vt hoc nullum in damnum euadat cauſae veſtrae, atque (f) dic 1012.
tuis, ne credant, ſi falſâ juris interpretatione aduerſus eos agatur; jam enim conſultus ille Eyiolfus offendit: quare (g) ad tuos quam citiſſimè abito, nuntiatoque, Mördus Valgardi filius judicium adeat, cognitorumque irritam eſſe rejectionem anteſtetur. & quâ porrò ratione procederetur, (h) articulatim praecipit. reuerſusque nuntius a Thorhallo ſuggeſta memorat. Tunc Mördus Valgardi filius judicium acceſſit, teſtibusque vocatis, *Vos anteſtor*, ait, *quod ego refutationem (cognitorum) judicialem ab Eyiolfo Bölverki filio factam perimo, atque hanc cauſam adfero, quod ille non ad* (i) *perſonam principalem, ſed ad eum, qui actionem* (k) *obit, eos rejiciebat* 6): *hi mihi, teſtes ſunto, illive, qui horum teſtimonio opus habuerit.* Deinde iisdem teſtibus in judicio productis, eò, vbi ſedebant cognitores, aggreſſus, (l) illos qui ſurrexerant, conſidere jubet, idoneos eſſe qui cognitores producerentur, adſerens. Hic omnes Thorhalli operâ multum effectum praedicare, vulgòque replicatio putari exceptione major. Floſius verò ad Eyiolfum: Credis hoc jus eſſe? Credo equidem, ait hic, & ſanè nos errauimus: verùmtamen hanc p. 236.

(e) únytt.] C. E. F. I. K. L. M. N. O. P. Q. S. unnit', id. *Mox* E. F. P. qvidinn *pro* qvidbvrdinn. || *Hic deeſt vnum folium in* B.

(f) ſegir.] *Alii*, ſeg. Segir, *ſecunda Indic. praeſ.* dicis; *fortè fuit* ſegi, dic, dicite.

(g) heim *excludunt* E. P. *ſed* F. *legit* til heirra ſem ſkiótaſt, ad eos (*tuos*) quam &c.

(h) greiniliga.] F. ſem greiniligaſt, quam expliciſſimè.

(i) adila.] C. adilia. *Ita &* Gràgàs *obliquos hujus vocabuli habet, idque antiquius.*

(k) vid.] *Omnes praeter* A. & D. med.

(l) bad þá.] C. E. G. M. P. ſagdi at þeir ſkylldi.

6) *Ita de hac re in* Grág. *l. cit. habetur*: Han ſkal rydia vid fóknar adilia eda varnar. hvergi er med ſèr ferr. *i. e.* Rejicere debet (*euocatum*) contra perſonam principalem ſ. actorem ſ. reum, quicunque cauſam agat. *i. ratione cognationis euocati cum actore principali, non autem mandatario ſ. procuratore.*

A. C. teſtibus iterum compellatis, *Anteſlor*, inquit, *quod hos viros ambo*, quos
1012. ipſos & (x) patres eorum nominatim appellauit, (*) *conſeſſu euocatorum remoueo, hac de cauſâ, quod alter eorum naturali cognatione Mördo junctus eſt gradu tertio, alter eâ ſpirituali conjunctione, quâ ſecundum leges deſtrui euocatus debet* 5): *Vos igitur ob* (y) *legis cauſam inhabiles reddimini cognitores; jam enim ratione ex ipſo jure legitimè deducta repudiati eſtis: rejicio vos* (z) *ex ipſo jure comitiali ciuilique lege, rejicio vôs ex cauſſâ mandati Floſii Thordi filii.* Hic tota concio eliſam Mördo formulam dictitare coepit, omnesque defenſionem accuſationi praeualere conſentiebant. Aſgrimus verò ad Mördum: Nondum (a) omnia vicerunt, quamquam ſibi (æ) ſtrenuè proceſſiſſe videantur: ſed nunc adeatur filius meus Thorhallus, quidque is (b) nobis ſuggerat, videamus. Itaque nuntius verax ad Thorhallum miſſus, (c) eum (d) quam planiſſimè, quò perducta res eſſet, edocuit; cenſere Flòſium & ſuos

(x) fedr.] Id. frændr, cognatos.

(*) qvidbvrdinvm.] P. qvidvnni.

(y) laga ſakir.] E. lags ſ. conjunctionem (neceſſitudinem).

(z) or, *neſciunt* E. P.

(a) þeirra allt.] F. þetta allt, confecta eſt haec res.

(æ) ſaſt.] Id. allvel, abundè benè.

(b) leggr til med oſs.] G. ſegir til, hac de re dicat (cenſeat).

(c) ok ſagdi — greiniligazt.] E. P. at ſegia honom ſín vandrædi, ei nuntiatum dubia ſua, (&) quò &c. || ſagdi — qvidbvrdinn.] F. bidium vær at þu leggir til nokkut med oſs, Oramus (inquit) ut vt nobis aliquid (conſilii) ſuggeras.

(d) ſem greiniſigazt hvar.] C. M. G. vandliga frá hv. accuratè, —, docuit.

5) *Hac de re in* Grágás *loco citato conſtitutum eſt in hanc ſententiam: Si quis euocatos propter cognationem eorum cum actore l. reo deſtruat, excedere conſeſſu debent* conſobrinorum filius & *illi tres proximae adfinitatis homines*, vitricus *l.* priuignus, ſocer *l.* gener, & ſororius. — *Propter cognationem ſpiritualem triplici ratione rejici poteſt euocatus, ſi actorem l. reum* (& *v. v.*) *in* baptiſmo *aut in prima ſignatione ſuſceperit, aut ab* epiſcopo confirmandum.

ſuos, cognitores a ſe (e) inhabiles eſſe redditos. At ego (inquit Thorhallus) A. C.
id efficiam, vt hoc nullum in damnum euadat cauſae veſtrae, atque (f) dic 1012.
tuis, ne credant, ſi falſâ juris interpretatione aduerſus eos agatur; jam enim conſultus ille Eyiolfus offendit: quare (g) ad tuos quam citiſſimè abito, nuntiatoque, Mördus Valgardi filius judicium adeat, cognitorumque irritam eſſe rejectionem anteſtetur. & quâ porrò ratione procederetur, (h) articulatim praecipit. reuerſusque nuntius a Thorhallo ſuggeſta memorat. Tunc Mördus Valgardi filius judicium acceſſit, teſtibusque vocatis, *Vos anteſtor*, ait, *quod ego refutationem (cognitorum) judicialem ab Eyiolfo Bölverki filio factam perimo, atque hanc cauſam adfero, quod ille non ad* (i) *perſonam principalem, ſed ad eum, qui actionem* (k) *obit, eos rejiciebat* 6): *hi mihi, teſtes ſunto, illive, qui horum teſtimonio opus habuerit.* Deinde iisdem teſtibus in judicio productis, eò, vbi ſedebant cognitores, aggreſſus, (l) illos qui ſurrexerant, conſidere jubet, idoneos eſſe qui cognitores producerentur, adſerens. Hìc omnes Thorhalli operâ multum effectum praedicare, vulgòque replicatio putari exceptione major. Floſius verò ad Eyiolfum: Credis hoc jus eſſe? Credo equidem, ait hic, & ſanè nos errauimus: verùmtamen hanc p. 236.

(e) únytt.] C. E. F. I. K. L. M. N. O. P. Q. S. unnit', id. *Mox* E. F. P. qvidinn *pro* qvidbvrdinn. || *Hìc deeſt vnum folium in* B.

(f) ſegir.] *Alii*, ſeg. Segir, *ſecunda Indic. praeſ.* dicis; *fortè fuit* ſegi, dic, dicite.

(g) heim *excludunt* E. P. *ſed* F. *legit* til þeirra ſem ſkiótaſt, ad eos (*ſuos*) quam &c.

(h) greiniliga.] F. ſem greiniligaſt, quam explicitiſſimè.

(i) adila.] C. adilia. *Ita &* Grágás *obliquos hujus vocabuli habet, idque antiquius.*

(k) vid.] *Omnes praeter* A. & D. med.

(l) bad þá.] C. E. G. M. P. ſagdi at þeir ſyldi.

6) *Ita de hac re in* Grág. *l. cit. Habetur*: Han ſkal rydia vid fóknar adilia eda varnar. hvergi er med ſæt ferr. *i. e.* Rejicere debet (*euocatum*) contra perſonam principalem ſ. actorem ſ. reum, quicunque cauſam agat. *i. ratione cognationis euocati cum actore principali, non autem mandatario ſ. procuratore.*

A. C. rem etiam cum iis (m) experiamur. Et, nominatis teſtibus, *Anteſtor*, inquit,
1012 *quod hoſce duos homines*, nomen vtriusque ſimul exprimens, *e conſeſſu euocatorum remoueo, propterea quod* (n) *inquilini, non* (o) *coloni ſunt* 7): *nolo vos reliquis* (p) *euocatis adſidere; jam enim ratione ex jure legitimè deducta repudiati eſtis: rejicio vos e* (q) *conſeſſu euocatorum ex jure comitiali ciuilique lege.* Tum ſibi plane (r) praeter exſpectationem id euenturum, ſi hoc refelli poſſet, oſtendebat Eyiolfus: cunctique defenſionem accuſatione validiorem adfirmantes, vulgò collaudabant eum, eique parem, periculo (s) juris prudentiae faciundo, neminem dictitabant. Hìc Mördus Valgardi & Aſgrimus Ellidagrimi filius ad Thorhallum miſerunt, qui quò loci peruentum eſſet, indicaret. quod vbi Thorhallus audìſſet, (t) percontatur, quid (rejecti) iſti

---

(m) reyna.] C. E. G. M. P. þreyta.

(n) þeir eru búðſetumenn.] O. búðarſetumenn. E. Chh. — búſetumenn. *vitioſe.* C. E. G. M. P. þer eruꝛ, ꝛc. vos — eſtis.

(o) bóndr.] Iid. & F. búar, id.

(p) dóminum.] C. E. G. M. P. quidinum. *quod ſequutus ſum. Illud alterum minus rectum, nam* judicio *ſ.* judicibus *nunquam adſidebant* euocati, *ſed in ripa amnica occidentem verſus, neque id procul a judicii loco.*

(q) quidburdinum.] Iid. quidinum.

(r) á óuart.] Iid. at óuorum.

(s) laugæni] C. M. um laugæni, id. G. um lagmál, in re juridiciali.

(t) ſpurdi.] F. fretti.

7) *Per* bóndr *(l. rectius* bœndur) *ſ. colonos hìc intelligendi ſunt omnes qui villam cum fundo ſiue pretiò ſiue proprio dominio incolebant, eo quidem cenſu, vt ſoluendo eſſent tributo comitiali & itineri ad comitia proprio ſumtu faciendo. Per autem* búðſetumenn, *qui pretio quidem in alterius domo l. aedibus habitabant & ſuo viuebant, ſed ad neutram iſtam rem a facultatibus valebant. Hos etiamſi nominatim non excipiat* Grágás, *tamen ejusdem vel potius inferioris fuiſſe conditionis homines atque* einvirki (*i. qui nullum habuit operarium ſ. famulum*), *qui, niſi certo cenſu eſſet, neque ad euocandum in cauſſis criminalibus erat habilis, facilè colligitur ex Tit. de homicid. Sect. de inſtit. accuſ. Confer Ius Eccl. Thorlaco-Ketilian. p.* 4. *n.* 2. & Arneſ. Isl. Retterg. p. 204. *ſeqq.*

iſti bonorum habeant? an ſint pauperes? docet nuntius alterum (pretiô) u) villam inhabitare, lactariisque pecudibus, tam vaccis quam ouibus, victitare; alterum trientis fundi, (v) quem incolerent, dominum eſſe, ac ſuô viuere; vnoque ambos foco (x) locatorem & conductorem fundi, vnoque opilione vti. Tum Thorhallus: Nunc etiam vt modò euenerit aduerſariis, vt aberrauerint, & hoc equidem ſat celeriter refutabo, quamuis etiam (y) magnificè oſtentauerit Eyiolfus juſtum eſſe. mox nuntium, vt procedendum ſit, quam (z) exactiſſimè docet: qui rediens Mördo & Aſgrimo, quae Thorhallus (a) cauiſſet, explicat. Tum Mördus in jus adiens teſtes nominat; *Vos anteſtor* (ait) *quod deſtructionem* (*euocatorum*) *ab Eyiolfo Bölverki filio factam* (æ) *confuto*, (b) *propterea quod eos homines aduocatorum conſeſſu mouerit, quos jure oportuit ſedere; nam quisque idoneus* (*) *vt cognitor aduocatur, qui* (c) *CCC. fundi, & quicquid excedit, dominus eſt, quanquam nullo pecore lactario vtatur, &* [d] *ille quoque juſtè vt cognitor euocatur, qui pecore lactario victitat*] *etiam* A. C. 1012.

(u) biúggi.] C. E. R. M. P. þeirra bíð, eorum vill. inhab.

(v) þvſ er þeir búa — leigir vſ.] E. *tantum*, leigdi vſ, (dom. eſſe) vnoque ac illum opil. conductô vti.

(x) þeſſi, hunc (& illum qui fundum conducit), *inſerit* I. *quod & caeteri ſubaudiunt.*

(y) allbigr ord vm.] E. P. allbigurt um talat, id.

(z) greiniligaſt.] Iid. gleggligaſt, clariſſimè.

(a) tillagt.] Iid. til rádit.

(æ) ek ónyti.] C. E. R. M. P. ónyt er, (deſtructio — facta) irrita eſt.

(b) fyrir þat at — vera.] G. ſiun ek þat til at han haſdi eigi þau ord at rudninginum er vera áttu at rettu. cauſam adfero hanc, quod iis verbis in formula rejectionis non vtebatur, quae jure adhibenda erant. *At hîc non de verbis, ſed re, agebatur.*

(*) búaqvidbvrdi.] P. búaqvidu.

(c) CCC.] I. K. L. N. Q. S. xxx.

(d) hinn er vſ rettr í búaqvid, er hann byr vid málnytv, *inſerunt* C. M. *quò potius pertinere videntur iſta* þótt hann — land: *nam etiamnum obtinet, vt quis apud alterum pretiô habitet, &, nulla certa parte fundi conducta, pecudibus vtatur, quibus pabulum hibernum communi cum domeſticis heri operâ acquirit.*

A. C. 1012. *etiamsi non fundum conducat.* Hoc testimonio in jure prolato, vbi erant coloni, eò ingressus, denuò illos considere jubet, legitimos, qui cognitores producerentur, adserens. Tum clamor ingens ac voces fieri, omnibus vnà dicentibus causam Flosii & Eyiolfi admodum (e) vexari, intentionemque praeualere defensioni concinentibus. Eyiolfus verò a Flosio interrogatus, an hoc (f) justum crederet? non (g) eam in se calliditatem, id vt certò sciret, autumauit. Hinc ad Skaptium (h) nomophylacem amandatur, qui, p. 237. an justum sit, (i) consulat: is autem responsum hujusmodi remittit, illud certè jus esse, licet (k) pauci nôrint. Qua re Flosio & sibi renuntiato, Eyiolfus Bölverki filius de caeteris colonis, qui fuerant euocati, Sigfussonios percontatur: hi (l) quatuor haud legitimè citatos affirmant; nam domi esse, qui quam ii (locum caedis) propius habitarent 8). Hinc Eyiolfus, testibus sibi appellatis, eosdem quatuor homines e confessu rejicit aduocatorum, idque (m) legitimâ cognitorum destruendorum formulâ. & mox reliquis fatur: Vos verò vtrisque (n) litigantium) jus tribuere debetis: nunc igitur, quando vocabimini, judicium adite, testibusque accitis declarate, *per id stare, quò minus*

(e) hrakit.] E. P. rekit, agitari.

(f) rett vera.] C. E. M. P. nockut vera, aliquid esse.

(g) til þess hafa.] G. vita ok eigi hafa, id se scire, neque id in se judicium esse.

(h) lavgsavgvmannz.] G. laugmanni, id. *sed varius occurrit haec vox eo sensu in codd. membr.*

(i) spyria eptir.] Id. vita vid hann, ex eo scisceret.

(k) fáheyrd væri ok, paucis auditum, &, *interjicis* G.

(l) iiii.] E. P. iii. *minus rectè.*

(m) með rettvm rvðníngar málvm.] G. mællti rettum málum, legit. loquens formulâ.

(n) oss, nostrûm, *addunt* E. P.

8) *Tam scilicet accuratè fuit observanda proximitas habitationis cognitorum in judiciis criminalibus euocandorum, vt qui in parte aedium, locum delicti commissi, in quo agendum erat, spectante, potius quam qui in auersa habitabant, licet vtrique aliàs pares idonei essent, citari debuerint.* Grág. *Tit. de homicid.*

minus teſtimonium dicatis, quod vobis quinque omninò vt cognitoribus demum- A. C.
tiatum ſit, (o) *cum IX.* (p) *teſtificari debeatis* 9). quod damnum ſi repa- 1012.
rauerit Thorhallus, in caeteris omnibus vincet. Atque adeò compertum eſt, Floſium & Eyiolfum hac in re valdè gloriari; vulgòque (q) accuſationem homicidii exemtam & exceptionem illâ validiorem eſſe conclamatum. Hìc Aſgrimus ad Mördum: Neſciunt etiamnum, quô glorientur, donec (r) conuentus erit filius meus Thorhallus; mihi enim Niall id dixit (s) ſeſe illum in jure ſic inſtituiſſe, vt haud dubiè Islandorum jure conſultiſſimus, ſi periculum opus ſieret, probaretur. Rurſus ergo mittitur ad Thorhallum, qui quò ſit proceſſum, edoceat; jactare ſe Floſianos, plebemqüe (t) homicidii

 cauſam

(o) en þer eigv.] C. at þer eigit, quamquam l. cum tamen.

(p) at vera vl, eſſe &, *inſer.* F.

(q) vígsmálinv.] *Ita legit* F. *caeteri omnes* brennumálinv, accuſ. incendii (Nialiani), *de quo nunc non agebatur.*

(r) ſvndinn.] C. E. G. M. P. hittr.

(s) at hann — lavg, *omittit* F. *vnde ſenſus*, eum ſine dubio Isl. jure conſultiſſimum, —, eſſe.

(t) vígsmálinv.] *Etiam ex* F. *Omnes alii legunt* brennumáli,

9) *Adeò hac falſâ juris interpretatione perierat intentionem Mördi cogitabat, ſed fruſtra; nam, vt mox videbitur, ſi non modò pars major cognitorum erat legitimè citata, nil actio damni fecit, dum juſtus eſſet numerus illorum; ſed etenim quamquam minor, nihil. de quo Grágás ita conſtituit Tit. de f. jud.* Ef ſva gánga rudningar at, at meiri luſi verdi rángqvaddr þeirra búa er heiman ero qvaddir. oc verþr honom eigi at ſakar ſpelli. ef han viþr eid at því. at han qvaddi þá er han hugdi at rettaztir væri. en ſecr verþr han III. mørkum vid þann er hefir mál á hendum. *I. e. Si eò procedatur in rejiciendis cognitoribus, vti pars illorum* major injuſtè euocata *probetur, qui domò citati fuerant; id quidem* nullum in damnum actioni *euadit, ſi actor jusjurandum interponat ſeſe illos euocauiſſe, quos maximè legitimos duxiſſet; ſed obnoxius erit tres marcas eô nomine illi, qui reus agitur, ſoluere.* Confer Arneſ. Isl. Rettergang *pag.* 208. *qui tamen hoc loco legiſſe videtur aut* minni — ránggvaddr, *aut* meiri — rettqvaddr, *quandò ex eodem loco &* Niálsſaga *idem ſtatuit.*

N. C. cauſam eliſam eſſe Mördo dictitare. Benè habet, inquit Thorhallus, (u) ſi 1012. nullum hinc dedecus inueniunt: (v) i tu & die Mördo, teſtibus vſurpatis, jurejurando confirmet majorem colonorum partem (x) legitimè citatam eſſe; tum hoc teſtimonium in jure producat, atque ſic (y) reſtituit cauſam principalem: caeterùm ipſe de quolibet 10) vitioſè euocato multa ſelibrae tenetur, quam tamen cauſam his comitiis agere non licet: ſed reuertitor. Nuntius dicto audiens Thorhallo quam exactiſſimè reſponſa ejus Mördo renuntiauit. Tunc Mördus judicium accedens teſtes adhibet, ac *jurejurando majorem colonorum partem* (z) *rectè euocatam, ſeque cauſam ita reparauiſſe principalem aſſerit*: aliud faxo, addit, (a) gloriabuntur aduerſarii noſtri, quam quod (æ) hìc multum errauerimus. Tum & magna exſtitit (b) acclamatio (c) Mördum de ſtrenuè nauatâ in hoc negotio operâ laudantium; at Floſius & ſui nil niſi cauillationes & injuriam facere dicebantur. Eyiolfus a Floſio rogatus, an illud (d) juſtum putaret? negauit ſe certò ſcire, litemque vt legifer (e) dirimeret, cenſuit. Itaque Thorkell Geiteris filius illorum nomine legifero, quò res peruenisſet, narratum abiit, &, quod Mördus contenderat, vtrum jus eſſet, requi-

(u) eſ enga ſá þeir ſvívirding.] E. F. P. C. M. en enga ſ. þ. (enn) virding, at nullam (etiam nunc) ex hac re laudem referunt. G. en þó er eigi víſt at þeir ſái virding, at incertum eſt tamen, illos hinc laudem eſſe relaturos.

(v) ſkallttv.] E. ſk. enn, Etiam i tu.

(x) rett qvaddr.] F. enn rettr í quidtium, adhuc eſſe idoneam.

(y) bergr.] P. biargar. *& infra* biargat *pro* borgit.

(z) rett qvaddr.] E. rettr qvaddr.

(a) haſa metnad.] G. metnaj.

(æ) ámæli fyrir ebr, hinc vituperium ſubeamus, aut, *inferis* F.

(b) rómr.] C. E. G. M. P. orðrómr.

(c) at því gerr at Mardr.] Iid. eſ misnuvm (mergvm E. P.) um mál Mardar at han, vulgò (multorum) de partibus Mördi, quod is operam ſtrenuè nauaret.

(d) rett.] C. F. M. P. nockut rett, aliquo nomine juſtum.

(e) ſlíta.] F. ſkera, ſecaret. E. P. leyſa, ſolueret.

10) *Confer locum ex Gragas modò adductum ſub num.* 9.

requisiuit? Cui Skaprius: Nunc abundè juris periti (f), quam ego rarus sum, plures exstant: (g) tibi verò vt respondeam, hoc omni ex parte adeò justum est, nihil vt contradicere liceat: atqui (h) id mihi soli, (i) vt periit, cognitum autumabam; hunc enim solum tenere noui. Reuersus Thorkell ad Flosium & Eyiolfum, jus esse nuntiat. Tunc Mördus Valgardi filius judicium adit, &, nominatis testibus, *Vos antestor*, inquit, *quod colonos, quibus de causa in Flosium Thordi filium* (k) *enarrata denuntiaui, testimonium dare postulo, idque vel in eum vel secundum eum dicere: postulo in jure* (l) *solemni formulâ, judicibus per transuersum judicium exaudientibus.* Mox coloni a Mördo euocati judicium adgrediuntur, vnus (m) verba testimonii profatur, caeteri omnes voce succinunt, hunc in modum (n) ajentes: *Mördus Valgardi filius testimonium nobis IX. viris denuntiauit, sed hic omninò* (o) *V. fistimur; IV. enim rejecti sunt, quorum testimonii defectum nobiscum unà ferendi jusjurandum suppleuit. nunc nos testimonium* (p) *ferre debemus ex jure:* (q) *citati igitur sumus ad* (r) *hoc renuntiandum, anne Flosius Thordi filius aggressione lege definitâ Helgium Nialsonium impetuerit, eo in loco, vbi* A. C. 1012. p. 238.

(f) á Íslandi, in Isl. *addunt* C. M.

(g) þer til at segia þá er þetta.] F. þat segi ek at þetta er, caeterum hìc respondeo, hoc &c.

(h) þetta.] B. þessa rettíng, C. E. G. M. P. þessa lagarettíng, hanc vitii in actione commissi emendationem. || F. rettinn, jus (me solum callere autum.).

(i) síðan Miáll var.] C. E. M. P. nú er M. er, jam vt N. || G. með því er M. er, quandoquidem.

(k) høfðaða.] P. hafði, habui. E. F. hafða þá, *quod corruptum ex* høfðaþa. G. hopaða, *obscure.*

(l) løgbeidingv.] *Ita legunt* B. C. E. R. M. P. *caeteri omnes* laugbodi (løgbodi).

(m) fram qvidþorðinn.] E. P. á annan qvidinn, post alterum (*singuli deinceps*) testim. reciterunt. *Minus rectè, nam omnes simul & semel dixerant.*

(n) qváðu.] C. E. G. M. qvað. *singul.*

(o) þeguar, ciues, *inserit* B.

(p) bera.] E. P. segia, dicere.

(q) voru — Þórissonar, *omitt.* F.

(r) vitni þat.] B. um þat, de hac re.

A. C. *Floſius Thordi filius Helgium Nialſonium vulnere* (vel) *in viſcera* (s) *vel in*
1012. *medullam inflicto ſauciabat, quod letale exſtitit, & vnde mortem accepit Helgius. denuntiauit nobis* (*Mördus*) *omnia illa verba adhibenda, quae proferre legibus adſtringimur, quaeque nos in judicio eſſet rogaturus; haec ad cauſam jure pertinentia: denuntiauit nobis coram: denuntianit ob crimen ſibi a Thorgeire Thorerîs filio mandatum. jam nos omnes jusjurandum dedimus* (t) *ac legitimum teſtimonium; vnoque omnium noſtrûm* (u) *conſenſu, hoc in Floſium dicimus, eumque verè obnoxium crimini adſeueramus. hoc, vt IX. cognitores, teſtimonium, quemadmodum rogati a Mördo ſumus, in judicio Oſtfiördenſium ſuper capite* Iohannis *ferimus;* (v) *atque haec eſt omnium noſtrûm adfirmatio.* Dein alterum teſtimonium contra Floſium dixerunt, *primùm de vulnere, nec de aggreſſione perhibentes,* caeterùm omnibus iisdem verbis, ac ſupra, vſi: quô etiam teſtimoniô Floſium conuincebant, ac verè noxium adfirmabant. (x) Tunc Mördus Valgardi filius judicium aggreſſus teſtificatur, colonos, quibus de crimine aduerſus Floſium Thordi filium expoſitô denuntiaſſet, teſtimonium (y) perhibuiſſe, illumque verè ſontem adſeueraſſe: quam anteſtationem ſibimet vel illi, cui teſtimoniô hac de re opus ſiue vſus fieret, commodo faciebat. Rurſus compellatis teſtibus, *Vos anteſtor,* (inquit,) *quod ego Floſium Thordi filium, aut alium hominem, cui cauſae defenſio judicialis legi-*
p. 239. *timè mandata eſt, inuito, vt, quod aduerſus illum* (*) *expoſui, defendere crimen incipi-*

(s) eda hefvndar, vel mortiferum, *inferum* E. G. P.

(t) ok.] O. vm, de veritate teſtimonii noſtri. rettan qvidburd.] C. M. veittan qvid, teſtimoniumque noſtrum dedimus.

(u) ordit.] E. P. ordnir.

(v) en ſá er.] B. C. E. R. M. er ſá, haec eſt.

(x) Mordr — annat ſinn, *neſcit* F.

(y) á hann, contra eum, *add.* C. M.

(*) hafdada.] B. G. hefi hafda (hafda).

(z) *incipiat: jam enim omnes accuſationis auctoritates, quae ad* (a) *hanc rem* A. C. *jure pertinent, prolatae ſunt; omnia teſtimonia cognitoresque inducti, horum ad-* 1012. *ſeueratio, omniaque quae jam prodita ſunt argumenta, teſtibus adhibitis pronuntiata. quod ſi verò quid in* (æ) *defenſione ab aduerſariis* (b) *committatur, cujus eos accuſare habeam opus, mihimet actionem dari poſtulo. inuito* (reum ad defenſionem) *ſolemni formula in jure, judicibus operam dantibus.* Hìc (c) Floſius: Nunc id mihi, Eyiolfe, cum animo meo arridet, quod futurum eſt: vt (aduerſarii) ſtupeſcant et capita (d) pruriant iis, (e) cum tu exceptionem interpones.

Cap. CXLIV.

De Eyiolfo Bölverki filio.

Tunc in jus adiit Eyiolfus Böluerki filius, & vocatis ſibi teſtibus, (f) Anteſtor (inquit) hanc eſſe juſtam intenſionis hujus depulſionem, quod vos accuſationem in jure Oſtfiördenſium exercuiſtis (*); Floſius (g) enim ad (h) curiam Aſkelis *Pontificis* (i) profeſſus eſt: atque nunc teſtes oculati coram adſunt, rem

(z) taka.] F. vikia, aggrediatur.

(a) ſaukinni eigi.] F. ſóknum áttu, accuſationem j. pertinebant.

(æ) ſaugvorn.] B. vorn.

(b) geriz.] F. er, eſt (ſit).

(c) Eyiólfr ſagdi Floſi.] E. P. ſagdi Eyiólfr Floſa, Eyiolfus Floſio fatur. F. ſagdi Eyiólfr ok Floſi, inquiebant Eyiolfus & Fl.

(d) klœia.] C. R. Chh. B. klæia (hlæia).

(e) þú berr.] E. G. P. ek ber, F. ek framfœri, ego — profero.

(f) at því (ea de re.] C. M. F. í þat vætti (ſagdi han). *quod ſecuus ſum.* || Mox omittit O. ſu er — þviat.

(*) er fækia átti í Nordlendíngadóm, cum in judicio Nordlandorum inſtrui deberet, *addunt* C. M.

(g) þviat.] F. K. L. en, verò. Q. þar, cum (Floſius ad.).

(h) þíng.] O. Q. S. dóm, juriſdictionem.

(i) ſagz.] O. geſſt, dedit, dicauit ſe.

A. C. vtramque adſeueranti, quod & Floſius (k) Thorgeiri fratri ſuo pontificatum
1012. emancipauit (l) ſuum, atque mox curiae Aſkelis *Pontificis* nomen dedit:
hi mihi (m) teſtes ſunto aut cuicumque (n) horum teſtimonio (o) opus fuerit.
Compellatis (p) iterùm teſtibus, *Vos anteſtor*, inquit, *quod ego Mördum, qui cauſam habet* (q) *agere, vel* (r) *perſonam principalem inuito, vt jurijurando meo, & euarrandae* (s) *exceptioni, quam ſum obiecturus,* [t] *omnibusque, quas prolaturus ſum, auctoritatibus*] *attendant: inuito in jure ſolenni formulâ ſic vt* (u) *exaudiant judices.* (v) Nominatis etiam teſtibus, *Hoc anteſtor* (ait) *quod ego jusjurandum libro tactio legitimum dico, Deoque hoc* (x) *profiteor, me cauſam hanc quam ſcio rectiſſimè, veriſſimè ac legi conuenientiſſimè defenſurum, omniaque* (y) *juſta judicialia, quae* (z) *hoc in foro exequi meum fuerit, abſoluturum.* Porrò idem: *Hos duos homines anteſtor, quod ego hanc objicio exceptionem, crimen in* (a) *alio prouinciali judicio, quam oportuit, inſtitutum eſſe; ajo intentionem aduerſariorum hoc nomine peremtam: hanc & hujusmodi exceptionem in judicio Oſtiördenſium profero.* Mox omnia, quibus communiri haec debuit excep-
tio,

(k) Þorgeiri.] *Ita legunt* E. F. P. *caeteri omnes.* Þórgilſi.

(l) ádr, primò, *inſerunt* Iid. & F. *poſt* ſelldi.

(m) vættis.] *Omnes alii* votta, *quod rectius videtur.*

(n) áuðrum, alii, *inſerit* F.

(o) eda neyta, ſiue vſus, *add.* C. G. M.

(p) annat ſinn.] E. P. annan ſtad.

(q) ſækia.] Iid. ſegia, exponere.

(r) adila.] G. ábera, accuſatorem.

(s) varnar þeirrar.] E. P. varn. minnar. exc. meae. B. varn. þeirrar minnar.

(t) ok til allra gagna þeirra ſem ek mun frambera, *inſerunt* C. M.

(u) heyra á.] I. N. O. Q. S. hlyði á, auſcultent. K. L. heyri ok hlyði á, audiant & operam dent.

(v) Eyiólfr nefndi — E. mællti.] F. *tantum*, Siðan vann han eið ok mællti. Deinde jusjurandum praeſtitit, atque (tum ita) locutus eſt: Hos &c.

(x) ſegi.] I. K. L. N. O. Q. S. ſver, juro.

(y) lavgmæt ſkil.] G. lavgſkil.

(z) medan ek em (er), quamdiu verſor, *inſer.* C. G. M. *poſt* koma.

(a) annan — vera átti.] E. P. í Auſtfirðingadóm, judicio Orientalis prouinciae, inſtit.

tio, teſtimonia curat producenda: tum omnia defenſionis argumenta jam eſſe A. C.
prodita conteſtatur. Deinde adhibitis teſtibus, *Anteſtor*, (ait,) *quod ego* (æ) 1012.
pontificiali interdictō judices Mōrdo & ſuis litem addicere †) *prohibeo*, *quippe* p. 240.
nunc idonea in jus prolata exceptio eſt; *prohibeo* (*inquam*) *pontificiali interdicto*, *legitimō interdicto*, *omni exceptione majori interdictō*, (b) *abſolutoque tum & firmo*, *quam mihi ex ipſo jure comitiali ciuilique lege interdicere licet*. deinde exceptionem cognoſci fecit. Caeteras accuſationes ad incendium pertinentes Aſgrimiani (c) conabant inſtruendas, eaeque procedebant.

Cap. CXLV.

Suggeſtio (reſponſum) Thorhalli Aſgrimi filii.

Interim (d) iidem nuntio ad Thorhallum miſſo, (e) quas ad incitas res redacta ſit, faciunt certiorem. qui reſpondit: Jam ego nimium procul aberam; nam ſi praeſens fuiſſem, haec res, puto, etiam ſic non enaſiſſet. perſpicio rationem aduerſariorum, eos eſſe (f) vos in quintum judicium propter errorem formulae 1) citaturos, ſine dubio etiam cogitant cauſam incendiariam

---

(æ) goda lyriti.] E. G. lyriti goda. F. *deinceps* lyritil, lyri til, lyrit.

(b) fullv.] F. at fullu, abſolutē & firmiter.

(c) letv ſækia.] G. ſóttu, egerunt.

(d) ſendv þeir — honom.] E. P. letu þeir Aſgr. ſegia Þórhalli, iid. Thorhallum cert. fac. C. G. M. er þar til máls at taka at þeir ſendu mann ꝛc. narrare ordiendum, eosdem — feciſſe.

(e) ſ hverr úeſni komit var.] C. E. R. M. P. hvar þá var komit (*porroqua* F.) at þat úeſni þá var at, quō locorum ventum eſſet, quodque jam incidiſſet malum.

(f) ſieſna — atla at, *neſcit* P.

†) *Hoc loco verbum* dœma *non ſimpliciter* judicare, *ſed* adjudicare *ſ.* ſecundum quem dare *denotat*, *id quod & ſubſequentia* let dœma vorninga, *& infra commemorata* (*pag. Text.* 241.) *de judicum inferenda ſententia diſſenſione*, *offendunt*.

1) *Quem ſcilicet*, *accuſando Floſium in alio quam competenti judicio*, *fecerant*.

A. C. diariam (g) per judicum in ſententias diſceſſionem 2) eximere, ac ne deciſi
1012. poſſit facere; nunc enim eam viam inſiſtunt, nulla vt ab calumnia ſint temperaturi. jam verò tu quam ociſſimè (h) ad noſtros abi, & dic, Mordus vtrique, Floſio & Eyiolfo formulam intendat eô nomine, quod judicium 3) pecuniâ violaverint, poenamque relegationis dicat: tum altera illos citatione in jus vocet, propterea quod teſtimonia, quae ad cauſam eorum nullo jure (i) pertinebant 4), induxerunt, & calúmniam in ea re commiſerunt: dic me dicere, ſi (k) quis duplici relegationis crimine teneatur, hunc exilio mulcan-

(g) vefengia.] F. reingia, refellere (confutare). *gloſſa.*

(h) til þeirra.] C. G. M. heim, ad tuos.

(i) atty máli at.] K. L. mátti máli. *Mox addunt* lid. & I. N. O. Q. S. at lagvm, ſecundum leges pertin. *poſt* þeim.

(k) einvm manni.] C. M. hendi manni. F. hendi einum manni.

2) *Tam ſuprà Cap. XCVIII. p. 325. quam in Grágás* þó vefengia *de judicibus dicitur, hìc autem de reo & aduocato ſuo; quare, ſi interpretatio nunc ad iſtum accommodetur ſignificatum, erit ſenſus:* facere *l.* poſtulare vt judices in ſententias diſcedant. *vnde nimirum iſti facilè poterant expectare, duas de cauſa pugnantes latum ſententias iri; adeoque dari ſibi occaſionem nouas quaerendi exceptiones ac diuersicula, donicum res in quinto judicio repeteretur. Sed quae tanta fuerit in hac re calumnia, quantam ais Thorhallus, quum è contrario Noſter neceſſitatem faciendi aguoſcat (paullò infra), non video, niſi putauerit judices ab reis, ſi non praemiô, at hortatibus & pollicitationibus iri corruptum in diſceſſionis actu. Certè apud judices tantum obtinuit Oſeigus in* Bandamanna-ſaga (*pag 6.*) *monitis ac pecuniae oſtentatione, vt filio ſuo litem, quamuis ab rei aduocatis peremtam, adjudicarent.*

3) *Ne ipſos judices intelligas, ſed* cauſam *modò agitatam, dando & accipiendo mercedem ob patrocinium contra fas & jus, quod etiam valet de eodem vocabulo* (dóm) *infra in formulis jurandi. Confer Cap. XCVIII. p. 327, & CXXXIX. p. 493.*

4) *Quae haec teſtimonia fuerint, adeò perſpicuum Auctori videbatur, vt ſignificato nihil opus duxerit, quod tamen ab re non fuiſſe arbitror, quum illa de emancipatione pontificatus Floſii & addictione ſui ad curiam Aſkelis tanquam legitima & huc pertinentia, alia verò producta non aperte, memores.*

multandum esse: haec vos crimina eò celerius instituere debetis, quò prius (eos) accusare (l) liceat vobis & condemnare 5). Mox nuntius abit, & Mordum Asgrimumque haec edocet. Statim ii rupem judicialem adeunt 6): Mordus Valgardi filius, testibus appellatis, *Antestor*, (inquit,) *quod ego Flosium Thordi filium in jus voco, propterea quod Eyiolfo Bölverki filio pecuniam ob advocationem hic in Comitiis dedit: dico illum hoc de crimine* (m) *relegatione multari oportere;* (n) *hac unicâ lege vehendum, aut fixarum habitationum jure (asylorum securitate) muniendum* 7), *si annulus* 8) *capiti (illius)* A. C. 1012.

(l) er skyldr.] C. R. M. þá skulut þer.

(m) fiorbaugsmann.] C. M. skógarmann, exiliô, *minus rectè.*

(n) því at — þegit. ok, *nescit* F.

5) *Hac nota verbum* dœma *de actore usurpari eâdem notione, qua Latini* condemnare *de illo dicunt.*

6) *A judicio scilicet, quod ex pluribus infrà locis non ad rupem judicialem ipsam nunc fuisse constitutum intelliges: illud enim judicibus transferre quocumque volebant, si quid habendo ad jurisdicundi rupem officiebat, teste* Grágás, *licitum fuit.*

7) *Hac de re confer Glossarium Synt. de Bapt. v.* fiorbaugsgardr.

8) *De voce* fiorbaugr, *quod una selibra marcium (duobus imperialibus Danicis aequipollens) fuerit, monitum est in Glos. Synt. de bapt. in* Isl. Rettergang *p.* 624-5. *& in Hist. Eccl. Isl. Tom. I. p.* 137. *De autem vocabulo* adalfestr, *quod ad verbum denotat* primarium pignus, *subaudiundis*, securitatis & in terra patria ad certum tempus mansionis, *auctore Doctiss. I. Arnesen,* Isl. Retterg. *l. c., monendum censui;* 1) *quod lectio* aladsfestr, *quam* Grágás *unicè agnoscit, multò melior, imò genuina mihi videntur: haec nimirum* pignora alimoniae *designat, o: rem s. pecuniam, quâ damnatus jus alimoniae sibi suburrhauit: eâ verò non solutâ, eum neque* alere *neque vehere licebat.* 2) *Quod* fiorbaugr & adalfestr *ab nostro adferuntur tanquam synonyma, quando ea particulâ* eda *copulat; quod aliquatenus facit cum laudato I. Arnesen, qui* adalfestr *unam unciam ex* fiorbaug *(nullâ quidem auctoritate adductâ, quâ sanè opus videtur) statuit: in* Grágás *verò tanquam duo diuersa, cum particulâ* ok (&) *jungantur, sese offerunt: quod cum majorem importet obscuritatem, Nostro equidem potius accedendum puto.*

A. C. 1012. *redimendo ſiue* (o) *primarium pignus* (p) *in judicio* 9) *bonorum ejus occupandorum* (*poſſidendorum*) *exhibeatur; cæteroquin exilio planè condemnandum. dico omnia bona ejus* (q) *commiſſa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus damnati capere competit ex lege. denuntio cauſam hanc in judicio quinto, in quod ea produci ex legibus debet, judicandam: denuntio accuſationem jam nunc peragendam, abſolutamque* (*in reum*) *condemnationem: denuntio*
p. 241. (r) *legitimâ citandi formulâ: denuntio ſic vt exaudiri poſſit ad jurisdicundi rupem.* Similem Eyiolfo Bölverki filio formulam intendit, propterea quod abſtuliſſet pecuniam & acceptaſſet 10), eumque (s) hoc de crimine in quintum judicium arceſſiuit. Rurſus idem Floſium & Eyiolfum ea de cauſa citauit, quod in comitiis teſtimonia, nihil ad cauſam (t) litigantium ex lege pertinentia, producendô, calumniam admiſiſſent, eôque nomine relegationis reos faciebat. Mox ad ſenaculum abierunt, (u) ibique tum quintum conſtituebatur judicium. Digreſſis autem Aſgrimo & Mördo, judices, quam ſententiam ferrent, haud (v) conſenſerunt; partim enim ſecundum Floſium, partim ſecundum Aſgrimum & Mördum (x) litem dare voluerunt: vnde (y) Floſius & Eyiolfus poſtulare coacti, vt judices (z) in ſententias diſceſſionem facerent, qua in re, dum in jus vocati fuerant, ad judicium demorabantur. Paullò poſt iis, duplici

(o) adalfeſtr.] E. P. adalfeſti.

(p) at.] G. á.

(q) ſekt.] G. fallit, in commiſſum cecidiſſe.

(r) lavgſtefnv.] E. P. ſogſezto, *vitioſe.*

(s) þeirri ſavk.] F. rettri lagaſtefnv, legitima citandi formula.

(t) mannvm.] R. þeim, ſuam.

(u) þar var þá ſimtardómrinn.] G. þviat þar var dómrinn, ibi enim judic. conſt.

(v) áſáttir.] G. á eiſt ſáttir.

(x) dæma.] C. G. M. mæla, pronuntiare (ſententiam dicere).

(y) Floſi ok Eyiólfr *excludunt.* C. G. M.

(z) veſengia.] G. veiſengia.

9) *Hoc fuſè deſcriptum in Arneſ.* Jtt. Rettergang *Cap.* 15. *& alibi.*

10) Hafdi tekit ſe ok þegit.] *Hyſterologia eſt, (voluntas enim factum praecedit,) ad euitandam ſine dubio colliſionem literarum* D *&* Þ, *ferè ſimiliter ſonantium, ſi dixiſſes* hafdi þegit ſe ok tekit.

duplici vtrumque citatione in quintum judicium arceſſitos apud rupem judi- A. C.
cialem eſſe, nuntiatum eſt. tunc Eyiolfus: Nos verò hìc malo omine ſumus 1012.
commorati, cum aduerſarii nos in jus vocando praeoccupauerint: hìc ſe (a)
dexteritas Thorhalli exſeruit, qui ſanè, quô eſt (æ) conſiliô, nemini eſt comparandus: nunc eis (quam nobis) actio in jure prius danda eſt, in quo etiam illis omnia fuerunt (b) jam tamen nos ad jurisdicundi rupem ibimus, actionemque in illos, licet hoc (c) parum profuerit, inſtituemus. Dein, jurisdicundi rupem adgrediuntur: Eyiolfusque aduerſarios ob errorem formulae in jus arceſſit: mox ad judicium quintum abeunt. (d) Poſtea verò quam Mördus cum Aſgrimo ad judicium quintum venerat, adhibitis teſtibus, reos ad jusjurandum ſuum, enarrationem criminis ſui, omniaque actionis argumenta, quae Floſium contra & Eyiolfum proferre cogitaret, audienda inuitauit, idque in jure legitimâ inuitandi formulâ, judicibus per tranſuerſum judicium operam dantibus. In quinto autem judicio confirmatores jurantibus adeſſe debebant, illique (e) poſt hos jusjurandum dicere. (f) Mördus teſtibus nominatis, *Vos anteſlor,* (inquit,) *quod ego jusjurandum in quinto judicio ſolitum*

 dico:

(a) ſlægleikr.] C. G. M. ſlægð. F. ſlægdir, *quam conſtructionem nota.*

(æ) viti ſínv.] G. vitmunum. *ſed illud elegantius.*

(b) *Hìc mox idem ſine vllo lacunae veſtigio:* Mordr — beiddi dómendr at dæma ꝛc. *pag. Text. impr. 243. lin. 8. a fine.*

(c) lítit.] F. ekki, nihil.

(d) þá er þeir Mordr ok Aſgrímr komv.] C. M. Mú er þar til máls at taka er Mordr er. at þá er þeir komv, Iam ſermo repetendus eſt de Mördo, qui vbi cum ſuis ad &c.

(e) þá.] lid. ok, quoque.

(f) Mordr — úlaga, *in poſteriore jurandi formula.*] F. *breuiter,* Síðan vann hann eið þann ſem í ſimtardómi ſkylldu vera. þá ſvóru þeir ſaunnunar eið Mardar. ſva ſem laug badu. Deinde jusjurandum, quod in judicio quinto praeſtari debuit, dicebat. tum & confirmatores Mördi jusjurandum confirmationis dabant, vt leges jubent.

A. C. *dico: Deum obſecro ita me amet in* (g) *hac & altera luce* (*vita*); (h) *vt ego*
1012. (i) *hanc cauſam quàm ſcio rectiſſimè, veriſſimè, ac legi conuenientiſſimè agam; (vt) Floſium etiam criminis objecti verè noxium arbitror, quatenus* (k) *argumentum* (l) *illius rei* (m) *exſtat: vtque* (n) *ego neque delatâ pecunia hoc* (o) *judicium corrupi,* (p) *neque* (q) *deferendâ corrumpam;* (r) *neque pecuniam inueni, neque inueniam, neque juris* (*obtinendi*) *neque calumniae cauſa.* Tum (s) confirma-
P. 242. tores Mördi duo in jus adeunt, & nuncupatis teſtibus, *Conteſtamur* (ajunt) *quod nos jusjurandum,* (t) *libro tactô, legitimum dicimus: Deum obteſtamur ita nos amet in hac & altera luce, vti nos periculô exiſtimationis noſtrae arbitramur Mördum* (u) *honeſte cauſam quàm ſciat rectiſſimè, veriſſime ac legi conuenientiſſimè actarum;* (v) *neque pecuniâ delata ob adpotationem hoc judicium violâſſe,* (x) *neque* (*pretium cuiquam*) *oblaturum, neque pecuniam inueniſſe, neque inuenturum eſſe, neque juris neque calumniae cauſa.* Hac de actione vicinis loci comitialis IX. teſtimonium denuntiauerat Mördus: dein adhibitis teſtibus, eas IV. cauſas, quas in Floſium & Eyiolfum inſtituerat, orauit, (y)

omnia

(g) þvíſa] D. E. Chh. þeſſu, id.

(h) at.] C. ok at.

(i) þeſſa.] C. M. mína, meam.

(k) eſni] Q. eſt, ſi de eo dubitatur.

(l) á þvi.] C. M. at þvi.

(m) er.] C. E. H. K. ero, (argumenta) — exſtant.

(n) þeſka.] D. E. Chh. þeſi eigi.

(o) til lids (lidveitſlu) mer, ob patrocinium mihi exhibendum, *inſeruns* C. M. *poſt* þenna.

(p) mvnka.] E. P. muna. *caeteri* Chh. mun (mundi) eigi.

(q) bera.] C. M. bióda, offerenda.

(r) ek þeſka ſe fyndit ok ek mvnka.] Chh. þó ek hefdi (ſe fundit, ſe til) ok ek mundi; quamquam pecuniam inuenissem (ad id haberem), aut inuenirem, *malè.*

(s) Savnvvnarmenn.] C. M. Samnaðarmenn, id. *quemadmodum & vocantur in Gràgàs.* E. P. *tantum*, menn.

(t) at bóc.] E. P. á bóc, ex libro.

(u) þeſſa.] C. M. ſína, ſuam.

(v) hefrat.] D. *hic & infra*, hefſat. Chh. hefdi eigi.

(x) mvnkat.] Chh. mundi eigi.

(y) ok hafdi — árbakka, *neſcii* F.

omnia illa verba in enarrandis, quae in intendendis criminibus ſuis adhibuerat, proferens: hasque (z) relegationis cauſas, ita ſe habentes, vti in citatione dixerat, in judicio quinto enarrauit. Tum, nuncupatis teſtibus, illos IX. colonos in ripa amnica occidentem verſus ſedere juſſit: rurſusque anteſtatus, Floſium & Eyiolfum inuitauit ad rejiciendum cognitores, qui ad eos rejiciendum aggreſſi diſpiciebant, (a) nec vnum quidem reprobare poterant, ſed re infecta diſcedentes animô acquieſcebant iniquiſſimô. Hic Mördus inclamatis teſtibus, colonos, quos modò euocauerat, teſtimonium dicere juſſit, idque vel ſecundum reos vel contra illos. Mox coloni a Mördo citati in jus eunt, vnus teſtimonium profatur, caeteri omnes iisdem verbis (æ) concinunt: (hi verò vniuerſi (b) jusjurandum in quinto judicio receptum dederant.) contraque Floſium teſtificantes, eum verè noxium adſeuerant: & hujusmodi (c) teſtimonium in quinto judicio ſuper (d) ejusdem hominis capite, quô ſuper Mördus cauſam expoſuerat, ferebant. dein omnia (e) iſta, quae perhibere debebant, teſtimonia dixerunt de qualibet cauſa: quae res adeò legitimè (f) procedebat, vt Eyiolfus Bölverki filius & Floſius, occaſioni quamuis imminentes refellendi, nihil refutare poſſent. Mördus Valgardi filius teſtibus etiam compellatis, (g) *Anteſtor*, (inquit,) *quod hi IX. coloni, quos de criminibus in Floſium Thordi filium & Eyiolfum Bölverki filium oratis* (h) *euocaui*,

A. C. 1012.

(z) ſiorbaugsſakir.] *Ita* C. & M. *at caeteri omnes vitioſe* ſiórdúngsſakir.

(a) hvergi rengdan.] F. ekki at giort at rengia qvidinn, id.

(æ) gvllðv ſamqvæði.] Id. ſamþykku.

(b) vnnit ſimtardóms eid.] Id. ſimtarſtefnu dóms eid. *corrupte. ſed* D. E. Chh. *omittunt* vnnit.

(c) fram qvidinn.] H. ſr. búa qvid fram, (ikki) ix. ſvócati teſtim.

(d) þeim manni.] E. P. Jóni, *Iohannis.*

(e) þeſſa.] C. F. M. þá.

(f) frami.] C. M. af hendi.

(g) neſni ek — fram vorv komin.] F. *tantum*, at búarnir hauſdu borit á þá qvidinn, ok þá ſanna at ſaukum. euocatos contra reos teſtimonium tuliſſe, hosque verè noxios adfirmaſſe teſtificatus eſt.

(h) qvadda.] H. I. K. L. N. O. Q. S. neſuda.

A. C. 1012. p. 244. quippe cum ſententiam de lite Mördus praematurè poſtularit: illi VI. judices nominatim excipere debent; deinde nos, vt alteros VI. deuocemus, teſtibus adhibitis inuitare; at hoc non faciemus: nam ſic ipſi eosdem VI. judices nominatim rejicere debent, ſed id negligent, itàque ſua cauſa, modò in hoc offenderint, (v) peremta omninò eſt, quia tribus admodum dodecadibus ferre ſententiam licet. Ad haec Floſius: Tu verò, Eyiolfe, homo ſapiens es, adeo vt pauculos te credam ſuperaturos. Mördus Valgardi filius teſtes vocat, &, *Vos conteſtor*, ait, *quod ego hos VI. judices rejicio*, nominaque ſingulorum eloquebatur: *vos* (*judices!*) (x) *confidere caeteris judicibus nolo, vosque nominatim ex ipſo jure comitiali ciuilique lege judicio denoco.* (y) Mox Eyiolfum & Floſium, teſtibus vſurpatis, vt alteros VI. judices nuncupatim exciperent, inuitauit; hos verò illi deuocare nolebant: (z) tumque Mördus judicari litem fecit. Atque hac deciſâ, Eyiolfus, nominatis teſtibus, *ſententiam judicum omnemque actionem irritam* pronuntiauit, *cauſam* (a) *adferens, quod* (æ) *ſeſquiquarta dodecas judicáſſent, vbi ternis admodum dodecadibus ſententiam dicere licuiſſet.* Nunc igitur nos (ait) cauſſas noſtras (b) in quinto judicio agamus, aduerſariosque reos efficiamus. Tum Gizurr *Albus* Mördo Valgardi filio: Tu verò (c) plurimum deliquiſti, (d) errorem in hac re faciendo; quod quidem magnum eſt (e) infortunium, jam verò, inquit, Aſgrime nepos, quid conſilii capiendum eſt? Hic reſpondit: Nunc mittamus ad filium meum Thorhallum, &, quid ille (f) nobis conſilii ſufficiat, videamus.

CAP.

(v) únyt.] G. unnit, victa.
(x) at ſitia.] C. G. M. ſetu.
(y) eſtir þat — or uefna, *neſcit* F.
(z) þá.] C. þó, tamen.
(a) til.] E. P. til þeſs, ejus rei adf.
(æ) *Hic deeſt unum folium in* F.
(b) á þá, in eos, *inſer.* C. G. M.
(c) allmiſk.] E. P. allilla, quam mal.
(d) ſagdi han, inquit, *add.* C. G. M.
(e) úgæfa.] Iid. ógipta.
(f) leggr til ráds med oſs.] Iid. vil (vill C. M.) oſs til ráds leggia, nobis conſ. ſuggerere velit.

CAP. CXLVI.

A. C. 1012.

Pugna in Comitiis vniuerſalibus.

(g) Cognitô jam quò loci res eſſet perducta, Snorrius Pontifex cateruam ſuam infra (h) Algmannagiam, hanc inter (i) & (tabernaculum) Hlądbudam, diſponere, ſuosque praemonere ipſis porrò facienda, coepit. (k) Interim curſor ad Thorhallum Aſgrimi filium veniens denuntiat, eò nunc eſſe ventum, vt Mördus Valgardi filius ſociique omnes rei ſint peragendi; accuſationem verò homicidii (l) peremtam eſſe. Quâ re auditâ Thorhallus adeo commouebatur, vt (m) vocem non emoliri poſſet vllam. tum verò (n) ſtratis exſiliens, haſtam a Skarphedine acceptam (o) corripit vtraque manu, & per tibiam adigit ſibi: haeſit ſpiculo caro & (p) *clauus* ipſe *dolorificus* (collectio puris), quippe vomicam in pede reſcidit; vis autem ſanguinis tanta (q) ac tabi flumen promanauerunt, vt in modum riui per pauimentum (r) caderent. Mox e tabernaculo egreſſus, ne claudicans quidem, adeò grandi gradu iuit, p. 245. vt ſubſequi eum (s) nuntius nequiret: protinusque ita contendit, dum ad

(g) *Caput ſic incipit in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka at Snorri goði ſpyrr ꝛc. (at Sn. er goði (er Sn. g. er) at han fylkir liði fyrir ꝛc. C. M.) Hìc ſermo ea de re inſtituendus, quod Sn. Pont. cognitô &c. (quae ad Snorrium pontificem pertinet: is ſcilicet caterv. hominum infra &c.

(h) — giá.] *Omnes praeter* A & D. — giá.

(i) of, *excludit* O.

(k) Nú er frá því at ſegia at, Iam verò dicendum, quod, *praeponunt* C. G. M.

(l) eytt.] G. P. E. ónytt (ónutt). *Mox addit* P. allum, omninò.

(m) eigi orði vppkoma.] C. G. M. ekki orð mæla, nullum verbum eloqui.

(n) rúminv.] G. ſænginni.

(o) þreif.] C. G. M. greip.

(p) kveiſv naglinn.] G. kviſu naglinn.

(q) fellr of vagfollin.] E. P. fell vagfollum, flumine tabi mixta profluit, — caderet. G. ſtóð út úr fætinum, ex pede exſtitit (effluxit).

(r) fell.] E. P. rann, decurreret.

(s) ſendimaðrinn ſeck.] lid. menn fengu, homines nequirent.

A. C. filius interuenit, vbi aduerſum ſtetit Biarnius Broddhelgio natus, haſtaque humi
1012. excepta petiit eum; quae in ſcutum impulſa, niſi Biarnius hoc (l) ab ſe remouiſſet, ipſum continuò transverberâſſet. hic viciſſim ictum Kario intentauit, pedem ejus deſtinans: ictus autem, quod Karius, (m) ſummoto pede, ſe calce vnico inſiſtens auerteret, in vanum labitur. (n) ſubinde (Karius) enſem in Biarnium vibrat: ecce homo quidam prouolans (o) ei clypeum praetendit, quem (clypeum) ad imum dirupit Karius, femurque perſtringens mucro, totum pedem deorſum ita (p) proſcindebat, vt idem homo, ſimul collapſus, nunquam integer euaderet, quoad vixit. Tum Karius haſtam ambabus manibus prehendit, & ad Biarnium (q) conuerſus, dirigit in eum. hic autem, nihil aliud reliqui ſibi videns, quam vt obliquè (r) projieeret ſe humi, ſic petitionem declinauit; atque, vt in pedes erigebatur, ſimul retroceſſit. Interim Thorgeir Skorargeirr (s) & Gizurr *Albus* ibi impetierunt, vbi (t) Holmſteinn (u) Spakberſii & Thorkell Geiteris filius aderant; quorum congreſſus ita euaſit, vt (v) Holmſteinn & ſui retroagerentur, cateruâ Gudmundi *Potentis* magno eis conuicio inclamante. (x) Thorvalldus Tiörfii filius a Lioſavatno vulnus accepit luculentum tranſixo haſtâ brachio ſuo, quae ab Halldore filio Gudmundi *Potentis* jacta credebatur: eamque plagam (Thorvalldus) nunquam, per

(l) niðr, deorſum, *inferit* G.

(m) kipti.] G. brá við, id.

(n) þegar til hans.] E. P. á móti, viciſſim — gladium vibr.

(o) ok ſkaut ſkiǫldi fyrir Biarna.] C. G. M. með ſkiǫldr fyrir hann.

(p) reiſt.] E. P. reif, lacerauit.

(q) með, cum ea, *addit* C.

(r) hann let fallaz.] G. fallaz, procumbere.

(s) ok G. hviti ſóttv.] C. E. G. M. ſótti, impetebat.

(r) Hólmſteinn.] E. P. Ketill.

(u) Spakberſaſ.] Iid. G. Spakbarðarſ. *neutri, vt arbitror, bene.*

(v) Hólmſteinn hrokkv.] E. P. fuere, hi ſe in fugam verterent.

(x) Þórvaldr.] C. E. G. M. P. Þórvarðr. *Hic autem nepos erat Thorgeiri Pontificis.*

per totam inde aetatem, reſarciuerat. Tum quam denſiſſimus fieri congreſſus: caeterùm, vtut hìc nonnulla (quae ibi accidebant) prodita memoriae ſint euenta, multò tamen plura ſunt ea, de (y) quibus (z) nihil (certi) fando acceptum eſt. Praeceperat ſuis Floſius, vt praeſidium loci in Almannagia, ſi perturbarentur, peterent; hìc enim nonniſi ab vnica parte (a) impugnari poterat. Iam autem cohors, quam Hallus ab Sida & filius Liotus habuêre, propter impetum (æ) Aſgrimi filiique hujus Thorhalli praeliô abſceſſerant, perque orientalem ripam Öxarae deſcendebant; cum Hallus infit: Magnum hìc malum accidit, cum tota Comitiorum vniuerſitas arma confert. velim, mi fili Liote, nobis vt auxilium petamus, &, licet id nobis ignominiae vertatur a quibusdam, pugnantes dirimamus. ſubſiſte tu igitur ad pontis extremitatem, ſed ego tabernacula intrabo, (b) & ſubſidium mihi petam (c). Liotus reſpondet: Quod ſi Floſium & ſuos opis noſtrorum hominum indigere ſentio, ſimul ego cum his vnà ſuccurram. Hoc tu prout libet (d) facies, inquit Hallus, ego verò (e) te poſtulo me vt maneas. Iamque (f) fugam (g) manus Floſii petere, vniuerſique (h) trans Öxaram faceſſere ad orientem, p. 247.

A. C. 1012.

(y) er.] E. at, id.

(z) avngar ſráſagnir.] P. augva ſráſagn.

(a) at.] G. at honom, ipſe.

(æ) hafdv harvat — heirra fedga.] O. hafdi ꝛc. *ſingulari.* C. G. M. var haurfadr — manna, ſociorum Aſgr. & Thorh. — abſceſſerat. *Sed notanda rariſſima illa in textu conſtructio*, ſiokkr ſá — hafdv, *quemadmodum in* Skálda, Herr búaſt hvarir til ſnerrv, Exercitus vterque ſe comparant *ad praelium: quam tamen auctor* Synthefin *in lingua Norvegica rariorem obſervat.*

(b) ok bidia mer lids.] C. G. M. at ſá mer lids (lid), ſubſ. mihi quaeſitum.

(c) þá mun ek þegar til fara (koma) at ſtilia þá, moxque adibo (adueniam) ad dirimendum pugnantes. *addunt* E. P.

(d) mvntv.] G. máttu, facias licet.

(e) bidia vil ek þik.] E. P. villda ek, vellem — maneres.

(f) breſtr flótti.] C. G. er þar til máls at taka at flótti braſt, id narrandum venit, quod fug. &c.

(g) lidi.] K. L. S. lid.

(h) avſtr yfir.] C. M. G. veſtr um (med) — (ſecundum Öx.) — contra occi-

den-

A. C. 1012. Aſgrimo & Gizure *Albo* cum toto agmine inſequentibus, (i) concedunt Floſiani (k) amnem inter & (tabernaculum) Virkisbudam: eô autem loco Snorrius *Pontifex* cateruam ſuam in praeſidium diſpoſuerat adeò confertim, nulli vt eâ quirent peruadere. Tunc Floſium Pontifex inclamauit (hoc modô): Qui vos adeò citatim ruitis? aut (l) qui premunt vos? Floſius reſpondet: Non eò tu hac de re quaeris, (m) quia non ante reſcias. (n) quis verò in cauſa eſt, quamobrem nos (o) petendo in Almannagia (p) propugnaculo intercludamus? (q) Non ego ſum in cauſa, regerit Snorrius; illud autem ſcire me fateor, qui ſint auctores, &, ſi cupis, indicabo tibi (r): auctores igitur ſunt Thorvalldus Kroppinſkeggius & Kolus. Hi autem, jam tum occiſi ambo, homines fuerant (s) in manu Floſiana ſceleſtiſſimi. (t) E contrario ſuis loquebatur Snorrius: Nunc vos (u) vtrumque facite, vt (gladiis) caedatis hos & (haſtis) fodiatis, atque hinc eos pellite; ſic parum temporis conſiſtent hoc in loco,

---

dentem. || *Omninò rectius* veſtr; *nam ad jurisdicundi rupem orientem verſus coepta eſt fuga Floſianorum; atque ab occidente amnis ſita eſt Almannagià, vbi Floſius praeſidium petere cogitauerat. confer pag. Text.* 248. *lin.* 10. G. Pauli.

(i) tveir menn voru í þeſſum ſviſum drepnir af Floſa, Interea loci duo ex Floſianis occiduntur. *inſer.* C. G. M.

(k) vſan á milli árinnar of virkisbúdar.] Iid. nedan milli (nordr millum G.) Virkisbúdar of Hladbúdar, ſurſum (boream verſus) inter tabernacula Virkisbud & Hladbud. E. P. vndan med Virkisbud, propter tabernaculum V.

(l) hverir ellta.] C. G. M. hverr elltir, quiſnam premit.

(m) er.] Chh at.

(n) hvarr veldr því.] Iid. hvat, quid. C. E. G. M. P. hvert veldr þú þá, Tune in cauſa es.

(o) ſækia.] E. Chh. ná, capiendo.

(p) ſem ver hofum hugat, quemadmodum in animo inſtituimus, *addit G.*

(q) Eigi veldr ek því.] D. *elegantur*, Engi veldr ꝛc. Nullus ego. C. M. Eigi veit ek þat, Hoc ego neſcio.

(r) úſregit, vltrò, *addit G.*

(s) í liði Floſa, *ignorant C. G. M.*

(t) í annan ſtad.] G. í annat ſinn. E. P. þá, tum ſuis &c.

(u) hvartveggia.] C. G. M hædi.

loco, (v) ſi etiam infra ab aduerſariis vrgentur. (x) tunc autem vos ne A. C. 1012.
inſectaminor, ſed (y) facite ipſos (vtrosque) inuicem contendere. (z) Thor-
ſteinn Holmudus, vti ſuprà eſt demonſtratum, filius (a) Skaptii Thoroddi
filii vna cum ſocero Gudmundo *Potenti* pugnae interfuit: quod ſimul ac
inueniebat Skaptius, ad tabernaculum Snorrii *Pontificis* graditur, (æ) auxilium
ad diſcernendum certamen ſibi peiturus, vbi verò (b) tantum non ad oſtium
tabernaculi aderat Snorriani, praelio tum quam vehementiſſimo, Aſgrimus
ac ſui eò adſcendêre, patrique Thorhallus ita fatus eſt: Ecce illic, mi pater,
Skaptius Thoroddi filius. & Aſgrimus, (c) Video, mi gnate, inquit. pilumque
mox in Skaptium conjecit: quô ſurae infra ipſam pulpam impactô, & per
vtrumque pedem ita (d) penetrante, Skaptius ictu corruit, neque ſe attollere
potuit a caſu: (e) qui autem praeſtò erant, nihil aliud quod conſilii caperent
inuenerunt, quam vt Skaptium in (f) tabernam ſaniatoris cujusdam pronum
trahe-

(v) ef.] C. M. er, quando.

(x) ſtöld þer.] E. P. en ekki ſkulu ver, at porrò nihil inſequamur.

(y) látá.] C. látid. E. P. látum, faciamus.

(z) Son — var í — goda.] C. M. Skapta Þóroddſyni var ſagt at Þorſteinn Holmudr ſon hans var ꝛc. Nuntiatum eſt Skaptio Th. filio, filium ejus Thorſteinem Holmudum vnà — intereſſe &c. E. P. Skapti Þóroddſſon ſór til búdar Sn. goda þegar hann viſſi at Þorſteinn Holm. ſon hans var í, Skaptius Th. filius adiit tabern. Sn. Pont. ſimul ac filium ſuum Thorſteinem Holm. vna — intereſſe cognouerat.

(æ) Skeggia.] *Repone* Skapta.

(x) ſer lids at ſtilia þá.] C. M. Snorre at hann gengi til at ſk. þá med honom, a Snorrio peiturus, vt ſecum accederet ac dirimendum pugnantes.

(b) eigi allt — búdardyrunum.] E. P. miſt — búdinni, poenè ad tabernaculum.

(c) mælti. ſe ek þat frændi. ſkaut hann þá.] C. G. M. ſer þat. ok ſkytr þegar, id conſpicatus, haſtam illico in Sk. conjicit.

(d) kom, *addunt* C. M. ſtód, G. ſtó, peruolante, E. P. *ante* ſua.

(e) eina ráds tekit er hiá.] E. P. eitt ráð er vid, — id unicum conſilium repererunt.

(f) búd ſverdſkrida nokkvrs.] K. L. búd nockra, tabern. aliquam. E. P. búdina, tabernaculum (Snorrii ſc.).

A. C. traherent. Tum Aſgrimus & ſocii tam acriter inſtiterunt, vt Floſiani, prop-
1012. ter amnem contra meridiem pulſi, ad tabernaculum cederent Mödruvallenſium. Hac in parte ad tabernam quandam homo conſtitutus, nomine Sölvius, qui cibum magno in lebete coxerat, ac jam tum (g) extraxerat è lebete; feruor autem juris quam vehementiſſimus erat. hic forte conſpicatus, vbi fugam maturauerunt Oſtfiördenſes, jam e regione illius peniſſimè progreſſi; Adeone, inquit, hi omnes animô imbelles ſunt, qui hac fugiunt, Oſtfiördenſes? & (h)
p. 248. greſſum corripit vel ipſe Thorkell Geiteris filius; atque adeò quam mirum eſt mendacium, quod eum plurimi (i) nihil eſſe niſi animum dicunt; nam ipſo (k) ocius nunc decurrit nemo. Hallbiörn *Robuſtus*, eòdem forte appropinquans, ſuſcipit: Non praedicabis, faxo, effoeminatos eſſe nos omnes. hominemque corripit, & continuò ſublimatum in lebetem coquinarium capite mittit: ſimulque Sölvius exſpirauit. (l) Tunc & ipſe Hallbiörn adeò premebatur, vt (m) ſe in fugam vertere cogeretur. Floſius pilum in (n) Brunium Haſlidii filium torſit, idque in medium hominem veniens necem ei intulit. is erat ex manu Gudmundi *Potentis*. Retractum ex vulnere pilum Thorſteinn Hlennii filius in Floſium retorſit; quô pedi illapſô (o) magnam hic plagam accepit, ſimulque procumbebat; ſed e veſtigio reſurgens, cum ſuis tabernaculum Vatzfiör-

(g) fært.] E. P. færdan matinn. || or katlinvm *ignorant* C. M.

(h) renn.] *Omnes praeter* A. & D. reunr.

(i) ſegia hann hvg einn.] C. G. M. haſa hat þó ſagt at han ſe ekki nema hugrinn einn, tamen nil — dixerunt. E. P. ſegia alldiarfan, magnopere audacem dic.

(k) harbara.] E. P. meirr.

(l) var þá ok — at flyia.] Iid. en Hallbiorn flúdi þegar med ſinum mønnum, ipſe verò Hallb. ſtatim cum ſuis fugam maturauit.

(m) vndan at flyia.] C. M. vnd. at leita. G. — láta, cedere.

(n) Brúna Haſlidaſonar.] E. P. Haſlidaſonar er Brúni het, filium Haſl. qui Brunius nomine fuit. *Inſolens verborum poſitus.*

(o) mikt, valde, *addunt* C. G. M.

Vatzfiördenſium fugâ petiit. Interim Hallus & Liotus cum (p) omni caterua A. C.
ſua tranſgreſſi amnem ab oriente quum jam in *ſaxetum* peruenisſent, tum pilô 1012.
ex caterua Gudmundi *Potentis* emiſſô Liotus medio corpore trajicitur, ac ſimul animâ deſtitutus, concidit; nunquam manifeſto ejus homicidii patratore. Floſianis inde ſupra tabernaculum Vatzfiördenſium concedentibus, Thorgeirr Skorargeirr Karlo loquitur: En illic Eyiolfus Bölverki filius, (q) ſi tu ei gratiam vis de (accepta) armillâ reddere. Hoc non alienum cenſeo, ait Karius (r): eripitque haſtam cuidam, & in Eyiolfum conjicit; ea medium in corpus hominis veniens, id (s) tranſuerberauit, illeque ad terram prolapſus continuò exſtinguebatur. Tunc praeliô aliquantum langueſcente, Snorrius *Pontifex* ſua cum caterua interuenit, ſeque jam illi Skaptius aggregauerat; iique pugnantibus ita intercurrunt, vt non eſſet facultas confligendi. (t) tum etiam Hallus illis ſe adjungens, dirimere pugnam ſatagit. ita induciae conſtituuntur, (u) per reliquum comitiorum ſeruandae. Deinde cadauera ad ſepulturam compoſita, & ad templum elata; obligataque vulnera ſauciorum. Poſterâ die conuentum ad *jurisdicundi rupem* erat, cum Hallus ab Sida ſurgit, ac ſilentiô poſtulatô impetratôque ſimul, ita eſt orſus: Hîc expetiuerunt (v) graues caſus in mortalitatibus hominum (x) litibusque. ego (y) etiam nunc,

(p) ſinn allan.] E. P. mikinn, ingenti.

(q) ef þú villt launa honom hringinn.] C. G. M. Kári. ſagdi han. launa þú honom nú hringinn, Kari! inquit, nunc tu — redde. || F. *tantum*, med rángindin, cum iniquitatibus ſuis.

(r) at launa honum tillaugur ok ſá honom raudan kyrtil, vt ei gratia de ſuggeſtionibus ſuis referatur, & rubrae dentur exuuiae. *addit* F.

(s) gekk.] E. P. fló, peruolauit.

(t) gekk þá í lid med þeim.] Iid. var þá ok til kominn, tunc etiam H. interuenerat, (&).

(u) ok ſkylldv þav halldaz vm þingit.] C. E. R. M. P. fyrſt vm þingit.

(v) hardir atbvrdir.] E. P. hørd tídindi, grauia euenta.

(x) málaſóknvm] Chh. málaferlum.

(y) enn.] C. M. nú, nunc. F. jafnan, ſemper.

A. C. 1012.

Thoraci' tritor, petieras tentorium
Mollis rubente barbulâ.
(f).
(g) Vbi editores caedium defecerat
Cupido pugnam rumpere,

(Parum

---

priè velamentum, ↄ: ſcutum) *apud Albipolim. Sic verò* hagl *ſemiplena modò telorum miſſilium denominatio, nonnihil fortè adjuta epitheto* ſkarpt, aſpera. 2) *hunc in modum,* Skeglar hagl — á ſkyium; *cum &* hagl, *adjecto bellonae nomine, juſta euadit.* telorum *ſ.* haſtarum *appellatio: &* ſkyr (*non autem* ſky) *vocabulum* ſcuti *appellatiuum eſt, quod etiam Edda praefert in nomenclaturis clypeorum. vtrumlibet praeferas, ego ſanè poſteriorem.* 3) Hellt *aequè ſecunda vt tertia perſona praeteriti, adeòque in priori conueniendus exponitur: de adjectiuo autem* blaudr *non contendo, vtrum ſit nominatiui, an vocatiui caſus.* 4) Hiallta tungr *ſ. linguae capulorum* gladii *ſunt. Sed adjectio* há *G. Pauli denotat* hátt reidd (ſverd) ↄ: altum eleuati. *Ego tantum aduerbiô, vt eſt,* reddidi; *quò ad vtrumque,* túngr *&* ſúngv, *referri poſſit, vt etiam poteſt.*

(f) Kári qvad víſu odra, K. alterum cecinit carmen. *inſerunt* C. G. M.

(g) *Ordinem verborum in hoc carmine talem recepi:* Margt *α)* 1) vard Skapta at 2) hapti, þá er víga niordvm *β)* 3) þraut 4) vilia *γ)* at ſkilia. lítt 5) gekk 6) ſtálld *δ)* fyrir 7) ſkialldv. 8) er 9) matſiódar drógv 10) málmrógs 11) móda *ε)* 12) flatan inn í búd at 13) trúdvm *ζ).* 14) ſlíkt 15) er allt af ædru *η).*

1) Vard þá er, *ex C. & M. expreſſi; pro quo caeteri praeferunt* varda ek: *quod quanquam ſenſum duarum primarum ſtropharum ſatis commodum, nec jejunum parit, nimirum,* Ego prohibui pugnatoribus (*viris*) voluntatem diſcrimen (*pugnam*) dirimendi? *vel ſi mauis,* Prohibui homines pugnam dirimere? voluntas defecit *eos. vel denique,* Prohibui pugnam dirimi? voluntas homines defecit: *tamen in explicandis duabus ſequentibus ſtrophis magnam exhibet difficultatem, cum aut verbum* gekk *ad vtrumque.* ſtálld *&* margt *referatur, aut* þá at hapti *pro verbo capiatur, ſit neceſſe, quod an procedat, dubito.* || O. *primam ſtrophim ſic, at perperam, habet:* Verda kann víg á morgum, Fieri poteſt caedes in multis (ↄ: multorum hominum). 2) N. hepti, *eodem ſenſu, at inuito metro. caeterum illud verbum eſt.* || E. K. P. happi, feliciter euenerunt, *per ironiam. vel,* lítt margt at happi, parum multa (*pauca*) feliciter euenêre.

3)

(Parum eſt poëta ſcuto abuſus.) Skaptium — A. C.
Non pauca praepediuerant: — 1012.
Lixae [virum] cum ſtrenuum in calumnia
Ferri ſupinum traxerint

rátt, litigium, jurgium, *quod poteſt in diſpoſitione ſub n.* 1.) N. vilie. *inſolentiori conſtruc-* D. I. gegg, id. 6) P. ſkáll, id. H. L. N. Q. S. ſkadd, laeſio, ti illatio, O. ſkapt, haſtile: *viri-* ram. 7) O. ſkiſlldum: *quod hunc* nuolue:. Parum promouit poëta) clypeos ɔ: *Non ego auctor fui ſigna. infeſta. at hoc non verum* . p. 538. 8) F. þa er, id. 9) r *ex* C. G. M. *recepi.* E. Chh. A. D. matt ſióda, *quod ſine dubio* matſióda, *de qua vide mox n.* 11. P. *neglectâ conſonantiâ metrica,* s, metalli (*ferri*) tempeſtatis l. (ɔ: *pugnae*). 11) K. N. P. Q. *vnde ordo:* málmrógs meidar (ɔ: matſióda menn) commilito- cii lixarum; *vel,* matſióda meid- cibis coquendis operantur, ɔ: ſic málmrógs, in praelio. *vel* málmrógs meidar matſióðar, *per* rem, homines lixae. 12) F. ſiottan, m ſiáttan fugam *legendum, nam* s perit,) *quod accipi poteſt pro* proſtratum, reſupinatum, ſolo . 13) C. M. trúðar, *genit. ſing.* át trúðar, apud vappam, *i. e.* in taber- naculum vappae. *Hanc lectionem adpre- hendit* G. Pauli, *& vna voce legit* áttrúð- ar, *idque exponit* áti eðr mat at mannum troðanda, edulia ſ. cibum hominibus ob- trudentis ɔ: *coqui. Sed conf. nos.* ζ) *infra.* || P. ſúðum, impuros homines. *vulgatum* communicum. 14) Q. *propter conſonantiam metricam ſupponit:* Eða er ſlíkt af ædru, An verò iſta res a deſperatione profecta eſt? 15) F. var, erat.

α) *De hoc loquendi modo confer pag.* 22. *not.* α. β) Risrðu [*accuſativo*] *poſſit videri vſitatior conſtructio.* G. Pauli. γ) þravt vilia ꝛc.] *Propter feruorem pugnandi ſc.* Idem. δ) Gekk fyrir ſkiſlldv [*iuis poſt clypeos*] þro bar ſkiſlldv fyrir ſik [*praeſendit ſibi clypeos ſ. ſe iis protexit*] ɔ: non pepercit ſibi; *per Hypallagen.* Idem. *Hanc viri doctiſſ. explicationem ſequutus ſum, quamquam addubitem, an mentem poëtae in iſtis tenebris ſit nactus.* ε) Módi, *quid ſit, non exprimit* G. Pauli, *tantum dicens* málmrógs Móða *eſſe* viri *adpella- tionem.* Módi *adpellatur filius Thori in Edda, qui etiamſi non inter Aſos nume- retur, nomen tamen ejus, quemadmodum illorum, in denominationibus virorum me-*

taphe-

A. C. 1012. (Quae nata res est omnis a formidine.)
Vappas ad in tabernulam.
(h).
(i) Habuêre ludum concitores & jocum
Alcis marinae (Quam probè

---

saphoricis adhiberi posse non est vero dissimile. illud autem significare videtur animosum, *quod quidem hìc ironicè fuerit capiendum. Alias potest* móði *adjectivum esse, suppresso articulo* hinn (eun *l.* inn), fessum, fatigatum *l.* molestiâ adfectum *de pugna (nam* málmr *s. metallum pro* armis, *&* rógr *pro* sonitu *s.* strepitu *eorum posita sunt) denotans; vel quod filius Scaptii in praelio interfuit, vel quia ipse turbas & arma odio habebat.* ζ) *Occurrit vocabulum* trúðar *in Grágàs Tit. de homicid. ibique homines certae professionis denotat, idque tam humilis & contemtae, ut illis, quamuis cognitoribus, denuntiare testimonium in comitiis non licuerit, nihilo magis quam furoribus, famiatoribus & circulatoribus, quod ex his verbis,* ok skal eigi qveþia í sútara búðir, ne sverðstriða búðir, ne trúða, ne gaungumanna, *colligere datur. sed quinam isti homines fuerint, haud facile ad definiendum est: ex ipso vocabulo non absurdè statuerim* macellatores; *nam & zytopeptas in comitiis fuisse ex narratione de Thorhallo Ölkofra certum est. Iam verò non tam istud homunculorum genus poëtam hìc intelligi velle, qui idem pro famiarlis, ut ejusdum sceminibus, per Synecdochen posuisse, suprà dictum sit. Scaptium in ta famiatoris esse pertractum; aut g sensu homines nequam s.* vappas e *bulo designâsse reor.* η) *I. e. Haec sunt a metu ac desperatione de fi Thorsteine profecta, cujus causâ p dirimere voluisti.*

(h) Kári qvað ina þriðju vís tertium pronuntiavit carmen, *add* G. M.

(i) *Ordo verborum hoc in carmi ralis:* Grœdis elgs α) rennendr 1) at 2) gamni) brennv Miáls, Grí of Helga. 4) rett 5) vnnvt 6) þá 7 ar. Nú mvn 8) bavghuykkivndvm at loknv þingi þikkia 10) þióta veg í 11) liótt γ) 12) borgs 13) bisrgvm.

1) F. hafdu. 2) E. P. *metri idque rectè,* gafni, *id.* || N. gaumi, *i. e. procurabant incendium.* H. L. g *obscurè: fortè idem quod* gumsi, *s* ficationi. 3) O. at. *corrupte.* 4) C.

Tum conſulebatis, [boni] homines!) Nialis & Grimi, Helgiique incendium. Nunè, credo, *porci* foedi ericâ perſitae *Rupes* mouentibus [viris] A. C. 1012.

Petras

---

unu, injuſtè fecerunt. *Hîc iſta quis praeſumſit, ſi Diis placet.* i. 5) Q. renna. *quod hunc ſenſum* Adeò condignè (de juſta cauſa) *(fugerunt, vel etiam* fugarunt) (*eos*). *vel*, adeo juſta de cauſa us nos (*de incendio*). 6) G. þat, i in re. 7) O. runnu, *obſcure.* unar, (*o boni*) ſocii! *quae lectio, m deterior in metro, melior ſanè nſu. Alias* runi *l.* rúni porcum 8) C. M. baugs hnykkiandum,). af, de comitiis, cum finita *de iis rebus quae in comitiis eue.* 10) P. þrióta. *lectio vitioſa, quae ic vuls*: Nunc videbitur incolis i alio modo *finiri* (haec cauſa). liót, id. *vel ſi aduerbium capias,* clarè. 12) G. baurgs, id. || rgine, bergs, petrae (praeruptae). , annuli. *vtriquè perperam.* 13) , O. líng, *obſcurè & vitioſè.* cædis elgr, unuis, *quam qui curunt*, viri. β) *Hîc non minus s fuerit* baug pro ſcuto, *quam capere, reſpectu variarum contor- jactationum)*: *tamen* vncus aut licitur hnocki; *neque armillo indi corpo poterat, niſi aliquo inbdo fibularetur, aut obſeruaretur.* G. Pauli. γ) *Paullò aliter diſpoſuit haec idem vir doctiſſ., nimirum,* liótz lyngs borgs biargvm; *eòque haec adnotauit:* borg *eſt rupes, petra, arx, ſaxum; neque minus* murus, vallum: *atque his quidem ſimiliores ſunt cautes in loco comitiali; vbi nec erica deeſt, neque muſcus; plusque iſte locus celebris eſt famâ, quam amoenitate praeditus; erica enim ad ſiluam injucunda (inamoena) eſt. Adeò ille ſic intelligit: Nunc videbuntur aliter reſonare* deformi erica conſitae valle conſimiles rupes (*in loco poſitae comitiali*). *Verùm hîc notandum,* borg *tantum eſſe generis foeminini, adeoque nunquam in genitiuo habere poſſe* borgs, *ſed nihil aliud quam* borgar. *vnde iſta explicatio prorſus concidit. Hîc ſanè genitiuus* borgs *a nominatiuo* borgr (borgr *ſ.* baurgr), porcus, *deſcendit, quod vocabulum Edda in his praefert:* Ridr á borg til borgar, *Equitat in* porco *ad orcem (vrbem), Heimdallus ſc. qui apro* Gullinburſta *dicto vehebatur. Item* Hryggiarſtycki *in narratione de Sneglo-Hallio, qui, cum ei rex Haralldus Sigurdi f. porcellum aſſum de menſa ſua transmiſerat, ita cecinit:*

Riordr

A. C. Pelta videbuntur, comitiis tranſitis,
1012. Sonare diuerſo modo.

Hinc magni exſtiterunt cachinni: Snorriusque *Pontifex* arridens (k) hoc (hemiſtichium), (l) multis auſcultantibus, (m) cantillauit:

p. 250. 1) Pulchrè ſcit arma Skaptius dijungere.
Aſgrimus haſtam jecerat.
Holmſteinus 2) in fugam ire non vult. praelium
Thorkellus (n) inuitus 3) facit.

Tum

Niordr ſer baurg á bordi
Bauglands ſyrir ſer ſtanda

I. e. Niördus clypei (vir) videt porcum *in menſa ſibi antepoſitum. Hinc per* borgs biorg, *ſ. porci rupes l. montes, nihil aliud eſt intelligendum, quam* Svínafell. *Hoc autem nomen accipi poteſt vel pro ipſa* villa & domeſticis *Svinafellianis, vel propriè pro* monte, *cui adpoſita eſt, & a quo nomen trahit villa: & ſic iſta,* þióta annan veg ſ, *vel de garrulitate hominum ſ. incendiariorum Svinafelli congregatorum; quam in poſterum minorem atque antea fore poëta credat hominibus viſum iri: aut forte de illorum poſt clades factaque damna lamentationibus, capienda. vel pro* echo *rupium in monte, quâ nunc vocibus incolarum villae reſponſurae ſint. In caſu non adeò diſſimili, atque nunc Karius, aliquot ante annis cecinerat Grimus Droplögae filius ita:*

Nú tær Freyr at fari
(fregnek audſkata daudan)
fullar mars í fiallum
Fliótz annan veg þióta.

I. e. Nunc ait Freyrus equi maris (s. dominus nauis, vir) montes fluminis s. flumini *(Lagarflioto)* adjacentes *incepturos* alio modo reſonare, *(poſtquam) inaudiui diuitiarum largitorem (hominem) mortuum.*

(k) þetta.] G. ſtauku, hemiſtichium. & *mox poſt* ſer, *ſubjungit* þá var hlátr mikill. Hallr ꝛc.

(l) þó, tamen, *inſer.* C. M. *poſt* fra.

(m) qvad.] N. mællti, muſſauit.

(n) nauðigr.] F. digr, craſſus.

1) *Haec, propter multiplicem verbi* fialla *ſignificatum, etiam verti poſſunt, & id forsè non minus ſpecioſè*: Facilè poteſt Skaptius ſentire quod Aſgrimus haſtam jecerit, *non ſolum propter dolorem acceptae plagae, ſed etiam quod nunc ea de re ab Kario irridebatur". 2) Verum quidem, licet fugerit, aut fugere conatus ſit* [p. 540.]: *ſed cum ſine cunctatione operam ſuam Floſio promiſerat* [p. 469.], *tum auſus erat pilum in Karium jacere* [p. 539.]: G. Pauli. 3) *Hoc verò aperte falſum;*

non

Tum effusissimè risum est. Hallus Sidensis infit: Constat omnibus, quantum A. C.
ego (o) dolorem (p) ceperim (q) de obitu filii mei Lioti; eum non pauci 1012.
judicauerint omnium qui hìc (r) sunt desiderati, maximi aestumandum: eâ verò gratiâ, vt compositio fiat, omnem de filii mei morte satisfactionem recuso, ac tamen & fidem & pacem confirmatum ibo aduersariis meis. precor ego te, Snorri *Pontifex*, (s) aliosque viros optimates, vos (t) eò rem vt perducatis, vt confiat gratiae inter nos reditus. Postquam ille adsedit, magnâ secundaque acclamatione praedicabatur oratio ejus, omnesque miras benignitatis ejus laudes cecinerunt. Tum surrexit Snorrius *Pontifex*, longamque ac disertam habens orationem, ab Asgrimo (u) & caeteris earum partium principibus, (v) vti placarentur, petiit. Ad quae Asgrimus: Id verò ego tum cogitabam, quum Flosius me domi inuisebat, nunquam illi (x) placatum

(o) harm.] E. P. skada, damnum.

(p) bedit.] lid. C. G. M. fengit.

(q) vm lát Liótz sonar míns.] E. P. í dáudá Liótz ꝛc. in. C. G. L. M. F. at Liótr son minn er látinn (veginn), quod Liotus filius meus obiit (occisus est).

(r) hafa látiz.] E. P. hafa fallit, occiderunt. F. ero vegnir, sunt interfecti.

(s) abra.] lid. G. alla, omnes.

(t) komit hví til leidar.] E. P. leggit hug á, huc animum intendatis.

(u) ok Gizur hvíta, *inser.* C. R. M.

(v) at.] C. er, id.

(x) sættaz.] E. P. sætz getal, placari posse.

nem & hìc omnium celerrimè auxilium condixit Flosio [p. 472.], *& animi valdè confidens erat* [p. 489.]: *adeòque hic sine dubio* vegr *(caedit, pugnat) pro* vægir cedit, fugit, *falsò positum. Hìc autem nemo inuitus pugnauit, nisi forsè* Thorsteinn Holmudr [p. 501]; *cujus nomen aut cognomen si cui placuerit pro* Thorketill *reponere, tum benè consistit verbum* vegr; *neque ego hìc intercedo, cum & ad haec Snorrii verba risus denuò tollatur.* Idem. *Asqui cum Thorkell Geitisonius filiam Einaris Thveraënsis in matrimonio habebat (teste* Liósvetninga-saga), *& hic procul dubio nunc una cum fratre suo Gudmundo Potenti rem gerebat, ille verè dicitur inuitus pugnauisse, quatenus ab aduersa parte steterat: atque adeò hìc loci nullâ correctione opus.*

A. C. 1012. ifi me; nunc autem (y) precibus, Snorri *Pontifex*, tuis, aliorumque nobis amicorum reconciliabor. Itidem Thorleifus Krakus & Thorgrimus *Magnus* iri ſe pacificatum profeſſi, (z) fratrem Thorgeirem Skorargeirem ad compoſitionem omninò hortabantur: at ille refragans teſtificatur (a) Karium a ſe projectum iri nunquam. Excipit Gizurr *Albus*: Nunc ergo Floſius de ſua (æ) ſorte viderit, ſi (b) eo pacto decidere velit, quanquam nonnulli ſe ab compoſitione abſtrahant. libenter ſe tranſacturum Floſius adfirmat, eòque id ſarius duco, addit, quò pauciores bonos habeo aduerſos. Gudmundus *Potens* ſuſcipit: Ego polliceor de homicidiis, quae hìc in Comitiis facta ſunt, compenſationem pro (c) mea parte ſpondere ſtipulatâ manu, vt ne cauſa incendii cadat (d) irrita. vnum idemque Gizurr *Albus*, Hialltius Skeggii, Aſgrimus Ellidagrimi & Mördus Valgardi filius profeſſi. hoc modo conuenit pacificatio. tum res ad XII. virorum arbitrium ſtipulatis manibus miſſa. & praeerat negotio decidendi Snorrius *Pontifex*, conſultoresque illi caeteri (e) arbitri. Primùm homicidia inuicem aequiparata; quae verò ſuperfuerant, aere ſunt reſarcita: dein (f) etiam arbitrium de cauſa incendiaria latum: pro Niale triplum viri pretium, pro Bergthora duplum ſolueretur; nex Skarphedinis aequaret caedem Höſkulldi *Pontificis* Hvitaneſii; duplum pro vtroque (fratre) Grimo & Helgio, caeterà ſimplum pro quolibet aliorum, qui fuerant con-

cremati,

(y) ſættaz ſyrir — vina varra.] C. M. E. P. ſyrir — v. minna eigi vndan ſkeraz (at ſættaz), — (placari) non detrectabo. F. ſyrir — góðra manna vil ſættaſt, — placari volo.

(z) vil ſyſtv — ſættaz, *omitt.* E. P.

(a) vid Kára ſkylldv ſkiliaſt.] F. ſættaz ne ſkiliaz vid K. placatum ſe nunquam iri, neque Kar. &c.

(æ) ſoſt.] E. P. hlut.

(b) til þeſs.] C. F. M. vid þat, id. G. ſva at, ita —, vt (nonnulli).

(c) minum hluta.] E. P. ſuta minum.

(d) þar ſyrir, illorum nomine, *inferunt* C. M.

(e) giordarmen] C. E. R. L. M. P. góðir menn, boni viri.

(f) ſiðr.] E. P. þá, poſtea.

cremati, pretium hominis dependeretur. De interfectione Thordi Kario nati nihil est definitum. Ad haec Flosius cunctique incendiarii peregrinatione damnati: nec tamen eâdem, ni voluisset ipse, solum aestate verterent: si verò (g) ad (h) ternas hyemes inde praeterlapsas non peregrè abissent, tum ille necnon omnes incendiarii fierent exiliô condemnati; proscriptionemque illorum siue autumnali conuentu, siue vernali placuisset, pronuntiándam esse decretum est. Nihilo minus Flosius per tres hyemes (Islandiâ) exularet. Gunnari filio Lambii, Granio Gunnaris, Glumo Hillderis & Kolo Thorsteinis filio nulla vnquam (i) copia foret in patriam redeundi. Caeterùm interrogatus Flosius, multamne (k) de vulneribus suis fieri vellet; nihil ob laesionem sui se (l) pecuniae accipere (m) velle testabatur. Eyiolfus Bölverki filius de iniquitate sua calumniâque jure caesus (n) pronuntiabatur. Haec denique compositio dextris mutuò confirmata, in posterum (o) sanctè seruabatur. Snorrius *Pontifex* ab Asgrimo sociisque donis egregiis cultus, (p) magnam hac ex causa gloriam inuenit. De plaga (q) satisfactum Skaptio est. Gizurr *Albus*, Hialltius Skeggii, & Asgrimus Ellidagrimi filius Gudmundum *Potentem* ad se inuitabant, hasque acceptantem conditiones, annulô quisque aureô munerabant. Postea Gudmundus boream versus domum repetit, collaudationem omnium ferens (r) quemadmodum se hoc in negotio

A. C. 1012. p. 251.

(g) þair fœri eigi vtan vm þat er.] C. G. M. — vtan ádr, ante tres &c. F. han villdi eigi vtan fara þá er, vbi tres h. essent praeterlapsae, peregrè abire noluisset.

(h) þriú sumur vœri úti eda, tres aestates finitae aut, *inferunt* K. L.

(i) útqvœmt eiga.] C. M. G. út (aptr) koma (nunquam) postliminiô redirent.

(k) fyrir sár sín.] C. R. M. um sár sitt, de plaga sua.

(l) semútvr.] R. mútur.

(m) vilia.] E. P. ætla.

(n) lagdr.] C. lagidr.

(o) vel.] C. G. M. audi, integra.

(p) mikla.] E. P. góda, bonam.

(q) aungv, nihil, *inferit* F.

(r) fyrir þat, de eo, *add.* C. G. M.

A. C. tio praebuiſſet. (s) Thorgeirr Skorargeirr Kario condixit, vti ſe domum
1012. (hoſpitii gratiâ) ſequeretur: attamen ii primùm in montana vſque borea Gudmundum *Potentem* ſunt proſecuti: eique Karius fibulam auream, Thorgeirr cinctum argenteum, quae res vtraque pretioſiſſima erat, dono perhibuêre; ſummâque cum amicitia ab inuicem diſceſſêre; neque amplius Gudmundi mentio hìc fiet. Illi autem de montanis auſtrum verſus (t) in Hreppos, indeque ad Thiorſam deſcendêre. Interim (u) Floſius omnesque cum eo incendiarii profecti in Fliotzhlidam ſunt; tumque ille Sigfuſſonios res domeſticas (v) expedire ſiuit. inibi Thorgeirem & Karium in ſeptemtrionem comitatos eſſe Gudmundum *Potentem* audiebat: (x) vnde eos incendiarii rebantur in prouincia boreali agere (y) ſtatuiſſe; (z) tumque Sigfuſſonii veniam in tractum Eyafiallenſem proficiſcundi, nomina exactum, rogauêre; (a) quippe orientem verſus Höfdabreckae pecuniam in nominibus habebant: qua re iis conceſſâ, Floſius, vt (æ) ſibi tamen cauerent, monuit, vtque quam breuiſſimum (b) abeſſent. Ipſe mox per Godalandiam adſcendit, ità que in montana; montemque perpetuae glaciei Eyafiallenſem a borea praetergreſſus, (iter) non ceſſauit, donec

(s) Þórgeirr Skorargeirr — fara.] E. P. Kári reid med Skorargeiri, Karius Skorargeirem comitabatur.

(t) í Hreppa.] Iid. Hreppa, per Hr.

(u) Floſi ok.] C. G. M. Nú er frá þeim Floſa at ſegia at þeir, Nunc de Floſio & ſuis dicendum, quod ille & omnes &c.

(v) ſipa.] F. ætla. *obſcurè.*

(x) ætludu — nordan land, *omitt.* E. P. || þá brenndu menn.] C. M. menn nú, Hinc vulgò creditum.

(y) ætla at, *neſciunt* C. R. Cbb.

(z) þá beiddu Sigfúſſſynir — *auſtr at.*] E. P. Sigfúſſſynir. ræddu um við Floſa, at þeir villdu fara at ſiárráðum ſinum auſtr til, Sigf. Floſio ſignificabant, velle ſe Höſdabrekkam orientem verſus proficiſci ob negotia pecuniaria.

(a) Því at þeir áttu ſiárheimtur auſtr.] F. er þeir áttu auſtr þar, quae in illo orientali tractu habebant Höfdabr.

(æ) vera vara um ſig ok vera.] C. G. M. dvelia, morarentur (quam breviſſ.)

(b) burtu (ab) *addunt* K. L.

donec in orientem Svinafellum perueniebat domum ſuam. Sed jam (c) A. C. eò reuertendum, vbi Hallus ab Sida de filii ſui caede compenſationem pu- 1012.
blicè recuſauerat, idque fecerat pacificationis (conciliandae) gratiâ; tum nimirum (d) tota comitiorum vniuerſitas ei pecuniâ ſatisfecit; quae pecunia non minus conſummauit, quam (e) octo C. argenti; pretium ſcilicet viri (caeſi). (f) quadruplum. Caeteri verò omnes, qui a parte Floſii fuerant, nullam de (g) ſuis detrimentis obtinuêre ſatisfactionem, eâ re peſſimè contenti. Sigfuſonii (h) binas domi commorati noctes, tertio die (i) Röfarfellum orientem verſus abierunt, ibique pernoctarunt. hi erant (k) XV. numerô. atque p. 252.
hinc, nihil admodum ſibi metuentes, (l) multa jam luce deceſſerunt, veſperi Höfdabreckam adfore cogitantes. quieuerunt (igitur) in Kerlingardalo, (m) ſomnôque ſe ibi longo ſepeliuerunt.

CAP. CXLVII.

De Kario & Thorgeire.

(n) Hac die (o) ipſa Karius Sölmundi filius & Thorgeirr Skorargeirr flumen Markicum orientem verſus tranſierunt, indeque ad Selialandsmulum

(c) verbr at ſegia — Hallr af Sidv.] C. M. G. er þar til máls at taka (er frá því at ræda) er Siduhallr er at hann, ſermo repetendus (dicendum) de Hallo Sidenſi, vbi ille filii &c.

(d) bætti honom allr þingheimrinn.] Iid. bættu h. allir þingheyindur (þingheyendur M. þingmenn G.) id.

(e) xii. F. || *Mox omnes alii quam Textus impr. legunt* hundrut, *pro* hundrat *quod ſine dubio mendoſum eſt.*

(f) fern.] G. þrenn, triplum.

(g) ſína.] C. R. Chh. ſinn. *ſingulari.*

(h) tvær.] E. P. þriár, tres.

(i) Raufarfell.] F. Raufarfeall.

(k) xv.] F. xii.

(l) ſíd.] E. P. um morguninn, mane.

(m) þar á ſíd ſvefn mikinn.] F. þá til ſvefns ok ſváfu þar lengi um daginn, tumque ſomnum capientes ibi ea die diu dormiebant.

(n) *Ita caput incipit in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka er þeir Kári ero at þeir ridu þenna &c. Nunc ſermo inde repetendus, vbi Karius & comites ſunt (*a Kario & comitibus digreſſi ſumus*): illi hac die ipſa flumen &c.

(o) ſama *inſeris* F. *ante* dag.

A. C. prouecti, quasdam ibi mulieres offenderunt. quae recognitis illis, Vos, in-
1012. quiebant, (p) minus quidem lasciuitis quam Sigfussonii, tamen ineaute procedi-
tis. Thorgeirr quaerit: Quî de Sigfussoniis ita (q) sentitis? aut quid de iis cognouistis? Proximè, ajebant foeminae, Röfarfelli pernoctarunt, & hac vespera Mydalum cogitarunt: (r) & sanè placuit nobis, quod sibi (s) a vobis metuerent, quandoque reuenturi domum crederemini, scisciteutur. Mox (t) illi suum iter admissis equis perrexerunt. Thorgeirr infit: Quid proponemus? aut quid tu potissimùm (u) animo intendis? (e) vis vt aduersarios persequamur? Karius respondet: Hoc non dissuasero, neque illud (x) desiniam; nam saepè est, vt, qui verbis (votô) (y) interficiuntur, longam tamen aetatem viuant. ut non sum nescius, quid tu cogitas; tollendos tibi destinas VIII. homines credo: quod tamen minus est, quam illud, cum istos VII. vivos in (z) foralis maritimae rupis (a) superabas, (æ) per funem demissus ad eos: sed enim tu tuique propinqui (b) ejusmodi estis, vt omnibus rebus ametis gloriam (c) vobis (d) arcessere. nunc ego non minus operae conferam, quam vt testis tibi

(p) minna.] C. G. minnr, id.

(q) statt.] F. kitit, id. *gloss.*

(r) ok þótti ockr gott er þeim var ótti at.] G. en þat þotti okkr sem þeim mundi ótti nokkurr at, id vero nobis videbatur quasi nonnihil sibi a vob. metuerent.

(s) þó, tamen, *inserunt* C. M.

(t) þeir leid sína ok keyrdu.] C. M. R. þær (leidar sinnar *add.* G.) en þeir keyrdu (þeir í annan stad ok k. F.) foeminae discedebant (iter destinatum perrexerunt); illi autem (ab altera parte) concitarunt equos.

(u) skapi.] G. gebi.

(v) villt þú.] F. v. þ. nacqvat, nonquid vis.

(x) mun ek ekki áqveda.] C. G. M. veit ek eigi, scio.

(y) einum, solis, *addunt* E. P.

(z) fiavskorvm.] *Ita* & D. G. *sed* H. I. K. L. N. O. Q. S. skorunum. C. E. F. M. P. skorinni. *singulari.*

(a) vant.] lid. & G. vátt, vatt, occidisti.

(æ) fóst í festi ofan til þeirra.] E. P. let sígaz til þ. í festi.

(b) sva háttat.] F. svo farit.

(c) ydr, *ignorant* E. P. R.

(d) gera.] E. K. L. P. vinna.

sibi sim qui euentum narrem: nos igitur duo soli persequamur, siquidem te A. C.
id constituisse video. Dein (e) per superiores partes ad orientem equitarunt, 1012.
Hollrum praetereuntes; (f) noluit enim Thorgeirr, si quid (g) actum foret, fratribus (h) imputari suis posse. Contendentibus (i) in Mydalum contra orientem, obuiam factus est quidam cophinos portandis glebis (k) equo (l) vehens. idem infit: Nunc verò tu, Thorgeirr socie, nimis incomitatus es. Quamobrem ita? quaerit hic. (m) Quoniam, ait ille, nunc offeretur praedae occasio: (n) hàc Sigfussonii perequitarunt (o), ac totum diem in Kerlingardalo dormient; quippe haud longius, quam Höfdabreckam hoc vespere cogitarunt. Mox cursum destinatum in montana Arharstakkica orientem versus pertendêre, neque quidquam sub itinere contigit memorabile, donec ad amnem p. 253.
Kerlingardali peruentum. is amnis magnas vexit aquas. Iamque propter amnem adscendunt; nam equos (p) cum ephippiis suprà conspiciebant: cumque jam eò peruenissent, homines vident in (q) lacuna quadam dormientes, hastis suis infra ipsos constitutis. quibus ablatis & projectis in amnem; Thorgeirr loquitur: Numnam vis vt (r) ipsos suscitemus? Karius respondet: Non eò hanc rem percontare, quia non ante constitutum (s) cum animo tuo

(e) it efra.] F. til Mydals.

(f) Þorgeirr villdi ekki at brædrum hans.] E. P. þeir villdu at engum, noluerunt enim, si —, ulli posse imputari.

(g) í gerdi.] C. M. til tídinda gerdi.

(h) vm kenna.] F. um kunna.

(i) allt, vsque, *inserunt* C. M.

(k) hrossi.] K. L. hesti.

(l) hasdi.] F. fór med.

(m) Þvi.] F. þat hellzt, Hoc praecipuè.

(n) her ridv vm — Kerlingardal.] E. P. Sigfússonir liggia her avstr hiá Kerlingardals á of sofa. Sigfuss. jacent hic orientem versus apud amnem Kerlingardalicum atque dormiunt.

(o) í dag, hodie, *inserit* F.

(p) nokkur, aliquot, *addunt* C. G. M. morg, multos, *add.* F.

(q) dæl nokkvrri.] C. F. dæli n. G. í dalnum í d. n. valle in lacuna.

(r) vegvm at þeim eda, illos impugnemus (dormientes) aut, *inserunt* E. P.

(s) med þer.] C. E. R. M. P. fyrir þer.

A. C. 1012. tuo habeas (t) quiescentibus non facere pugnam, neque (u) nefandum edere homicidium. Mox ergo homines inclamant: quô expergefacti (v) omnes arma (x) corripiunt, neque hos illi prius inuadebant, quam essent (y) perarmati. Incurrit eò Thorgeirr Skorargeirr, vbi aduersum Thorkell Sigfussonius stetit. hoc vestigio quidam ipsum (Thorgeirem) inuadit a tergo, qui ante quam (z) ei damni quid inferre poterat, securim Rimmugygam efferens vtraque manu, (a) in caput homini ponè adstanti malleum impegit, adeò vt calua (æ) minutim frangeretur. (b) hic est occisus, ait (Thorgeirr): idemque simul concidit exanimatus. cum verò securim protenderet, humerum (c) Thorkeli percutit, (d) brachiumque penitus a corpore diuidit. Karium adorsi (e) Mördus Sigfussonius, Sigmundus Lambii & Lambius Sigurdi filius: qui (vltimus) ad tergum Kario incurrens, hastam direxit in eum: is (f) hominem forte conspicatus, sub peritione exsultat, simulque pedes distendit; sic humi accidente hasta, in hastile adsilit, idque dirumpit. ipse altera in manu tenuit hastam, alterâ gladium, nullô (munitus) clypeô: dextrâ igitur telum in Sigmundum Lambii filium torquet; qui, ictu pectore occupato, ferrô-

(t) liggiandi.] E. F. P. sofanda, dormientibus.

(u) skammar.] E. G. K. L. P. skemdar.

(v) ok hliópu upp, & exorti illicò. *inferunt* C. G. M.

(x) þrifu.] F. hlupu, (ad arma) ruunt.

(y) búnir ok, parati &, *add.* G.

(z) Þórgeiri nokkurn geig.] C. G, M. a Þórgeiri, eum laedere.

(a) ok rak í.] lid. sva skiótt ok hart át þá er hann reiddi axina á bak ser aptr. þá rak hann í, tam celeriter ac tanta vi, vt cum securim post tergum sibi reclinabat, tum in caput — impingeret.

(æ) smán.] E. smám. P. smá.

(b) drepinn — Þórgeirr, *omitt.* C. E. R. M. P.

(c) Þorkeli.] C. Þorkatli.

(d) klauf frá ofan.] F. tók frá x. G. leysti frá búknum, br. a corpore pen. dissoluebatur.

(e) Mordr — Lambason.] G. Grani Gunnarson ok Sigfússsynir.

(f) fekk sed hann — fótunum.] E. P. fuerit á hæli undan ok, solo cæde innixus se auertebat, & sic &c.

ferrôque per humeros emicante, simul exanimus decidit. (g) siniſtrâ autem A. C.
Mördo gladium intentat, coxam ferit, (h) quâ simul cum lumbis interſciſſâ, 1012.
homo procidit & ilicò exſpirat. Subinde (Karius) vnico nixus calce, perinde
ac (i) turben circumagitur ad Lambium Sigurdi filium: hic autem nihil aliud
pro re nata conſilii reperit, quam vt ſeſe conjiceret in pedes. Interea Thor-
geirr gradum in Leidolfum *Robuſtum* confert; alter alterum simul impetit,
tamque vehemens, quem Leidolfus inferebat, ictus exſtitit, vt quae ſcuti pars
excepta eſt, (k) accideretur. Thorgeirr autem ſecurim Rimmugygam vtra-
que manu intenderat; venit in ſcutum poſterius cornu, idque diſrupit; ante-
rius verò cornu ſcoptulum pertigit, eoque diſcuſſô corpus in caua vſque pec-
toris deorſum proſcindebat. commodùm interueniens Karius, dimidium Lei- p. 254.
dolfo femur vna cum pede ſubſecat (l); vnde hic decidens continuò exſting-
guebatur. Infit Ketill a Marka: Nos ad equos noſtros decurremus, neque
enim hìc prae violentia horum hominum conſiſtere poſſumus. mox ad equos
deuolant, & raptim inſiliunt in eos. Tunc Thorgeirr: Vis homines inſequa-
mur? adhoc enim nonnullos eorum caedere poterimus. At vltimus vehitur,
inquit Karius, is quem ego interfectum non cupio, nimirum Ketill a Marka;
is enim & ego ſorores duas habemus conjuges; caeterum ille ſe in litibus
noſtris adhuc optimè geſſit. Dein conſcenſis (m) equis Holltum vſque per-
tenderunt. Tum fratres ſuos Thorgeirr ad orientem Skogos (*Siluas*) able-
gauit; quippe hìc (n) alteram habebant villam; neque enim fratres (o) quare

(g) inni vinſtri.] Iid. annarri, alterâ || inni — rygginn, *negligunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(h) hana í ſundr ok ſva rygginn.] E. P. F. hann þar (þar manninn) í ſundr, ibique ille (homo) diſſecatur.

(i) ſkaptkringla.] E. ſkapkringla. P. fugl, volucris.

(k) aftök.] C. R. M. allt töl af, tota praeſcinderetur.

(l) ok töl hann þar í ſundr, corpusque ibi diſcindebatur. *addunt* E. P.

(m) heſta ſina.] F. bak heſtum ſinum.

(n) annat bú.] Iid. annan búnat, — rem familiarem.

(o) mætti kalla gribnídínga.] C. R. M. væri kalladir gribnídíngar, audire foedifragos voluit.

A. C. foedifragi audirent, cauſam dare voluit. Ipſe (tamen) poſtea multo circa ſe
1012. praeſidio vtebatur, ita vt nunquam XXX. pauciores viri armis habiles adeſſent. Caeterùm ibi magna agitabantur gaudia, vulgòque (p) ambo, Thorgeirr & Karius, (gloriâ rei geſtae) creuiſſe multum ac (q) profeciſſe judicabantur, jugiterque (*) in ore (r) hominibus erat perſecutio iſta, cum duo ſoli XV. homines aggreſſi, quinos ex iis occidiſſent, denos, qui exierunt, profligâſſent. Iam verò de Ketile memorandum, (quod) is & ſocii, quanto maximo curſu poterant, contendêre, donec Svinafellum peruenîebant, iterque ſuum haud commodum (cecidiſſe) nuntiauerunt. hoc ſe ſperauiſſe Floſius dixit, atque (s) Haec res, inquit, praemonet, nequando poſthinc ita periculum veſtri faciatis. Erat Floſius longe omnium (t) feſtiuiſſimus, & intuiſentibus ſe facillimus: portòque (u) plurimis (naturae & artis) dotibus, (v) quae optimatem decent, ornatiſſimus fertur. Is domi ſe per (reliquam) aeſtatem necnon hyemem continebat. Eâ verò hyeme poſt feſtum *Natalitii*
1013. Hallus ab Sida (x) cum filio Kolo aduenerunt ex oriente, cujus aduentu Floſius gaudebat. Hi ſaepe de negotiis (y) antea geſtis) diſputabant, Floſioque ſe & ſuos magnas jam (z) poenas expendiſſe teſtato, Hallus conjec-

(p) Þórgeirr miſkr haſa — vndan komv.] E. P. ~~þeir miſlit afrekſverk~~ vnnit haſa ex þeir höfðu þrevit v, menn en renut x. illi magnum virtutis opus edidiſſe videbantur, quod v. homines occidiſſent, x. in fugam vertiſſent.

(q) framit.] Chh. framat.

(*) í.] C. G. at.

(r) menní minnum miſk.] F. margir miſkí minnum, multis.

(s) ydr, Vos, *add.* C. R. M. *ante* þetta.

(t) gladaztr.] F. góðlátaztr, benigniſſimus (humaniſſimus).

(u) fleſtir.] G. fleſtir allir, paenè omnibus.

(v) höfðíngligazt.] E. höfðíngligaztir, P. höfðíngzlegir, viro principe digniſſimis (dignis).

(x) of Kolr ſon hans.] Iid. við noſkura menn, cum aliquot hominibus.

(y) þau ſem höfðu verit, *add.* Iid.

(z) afráð.] C. afrod. G. afhrod.

(a) conjecturâ ſe adſecutum dixit exitum cauſae illius & ſociorum. rogatusque A. C.
(æ) ab illo, quid deinceps (b) vtiliſſimum cenſeat, reſpondet: Hoc ego con- 1013.
ſilii do, vti cum Thorgeire tu, modò facultas fiat, in gratiam redeas; tametſi
ille fuerit circa omnes conditiones elegans. Tum Floſius: Sic finem fore
caedibus credis? Non verò credo, ait Hallus, at ſi Karius relinquitur ſolus,
cum paucioribus negotium erit: contra, niſi tu Thorgeiri reconciſieris, id
tibi futurum eſt perniciei. Floſius pergit: Qualem ei feremus conditionem?
Dura videbitur (c) vobis, inquit Hallus, quam acceptat ille, conditio; nam-
que hac vnica lege tranſiget, ſi nihil de (d) commiſſis piaculi ſoluat, ſuum
etiam trientem multae obtineat (e) de morte Nialis ac filiorum. Dura con-
ditio haec eſt, ait Floſius. contra Hallus: At non in te dura; neque enim
tibi accuſatio competit caedis Sigfuſſoniorum, verum ipſis horum fratribus,
& Hamundo *Claudo* (f) ſui filii. tibi quidem cum Thorgeire reconciliatio p. 255.
(g) continget; nam ego ſocius tecum proficiſcar, & ab eo (h) quadam cum
benignitate, credo, accipiar. Caeterà nemo eorum, (i) quibus iſtae actiones
competunt, ſe (k) domibus ſuis in Fliotzhlida tenere ſuſtinuerit, ſi (l)
compoſitionis erunt exſortes: id enim ipſis futurum exitio eſſe, planè pro

(a) qvadi nærgætr — þeirra Floſa.] E. P. qvad nærri því haſa ſarit er han gat til, rem. abiiſſe dixit ferè ad ſuam conjecturam.

(æ) Floſi, a Floſio, *addunt* Iid. *ante* ſpyrdi.

(b) líkazt.] Iid. ráðligazt.

(c) ydr.] F. þer, tibi.

(d) þat er han hefir afgiort.] E. P. þá menn er nú hefir han þegit, illis hominibus quos jam occidit.

(e) fyrir.] F. eptir.

(f) ſon ſinn.] G. Sigmund.

(g) ná.] F. taka. *raro ſenſu.*

(h) nokkvrnig.] F. nokkurnigin. C. nokkurninu.

(i) er mál þeſſi eigv.] E. P. Sigfúſſſona.

(k) í búvm.] C. R. at búum.

(l) vtan ſætta.] E. P. úſáttir vid Þorgeir, Thorgeiri non reconciliantur.

A. C. 1013. tùm, ait Hallus, cum irâ vos a recenti pugna celebratis; & etiam multum (f) poſt id locorum in caedibus effeciſtis. Cui Thorgeirr: Ita vobis videri puto: at quam Kario (g) fertis conditionem? Feretur ei digna quidem, reſpondit Hallus, dum pacificari velit. Karius ſuſcipit: Te ego, Thorgeirr (h), oro peroque, vti rem conficias; tua enim (i) ſors melior bonâ (optimâ) fieri nequit. Indignum cenſeo, inquit Thorgeirr, te compoſitionem ineundò deſtituere, niſi tu quales ego, conditiones admittis. Karius contra: At ego (k) tranſigere nolo: quanquam quidem incendium vindicaſſe nos fateor, mortem tamen filii mei inultam adhuc (l) cenſeo; quam rem, quod ejus facere potero, mihi ſoli (m) deſigno conficiundam. Caeterùm Thorgeirr pacificationem vſque eò recuſauit, donec ſe ingratè laturum (n), ſi non faceret eam, Karius denuntiabat. tum verò Thorgeirr Floſio & ſuis ſecuritatem ad concilium pacificatorium (o) dextrâ confirmauit, & Hallus quoque viciſſim (p) ex mandato Floſii & Sigfuſſoniorum. Ante verò quam ab inuicem diſcederetur, Thorgeirr armillam auream Hallo & togam coccinam dedit; Karius autem lunulam argenteam, decuſſibus aureis (q) quatuor diſtinctam. queis de donis Hallus magnas egit gratias: & ſummô (r) cum honore decedens,

(f) atgert vm mannbráp ſíðan.] Id. afgiorr við þá ſíðan um mannaðráp, multum ex eo in illos (*incendiarios*) homicidiis peccauiſtis.

(g) bióðit] G. bidi.

(h) vin, amice, *addit.* F.

(i) hlvtr.] C. E. M. P. hluti.

(k) þat ſegir K. at ſættaz.] G. at ſva verðiu ſættaz. ſ. K. hoc rerum ſtatu tranſ.

(l) ódd er vetr.] E. P. er, (mors — inulta) eſt.

(m) at hefna hans, vt eum vlciſcar, *inſerit* F. *poſt* einum.

(n) ok vinſengi við hann, & inimicitiam ei, *addunt* E. P. *Vbi notandum particulam priuatiuam* u, *ſubſtantivo* ſátt *præpoſitam*, *etiam pertinere ad* vinſengi.

(o) handſaladi.] E. handlagdi. P. lagdi.

(p) er hann hafði tekit — Sigfúſſonum.] G. fyrir hann Sigfuſſona, vice Sigf.

(q) iiii.] C. E. R. M. P. iii.

(r) með ſæmi.] E. P. við ina.

dens, iter non cessauit, donec Suinafellum peruenirent. comiter exceptus a Flosio, negotii gestionem & cum Thorgeire colloquium explanauit; simul, hunc transactionem ad eum finem detrectasse, quoad Karius (s) declarasset (t) offensionem sui si non transigeret, neque tamen hunc voluisse (u) reconciliari. Hic Flosius: Paucorum hominum (ingenio) similis est Karius, & ego quidem tali potissimum ingenio, quali ille, praeditus esse velim. Hallus ac sui per aliquantum tempus ibi commorati, denuò occidentem versus (v) indicto (x) tempore conuentum petierunt transactorium; Höfdabreckam, vt constitutum inuicem fuerat, coitum est, ibique ad illos Thorgeirr ab occidente venit. Hic de facienda compositione disputatum, omniaque tum, quemadmodum Hallus dixerat, euenerunt. (Nam) Thorgeirr, ante confectionem rei, Karium (y) domi suae frequentem fore, (z) dum ei libitum esset, denuntiauit; neutri (ait) malum alteris (a) domi meae faxo inferent. neque ego multam a singulis mihi exigendam (æ) esse volo, sed vt Flosius vnus pro omnibus teneatur; ipse verò a suis (b) contribulibus exigat. postulo quoque omnia pacta illa, quae in comitiis de incendio conuenêre, vt rata habeantur; tuque, Flosi, meum mihi trientem (multae) soluas volo illibatum. Accessit properè Flosius ad has leges omnes; (quamquam) Thorgeirr neque peregrinationes neque exilia tribuum condonabat. Dein Flosius & Hallus domum

A. C. 1013.

p. 257.

(s) geſſt at (of bad hann) ok, accessisset (illudque ab eo petiisset) &, *inserunt* G. C. M.

(t) uſátt.] E. P. reidi, iram (propterea suam).

(u) ſættaz.] G. í ſættir gánga, ad pacificationem deuenisse.

(v) áqvedinni ſtunðv.] G. áqvednum tíma. E. P. áqvednv (*subaudi forte* mali).

(x) ſtunðv — ſtundar, *omitt.* iid. & *mox* til *pro* at *praeferunt.*

(y) þar.] C. R. M. med honum, secum.

(z) ef.] C. E. G. M. P. er, quum.

(a) at.] G. í, in domo mea. *Mox pro* heima, F. & Chh. *habent* heimili.

(æ) fe þetta, hanc pecuniam (*multam*) *addunt* E. P. *post* heimta.

(b) ſveitúngum.] F. ſuítúngum.

A. C. domum in orientem repetierunt. tumque hic illi fatus eſt: Serua tu, gener,
1013. hanc pactionem juſtè, tam peregrinando & Romam ingrediendo, quam pecuniam exſoluendo; ſic ſanè tu habebêre vir (c) ſtrenuus, licet (d) ſis delapſus in crimen iſtud, ſi (e) pactis omnibus nauiter perfungare. quod & factum iri Floſius confirmauit. Tum Hallus in orientem domum ſuam, Floſius item Svinafellum perrexit, domique (f) poſtea manebat.

Cap. CXLIX.

De Kario ad Biörnem in Marka veniente.

(g) Thorgeirem ex conuentu pacificatorio domum redeuntem Karius interrogauit, an pacificatio (h) conueniſſet? illoque jam (i) vtrinque penitus confectam eſſe rem ſignificante, adduxit equum ſuum, voluitque diſcedere. At non eſt, quod hinc abeas, inquit Thorgeirr, quoniam & ea pactis noſtris adjecta lex eſt, vti tu hìc, dum tibi placeret, adſiduus fores. Karius reſpondit: Hoc tamen non fiet, mi affinis; nam ſimul ego homicidium aliquod fecero, tu mihi conſilii particeps (k) dicêris, quod ego quidem nolo. illud autem poſtulo, vt rem meam familiarem ſtipulatâ manu capeſſas, (l) tibique & Helgae Nialis filiae conjugi meae ac (m) tribus filiabus vindices; ſic illa

ab

(c) rauſtr.] E. P. hraufir, fortis. G. mikill, magnus (inſignis).

(d) ratat i ſtórvirki.] C. G. M. hitt i ſtórræði.

(e) alla ſvti.] F. ſætt þeſſa, hac pacificatione.

(f) ſidan.] F. um hrið, per aliquantum tempus.

(g) *Sic incipit capus in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka at Þorgeirr reið frá ſáttargerdinni. Iam de Thorgeire (domum) ab inita pacificatione profecto memorandum.

(h) gengi.] F. ſigi, coaluiſſet.

(i) ſagdi at þeir voru ſáttir at fullu.] F. quod þá alſáttum ſátta. E. P. quòd ſuo vera, adfirm.

(k) ætla ek, jubicaberis &, *inf.* F.

(l) yfir.] C. G. M. þer ek.

(m) iii.] C. D. E. F. Chh. minum, meis. G. ykrum, communibus.

ab aduerſariis meis non occupabitur. Thorgeirr optatis Karii annuit, ſibique A. C.
jus in bona ejus ſtipulatur. Poſtea deceſſit Karius, binos habens equos, & 1013.
arma ſua, & veſtimenta, & pecuniae nonnihil, tam aureae, quam argenteae.
Primum ille Selialandsmulum tranſiit ad occidentem; dein propter flumen
Markicum adſcendit, itàque in Thorsmarkam. Tres ſunt in eo tractu villae
ſingulae *in Mörk* adpellatae. villam intermediam inhabitabat homo quidam
nomine Biörn, cognomento *Albus;* (n) filius Kadalis, (o) Bialfiô nati: qui
(p) Bialfius Aſgerdae libertus fuerat, matris Nialis ac Thoreris ab Hollto.
Erat Biörni vxor nomine Valgerda, filia (q) Thorbrandi, Asbrandi filii:
cujus (Valgerdae) mater Gudlöga nomine fuerat, ſoror Hamundi, patris Gun-
naris a Hlidarendo. Illa rei gratiâ (r) Biörni nuptum data, parum amabat
eum; tametſi liberos progenuerunt. porrò (s) copiâ rei familiaris abundabant.
Biörn autem homo erat jactabundus (t), quod vxor moleſtè patiebatur: idem p. 258.
viſu (u) perſpicax & velox pedibus. Hi Karium hoſpitii cauſſâ ad ſe veni-
entem ambabus admiſerunt vlnis, ibique ille pernoctauit. Manè verò Biörni
loquitur: Tu me recipias velim, hìc mihi tecum eſſe videtur opportunum:
vellem (etiam) te mihi (v) proficiſcenti comitem, quod acri viſu es & per-
nix (x): neque non credo te (y) imperterritum eſſe ad auſa fortia. Neque
ego, inquit Biörn, viſum lynceum in me, neque (z) audentiam, neque cae-
tera quae in viro ſtrenuo ſunt, requiro: tu autem ea de cauſa huc te, credo,

(n) Kadalsſon.] F. Konálsſon.
(o) Biálfaſ.] G. Biálkaſ.
(p) Biálfi.] Id. Biálki.
(q) Þórbrandzð.] Id. Þrándarð.
(r) Birni.] Id. þángat, eð (*i: illi*).
(s) gnótt.] C. F. gnóttir.
(t) nokkut, nonnihil, *addit* G.
(u) ſkygn.] F. *ſemper*, ſkynn.
(v) ferdvm.] G. ráðum, a conſiliis eſſe.
(x) á fœti, pedibus, *add.* E. G. P.
(y) mvnir avrvggr til] C. R. M. mvnir góðr, eſſe bene audacem. F. ſert fullr, eſſe plenum audaciae.
(z) áræðis eda nokkvrar karlmenſku.] E. P. auruggrar karlmenſku, expertem metu fortitudinem. C. M. áræðis ne ſva annarrar mentar, aud. neque alias viriles dotes.

A. C. 1013. recepiſti, quod jam clauſa ſunt omnia ſuffugia (a): caeterùm poſtulatu tuô, Kari, non vtar ego te pariter ac hominibus quotidianis: omnem admodum tibi (æ) operam; quicquid petieris, nauabo. Mater familiae (b) ſuſcipit: Mali genii tuam, inquit, jactantiam auferant & nugas! & vtinam haec vobis ambobus ne verba eſſent, neu ſaltim nulli bono! ego quidem victum Kario libens praebeo & alias res bonas, quas (c) illi ſciam vſui eſſe poſſe. tu autem (d) nihil in fortitudine Biörnis confide (e) Kari); metuo enim ne (f) aliud, quam praedicat, experiare. Biörn reponit; Saepè tu mihi detraxiſti; at ego tantam mei fiduciam habeo, vt, ſi in periculum veniam, ceſſurus locô ſim nemini: cui rei documento eſt, quod eò (g) laceſſor a paucis, quia nulli audent. Illic Karius aliquamdiu occultè morabatur, ita vt pauculis (h) compertum foret: interimque in prouinciam borealem profectus (i) vulgò creditur; curauit enim, vti Biörn vicinitati narraret, Karium ſe (k) in itinere nactum eſſe, & hinc eum in Godalandiam adſcendiſſe, inde boream verſus Gaſalandum (*Arenam anſerum*), inde Mödruvallos, ad Gudmundum *Potentem*, peiturum. qui rumor ſtatim in omnes pagos diffundebatur.

CAP.

(a) þín, tua, *addit* G.

(æ) lidi.] Id. ſtyrk.

(b) mællti.] C. M. heyrdi til, G. vard áheyrſla, haec (forte) audiens.

(c) ef veit — verda.] E. P. vid megum, poſſumus.

(d) hardrædi Biarnar ſkalltv ekki treyſta — ſegir.] Iid. hegóma B. ſk. e. fr. Kári. Þvíat þer mun at litlu gagni koma hans árædi, nugis B. ne conf. Kari; nam tibi paruo emolumento veniet ejus audacia.

(e) Kári, *inſeris* F.

(f) þer verdi at avdru enn hann ſegir.] C. M. G. han muni eigi hugtrúrr (hug prúdr) reynaz ſva hverſu) ſem han lætr. cordatus (animoſus) probetur ſic ut (qualemcumque) ſe oſtentat.

(g) leita ſáir.] F. leitar aungr, — a nemine.

(h) viti.] G. vitordi.

(i) ætla menn nú.] E. P. er þat ni ætlun manna, (profectum eſſe illum) hominum opinio fuit.

(k) á fiavruvm vegi.] E. P. vid fiall, apud montana.

CAP. CL.

A. C. 1013.

De Floſio & incendiariis.

(l) Floſius ad ſocios (m) profectus incendiarios, Nobis, (inquit), haud (n) expediet quieſcere longius; ſed porrò animum referamus neceſſe eſt ad peregre abeundum, & ad multam ſoluendum, & ad pacta noſtra quam ſtrenuiſſimè complendum. copiam nauis paciſcamur nobis, ibi ſinguli, vbi optimum videtur. Iubentibus illis vt ipſe conſuleret, addit: Nos orientem verſus in Hornafiördum proficiſcemur; nam ibi ſubducta nauis eſt, quam (o) Eyiolfus *Naſo* poſſidet homo Thrandus: ille ſcilicet vxorem affectat, neque facultatem conditionis, niſi ire (nauigare) deſiſtat, obtinet. nos igitur nauim ab eo comparabimus; habebimus enim parum mercium, at multum hominum; illa autem nauis magna eſt, & noſtri puto omnium capax. (p) Ita finitur ſermo. Breui autem poſt ad orientem iter faciunt, non quieſcentes, donec in Hornafiördum veniſſent vſque Biarnaneſum: vbi & Eyiolfum inuenêre; nam hyberno illic hoſpitio vſus fuerat. Inuitatus benignè Floſius cum ſuis noctem ibidem exegit. Sequenti verò luce nauim emturit a gubernatore: qui ſe recuſare (q) diſtracturum eſſe nauim, ſi, (r) quod vellet, pretium

p. 259.

(l) Floſi reid nú til.] C. G. M. Nú er þar til máls at taka er Floſi er. han mællti til, Nunc de Floſio dicere ordiendum: is ad ſoc. incend.

(m) reid.] D. ræidir, Chb. rædir, F. mællti, (incend.) loquitur. || reid — felaga ſinna.] E. P. talar vid ſveitúnga ſína, ad contribules (gregales) ſuos loquitur.

(n) dvga.] E. P. tiá.

(o) á Eyiólfr nef þrændſkr madr.] P. Nef þrændſkr madr á er Eyiólfr heitir, Naſo homo Thrandienſis poſſidet, praenomine Eyiolfus. *Inſolens conſtructio.*

(p) en han mun fá konunnar ef ver fám (fáum) ſkipit, Ille autem mulierem obtinebit, ſi nos nauim accipiemus *inſer.* E. P.

(q) at ſelia ſkyldi — þó nær ſer.] Iid. ef Floſi ſeygi honom land nokkut þar í nánd ſer, ſi Floſius ſibi fundum aliquem daret vicinum ipſi, negabat.

(r) hefdi þat fyrir ſem hann villdi.] E. tæki þat ꝛc. G. hefdi í þeim aurum fyrir ſem honom líkadi, quae ſibi placerent, iis mercibus pret. acc.

A. C. 1013. acciperet, negabat. tum a Floſio rogatus, quibus eam rebus (s) permutare vellet, ſe fundum poſtulare Norvegus, & ſibi quidem vicinum, innuit. porrò Floſium (t) de pactis cum hoſpite ſuis edocet: ille conciliaturum ſe, vt pacta confierent ſponſalitia, profeſſus, ac nauim dein ab eo praeſtinaturum; (u) Noruego eâ re gauiſo, fundum Borgarhafniae (tradendum) (v) obtulit. jamque Noruegus cum hoſpite de (x) conditione, Floſio praeſente, agit; ſimulque hic ita verba interpoſuit, vt (y) ſponſalia coirentur: in hoc fundum Borgarhafniae Noruego tradidit, (z) nauim recipiens manu ſtipulata; ſimulque ab eo (a) XX. centuſſes mercium, qui in pretium fundi annumerabantur, auferebat. Dein (Floſius) domum repetit. Valebat autem tantâ apud (æ) ſuos gratia, vt merces vbicumque voluit, vel mutuò vel gratis acciperet. Domum ſuam Svinafellum peruectus, ibi ſe aliquamdiu tenuit: miſſis interim Kolo Thorſteinis & Gunnare Lambii filio in Hornafiördum orientalem, qui ad ſtationem nauis, praeparandi, (b) tuguria inſtruendi, merces (*) in ſaccos colligendi, (c) quicquid opus foret conquirendi gratiâ, manerent. Sed jam de Sigfuſſoniis dicendum: ii Floſio ſignificabant ſe in Fliotzhlidam occidentem

(s) haſa, *hic & infra, neſcit* F.

(t) hverſv farit var (haſdi), quomodo proceſſiſſent (pacta ſua), *add.* C. E. G. M. P.

(u) Avſtmadrinn gladdizt vid hetta.] E. P. auſtmanninum hötti nú vænka, Noruego inde rem melius ſucceſſuram ſibi pollicenti.

(v) bavd.] G. ſelldi, vendidit.

(x) málinv.] E. P. bónordinu.

(y) ſaman gekk kavpit.] F. keypt varv, ſponſ. confierent.

(z) ſkipinv.] C. M. kaupſkipinu, nauim illam mercatoriam.

(a) xx.] H. I. K. L. N. O. Q. S. tva hundrud, duos centuſſes.

(æ) ſ. monnvm.] E. P. ſ. undirmonnum, ſubditos ſibi homines (*curiales*).

(b) tiallda búdir ok, *omitt.* E. P.

(*) ſekka.] H. I. K. L. N. O. Q. S. ſækia, adportandi.

(c) braga at ſlikt ſem þvrfti.] lid. annar ſarargogn þeirra, aliaque vaſa.

tem verſus res domeſticas ordinatum proficiſci (d) velle, indeque mercimo- A. C.
nia, & (e) quae alia opus forent, ſupportaturos: neque nunc eſt, ajebant, 1013.
quod Karium (f) metuamus, (g) ſi is, quemadmodum fertur, in boreali pro-
uincia degit. Floſius reſpondet: Ego verò neſcio, an iſti rumores, qui de
profectione Karii jactantur, veri ſint; mihi videtur (h) refelli ſaepe quod e
vicinioribus locis, quam ea res, (i) reſciſcitur. adeo mei conſilii eſt; vti vos
multi vnà eatis, ac parum diſpalati, vobis quam maximè caueatis. nunc etiam
tu, Ketill a Marka, ſomnium illud, quod enarratum a me tibi, vt celaremus
monuiſti, in memoriam reuoca; etenim multi eorum qui clamabantur, pro-
fectionis ruae jam ſunt ſocii. Ketill reſpondit: Omnia, (k) credo, ſua lege
(l) procedunt de aetate |mortalium quae ſunt praedeſtinata; verumtamen tu p. 260.
bona fide (m) hanc praemonitionem interponis. nec plura illi hac de re.
Poſtea Sigfuſſonii, & qui his deſignati comites erant, ſe ad iter expediuerunt,
atque, (n) XVIII. numerô, deinde equites abierunt. Caeterùm ante quam
diſceſſerant, Floſio oſculis valedixerunt, & hic illis proſperum adprecatus
iter, ſe non amplius nonnullos abeuntium coram eſſe viſurum teſtabatur:
ſed illi a propoſito deterreri ſe non paſſi, iter deſtinatum ingrediebantur.
Iuſſerat illis Floſius, vt merces ipſius in Medallandia (*mediocri territorio*), item

(d) vilia.] C. M. mundu, (profecturos) eſſe. G. munu verda at, (ſibi — proficiſcendum) eſſe.

(e) ſiſt annat ſem þeir þyrfti.] E. P. annur ſong (ſaung) alias res.

(f) varaz.] Iid. óttaz.

(g) ef hann er fyrir nordan land.] F. er han er ridinn nordr um land, cum — in prouinciam borealem ſit profectus.

(h) riófaz.] *Plurimi*, riúfaz. F. ryfaz.

(i) fretta.] F. ſpyriaz.

(k) myn þat.] Id. m. þ. verda, neceſſe eſt — vt procedant.

(l) framfara.] C. framgánga. G. framfoma, euentura.

(m) vaarvnnarinnar.] *Omnes alii*, vorar þinnar.

(n) xviii.] *Ita* C. E. R. M. P. *caeteri tantum* viii. *minus rectè: quod ex duobus ſequentibus Capitt. liquet.*

A. C. in Landsbrote & in Skogahverfo acceptas in orientem (o) ſubueherent,
1013. Iamque in Skaptartungam & per montana profecti, monte glaciali Eyiafiallenſi a borea praeteritô, in Godalandiam atque ita (p) in ſiluas Thorsmarkicas deſcenderunt. Biörn a Marka equites fortè conſpicatus, raptim ad conueniendum eos proficiſcitur: (q) comiter ſalutarunt inter ſe: Sigfuſſonii de Kario Sölmundi filio requirunt. Offendi quidem Karium, inquit Biörn, ſed jam pridem eſt, quod illud accidit: (r) deinde ille boream verſus in (s) Gaſaſandum abiit, Gudmundum *Potentem* aditurus (t): & mihi quidem nunc adeo metuens veſtri, (u) ipſeque ſibi adeò deſolatus, videbatur. Tum Granius Gunnaris filius: At ille nos in poſterum magis metuat oportet; quod ſanè (v) ita ſentiet, modô vt nobiscum congrediatur; nos verò illum nihil admodum timemus, quod (x) a ſuis omnibus eſt relictus. Eum Ketill a Marka tacere juſſit, neque vllam (y) prodere jactationem. Rogati a Biörne quando ſint reuerſuri, (z) Ad ſeptiduum, (a) inquiunt, in Fliotzhlida ſumus moraturi: (æ) ſimulque illi, quando (b) in montana conſcenſuri ſint, indicant.

(o) ſyttia.] F. ſæra.

(p) í ſkóga.] C. R. M. um ſkóga, per ſilueſtria in Thorsmarkam.

(q) þar qvæddv hvarir adra vel.] Iid. qvæddust þeir vel, id.

(r) þadan.] F. hedan, hinc. || þadan — Gáſaſand.] E. P. nordr Godaland, bor. verſ. per Godalandiam.

(s) Gáſaſand.] F. ſand, deſertum arenoſum. *vel*, land, regionem *i. e. in provinciam borealem. ſed prius malim.*

(t) han nordr á Mædruvøllu, contra boream Mödruvallos (ad Gudm. pot.) *iuſſerit* F. *ante* til.

(u) þóttiz hann nú miſk.] E. P. þvíat han var miſk, quoniam valde deſol. erat, videb.

(v) ſva fremi vita at hann fæmi.] C. R. M. þat þá vita er han fenr, tum comperiet, quum nobiscum congreditur.

(x) einnmani ok, ſolus &, *inſ.* F.

(y) frammi.] C. G. M. um, de ea re adhibere.

(z) nær *hic & infra neſciunt* Iid.

(a) ſavgdv þeir] G. ſvaradi Ketill, reſpondebat Ketill.

(æ) ſavgdv þeir honom hvenær.] C. R. M. qvádu þá á dag fyrir honom nær, tum diem illo coram, quâ (die in mont).

(b) aptr fara ok, reuerſuri &, *inſ.* F.

cant. Rē ita comparata diſceſſum ab inuicem eſt. Sigfuſſonii villas petierunt A. C.
ſuas, & a familiis (c) cum gaudio excepti, tantum non hebdomadae ſpatium 1013.
illic exegerunt. Interea Biörn domum rediens, conuocato Kario totam itineris rationem Sigfuſſoniorum explicat & propoſitum, quō (d) inſignem hac in re fidelitatem erga ſe oſtenſam ab eo praedicante; Crediderim, inquit, (e) plus in alio quodam homine, quam in me, periculi eſſe, ſi cui ego meum auxilium (*) curamve profiterer, (f) ne iſta ei ſecus euenirent. Uxor interpellat: Tamen (g) malè ageretur, etſi tu proditor (hoſpitis) non exiſteres. Deinde Karius ibi VI. noctes agitabat.

CAP. CLI. p.261.

De Kario & Biörne.

Iam (exactis illis) Karius Biörni loquitur: Nos montana orientalia tranſcendamus, & in Skaptartungam degreſſi, pagum curialium Floſii occultè peruadamus; nam ego mihi facultatem peregrè nauigandi in Alftafiördo orientali parare cogito. Hoc verò iter, ait Biörn, (h) magni eſt periculi, ad quod (faciundum) (i) pauculi praeter me ac te animum habuerint. Uxor ſuſcipit: Si tu ignauus (k) Karlo comes fueris, ſic habeto, tibi ne ſemel quidem inde thori

---

(c) þeim fegnir.] E. P. fegnir komv (heimkomu) þeirra, (& famil.) aduentu (domum reditione) illorum gaudentibus.

(d) mikla trúleika.] C. F. M. vinſkap mikinn oc trúleik magnum amicitiae documentum & fidelitatis.

(e) hættara — enn mer, *ignorans* lid. & E. P., *tamen poſt* heta *addunt* nokkurum manni, alicui homini.

(*) vmſiá.] H. I. K. L. N. Q. S. forſiá.

(f) at — mvn ſ fara.] C. F. M. at — mvn í þvi fara, id. E. G. P. at — munr ſ (at P.) þvi verda, haec illi ex ſententia euentura.

(g) illa.] F. fullilla, ſat improbè.

(h) mikil.] E. P. allmikil, maximi.

(i) fáir.] lid. fáir einir, pauci omninò.

(k) oc óbrengiliga, & illiberalis (inſtrenuus), *inſerunt* lid *poſt* illa.

A. C. 1013. (l) thori mei copiam fore, atque adeo (m) facultates noſtras a cognatis diuiſum iri meis. At, mea vxor, regerit, probabilius eſt aliud euenire (n) poſſe, quam vt haec fiat diuortii noſtri cauſa (o); nam egomet (p) mihi teſtis ero, qui vir ſim, quamue ſtrenuè rem geram, in conſerendis armis. Eodem die montana orientalia petunt, a ſeptemtrione montem perpetuae glaciei praetereuntes, at nunquam publicâ viâ; & in Skaptartungam degreſſi, omnes ſupra villas pergunt ad Skaptam (*amnem haſtilis*): & conducunt equos in laeunam aliquam (q), ipſi autem ſpeculantur; ſeque ita compoſuerant, vt proſpici nequirent (r). Hìc Biörnem Karius rogat: Quid (conſilii) inceptabimus, ſi huc ad nos ex monte deſcenderint? Eruntne duae rationes? ait Biörn; vna, vt boream verſus ſecundum hos cliuos concedamus, & homines praeteruehi ſinamus; altera, ſi nonnulli tardius ſequentur, hìc maneamus, eosque ita (s) inuadamus. ſuper hoc prolixè diſputabant, &, Biörne identidem (t) haec verba alternante, ſe vel quam ociſſumè fugiturum, vel contra manſurum ad (u) excipiendum aduerſarios eſſe; Karius plurimum inde capiebat oblectamenti. Sigfuſſonii & comites, eadem die quâ Biörni dixerant, domò profecti, Markam veniebant, ibique fores, conuenturi eum, pepulêre. materfamilias

(l) í mína rekkiv ſinn.] G. í ſæng hiá mer eitt ſ. id.

(m) ſkilnad of, diuortium inter nos factum &, *inſer.* E. P.

(n) þyrfi.] G. þurfir þú, E. P. eigir þú, C. M. hliótir þú, exſpectandum eſſe tibi.

(o) en ef fylgia Kára eigi vel, quam (*ſc.*) quod ego minus ſtrenuè ſim Kario adfuturus. *adjicit* F.

(p) bera mer vitni.] G. raun til gera, documentum exhibebo.

(q) er þar var, quae hìc (prope) fuerat, *addit* F. *poſt* nokkura.

(r) fyrr enn gengit var at þeim, prius quam quis in eos incidiſſet. *add.* id.

(s) ráda.] C. G. M. rída, adequitemus (inuehamur l. irruamus.)

(t) í ſinn ordi hvart.] F. ſitt í hvern ordinu.

(u) taka í móti.] E. P. veita vidnám-

familias autem, cum ad recludendam januam aggreſſa ſalutaſſet illos, (v) ſimul de viro interrogata, hunc in tractum (x) Eyiafiallenſem, & orientem verſus ad Selialandsmulum, iràque Holltum deſcendiſſe innuit; quoniam, inquit, nomina illic habet exigere. quod illi accredebant, quippe cum ſcirent (y) pecuniam Biörni his in locis eſſe repetendam. Mox in montana orientalia cetenderunt, haud remiſſo prius itinere, quam in Skaptartungam deueniſſent; ac ſecundum Skaptam degreſſi, quô locô rati Karius & comes fuerant, equos refecerunt. Tum autem diſpartito comitatu, Ketill a Marka (z) orientem verſus in Medallandiam diuertit, octoque cum eo homines: at caeteri quietis cauſâ decumbentes, inſidias haud ante compererunt, quam eis Karius & Biörn ſuperueniebant. (a) Excurrebat illic in amnem lingula: quò progreſſus Karius, Biörnem (æ) poſt ſe adſtare jubet, nec periculum ſui nimis longè procurrendo facere; Mihi tamen, ait, quod poteris, ſubſidium praeſta. p. 262. Ego quidem illud propoſueram, inquit Biörn, homine pro (b) (tutelari) clypeo vti nemine; at nunc tamen eò ventum eſt, vt hoc arbitrio tuo ſit relinquendum: ſed nihilô minus tibi vſui eſſe poſſum conſiliô & velocitate mea, & noſtris aduerſariis non (c) nihil detrimentoſus (d). Iamque illi conſurgunt vniuerſi & aduolant ad hos. ſuorum celerrimus exſtitit Modolfus Ketilis filius, haſtamque direxit in Karium: hic ſe clypeo praemuniuerat; quem, cum illap- A. C. 1013.

Dddd ſum

(v) þegar at Birni.] F. hvart bóndi væri heima, vtrum paterfamilias (*l.* vir ejus) domi eſſet, interr.

(x) vndir Eyiaſiall.] E. P. í Eyiar, Eyenſem (inſulanum).

(y) Biorn átti þar fe at heimta.] C. M. G. þetta var ſatt (allt), hoc (omninò) verum eſſe.

(z) avſtr.] E. P. ofan, in M. deſcendit.

(a) fram.] lid. jafnfram, rectâ (*ex loco vbi erant*) procurrebat.

(æ) at baki.] F. hiá, apud.

(b) hlífiſkildi.] C. M. R. ſkildi. E. P. ſkotſpæni, ſcopulo opponere telis in me miſſis.

(c) óſkeinisamr.] E. P. óſkeinuhættr.

(d) ef þeir koma at mer, ſi me cominus accedant, *addit* F.

A. C. sum ei jaculum inhaereret, tanta vi contorsit, vt hasta frangeretur. tum
1013. ipse distracto ense suo Modolfum impetit, qui cum vicissim gladiô caederet, gladius Karii capulo accidebat, vnde repercussus Modolfo in carpum adsiliuit, manumque praescidit, eâque simul cum ferrô delabente, continuò se penetrans in latus hominis per costas immittebatur; vnde hic, simul exanimus, decidit. Granius Gunnaris filius pilum corripit, & excutit in Karium: qui, scutô (e) ita dessiturô vt solo infixum staret, telum adulans manu sinistra intercipit, & retorquet in Granium, illicoque scutum (f) laeuâ recipit, clypeum, quo se Granius protegebat, incidens ei pilum continuò perrupit, & femine hominis infra ipsa ilia collineato atque perfossô, ita in terram vsque penetrauit: neque ille se ab ferro valuit liberare, donec eum populares sui retractô istô soluerint, qui in (g) lacuna quadam repositum clypeis contegebant. (h) Repente homo quidam irruens ac pedem Kario suppurare cogitans cum ei ab latere propinquâsset, Biörn eidem homini manum abscidit, seque (i) continuo post Karium recepit, nihil vt ei adferre quiuerint detrimenti: Karius autem gladio in eundem illum hominem obliquè vibratô, medium ei corpus (k) distruncauit. Tum ad eum Lambius (l) Sigfusi filius adcurrens, ictum ei gladiô intendit: objecit Karius (ictui) scutum obliquum, vt nihil figeret acies: gladiô hominem (m) sub ipso pectare ita pungit, vt mucro ex interscapilio emicaret, idque necem homini importauit. Porrò ad Karium prorumpit Thorsteinn (n) Geirleifi filius, eum ab latere inuasurus:

quem

(e) sva.] C. F. M. sva sast, tanta vi.
(f) vinstri.] F. hægri, dexterâ.
(g) dæl.] C. G. dæli.
(h) skavtz at.] F. hliöp at baki Kára, ad Karium a tergo incurrens.
(i) skavtz.] G. hliöp, post K. recurrit.
(k) hió.] G. tók.
(l) Sigfússson.] E. F. P. Sigurdarson.
(m) fyrir nedan brióstit sva at út gek medal herdanna.] C. R. M. framan i brióstit &c. per aduersum (ipsum) pectus. E. P. fyrir nedan nasla sva at yddi út um bakit, ipso umbilico — ex dorso emicaret.
(n) Geirleifss.] G. Geirólfss.

quem forte animaduertens Karius, gladium (o) obliquè vibrat, ac trans- A. C.
uersos ferit humeros, ita vt corpus discinderetur. Paullò post Gunnarem 1013.
a Skàla, illustrem virum, ictu peremtorio caedit. Tres autem homines
Biörn, qui Karium conficere destinârant, sauciauerat, etiamsi nunquam eò
progressus, vt sibi quid ab iis (p) periculi fuerit; neque etiam ipse hoc in
congressu vulneratus est, imò neuter sociorum: (q) cuncti verò qui euade- p. 263.
bant, vulneribus fuerant affecti. ii se raptim in equos subjecêre, hos in
Skaptam, quantum poterant, agitauêre, tanta occupati formidine, nullam vt
adierint villarum, nullibi acta significare ausi: quos, cum (r) aufugiebant,
Karius & Biörn conuiciis inclamauêre. illi Skogahverfum orientem versus
petiêre, neque, dum Svinafellum perueniebant, cessauêre. Iis venientibus,
quod ab domo Flosius aberat, eò hinc ad quaerendos interfectores non est
itum; quanquam profectio illorum (s) summè dedecorosa omnibus videretur,
Karius Skalam profectus homicidia acta sui operis esse profitetur, decessum (t)
incolae hujus praedii & V. aliorum, Graniique vulnus indicat; vtilius mo-
nens, hunc, si retinere animam deberet, domum aliquam vehi. Quem Biörn
interficere nolle se affirmauit (u); tamen qui periret, dignum esse testatus:
qui autem respondebant, paucos ejus operâ putrefactos (interiisse) ajebant:
ille contra; (v) jam esse copiam, vti tot, quotquot (x) ipse vellet, Sidensium

(o) flæmdi.] *Plerique*, flæmdi, *quomodò & illud legendum puto.* E. P. hió, intentat ad ictum.

(p) nein vavn.] C. G. M. mannvavn, F. mannhætta, E. P. hætta, *omnia eôdem sensu.*

(q) *Hìc rursum incipit* B.

(r) vndan.] F. út á ána, in amnem.

(s) svívirdiligasta.] G. hádvligsta, E. P. hædiligsta, contumeliosissima.

(t) húsbúanda.] B. C. E. R. M. P. húsbónda.

(u) fyri mágsembar saukum, propter adfinitatis rationes, *adjicit* F. *post* hann.

(v) qvad nú kost vera.] C. M. R. E. P. qvadz kost eiga (kost hafa nú átt) sibi esse &c. (sibi jam fuisse cop.). B. svarabdi. kost á ek nú, respondit: Nunc mihi copia est.

(x) hann villdi.] Id. ek vil, volo.

A. C. (y) putrefierent: quod illi (z) male comparatum affirmauêrunt. Mox Karius 1013. & Biörn inde abierunt.

CAP. CLII.

Porrò de Kario & Biörne.

Quaerebat a Biörne Karius: Quam nunc inibimus (a) rationem? jam ego prudentiam explorabo tuam. Biörn respondit: An (æ) quam plurimi censes interesse, vt simus quam prudentissimi? Imo, inquit Karius, sic vtique res est. & Biörn: Est igitur consilium in expedito (capere): Circumducamus omnes eos (qui persequentur) velut (b) gigantes (stultos homines), nos in montana septemtrionalia abituros simulando; quam primum verò locus superior inter nos & illos intercedet, tum conversi (c) secundum Skaptam defcendámus, & quô locô nobis tutissimum fuerit visum, dum quam (d) vehementissimè quaerimur, si modo persequantur, delitescamus. Ad haec Karius: Ita faciemus, (e) & ego quoque hoc (f) praecogitaveram. Id (g) tu experiêris, ait Biörn, me non esse (hominem) consiliô vulgarem, nihilô (h) magis

---

(y) fúnadi.] Id. fúni, putrefiant.

(z) þá ill at.] F. þá þó ill at, sanè m. &c. E. þá illt at at, sic illi negotium male (infelicitet) geri adf. G. Chh. þat illa vera, hoc malè evenire adf. P. honom at þeir mundu eigi vilia lengr lifa sem fúnudu fyrir honom, ei, illos diutius viuere nolle, qui ejus operâ putrefierent, respondernnt.

(a) ráda.] C. G. M. B. bragds (bragda).

(æ) vndir því sem mest — vitraztir.] G. vid þat mest liggia — mestir, plurimum in eo positum — maximi (celeberrimi).

(b) þursa.] F. þurssu, id. K. L. þessa, hos (istos, *qui modò fugiebant*).

(c) ofan med.] B. yfir, Skaptam transmittamus.

(d) álosbýt.] E. P. mest, maxime.

(e) ok hafda ek.] C. G. M. þvíat ek hafda, nam ego.

(f) ætlad.] E. P. hugsat.

(g) reynaz.] id. virdaz, tibi probabitur.

(h) hiátækr meirr — hardrædum.] F. I. K. L. M. S. D. mer (mær) æ. cerentem (destitutum), non magis quam audis fortibus. N. — ætlag æ. (consilii) admo-

quam (i) factis fortibus. Iamque propter Skapam, vti ſtatuerant, A. C.
iduut, &, vbi pars quaedam amnis (k) in africum labitur, ad brachium 1013.
ſunt intermedium, curſu non intermiſſo, donec in Medallandiam deue-
it, & quidem in eum vliginoſum locum, qui vulgo appellatur Kring-
ir (*circularis palus*); ea nempe ſaxeto circumuenta (l) vndique eſt, p. 264.
Karius Biörnem (m) equos eorum cuſtodire, atque excubitorem agere
ego enim (ait) languore adficior (n): equos obſeruante Biörne, humi
ibit ipſe; at perpaullum quietis ceperat, cum ab illo expergefactus eſt,
quis iam conductis, & (o) praeſtò adſtantibus, Kario ita loquitur: Tu
me admodum opus habes; nunc (p) te, credo, is (q) fugâ deſeruiſſet,
on aequè animis valuiſſet atque ego; iam enim aduerſarii (r) tui huc
lequitant; adeòque nunc accingere. Tum Karius ad (s) ſaxum quod-
›romineus ſuccedente; Sed ego, inquit Biörn, vbi nunc ſtabo? Karius
ıdet: Ecce duae (t) prae manu viae; (u) vna, vt pone me adſtes, &
ı ad protegendum te, ſi cui forte venerit tibi (v) emolumento, teneas;

---

um indigum (expertem), non
qu. fortitudinis. B. H. — reynat.
(carentem) probatum, compertum
n m. qu. ſtrenuitate. || C. E.
P. Q. *omissum* meirr, *sensu ea-*
rè eâdem atque in Interpretatione.
harðvaðvm.] E. F. P. harðfeiginu,
tate.
ſ austr en ſvm, contra orientem,
rð, *inserunt* C. M. *Mox pro* landr
ıbent I. K. L. N. O. Q. S. land-
eurosquilonem. *quod an procedat,*
ertm.
allt vmhverfis.] F. allu megin.

(m) gæta heſta heirra.] E. P. geyma heſta ſína, equ. ſuos cuſt.
(n) næſta, valdè, *addit* G.
(o) hiá heim.] C. G. M. nær, propè.
(p) margr, multi (deſeruiſſent — animoſi fuiſſent), *inser.* E. P.
(q) hlaupit.] C. G. M. hleypt, concitato equo deſer.
(r) *Hic duo folia deſunt ex* R.
(s) hamarſkúta nokkvru.] C. G. M. hamarklett n. B. hamarſkútu nokkuru.
(t) fyrir hendvm.] P. til, reliquae.
(u) annarr.] P. fyrri, prior.
(v) gagni.] R. halldi, praeſidio.

altera, vt conſcendas equum tuum, & quam potes maximè, hinc te au
A. C. 1013. Hoc nolo, inquit Biörn, idque non paucis negotiis impulſus; in primi
quod forſitan (y) mordaces quaedam linguae verba jecerint ea, me, ſ
quitauero, prae animi abjectione a te deuolare: (z) deinde, quod ſcio,
tum vincere me operae pretium ducant, eòque me duo vel tres eorū
ſequentur; ſic autem ero tibi nulli commodo praeſidiove. malo igitu
adſtare, (*) meque, (a) donec fors conceſſerit, propugnare. (æ) I
tum longa interfuerat mora, cum jumenta ſarcinaria per paluſtrem l
prodigebantur, quae tres homines ſubſecuti. Karius infit: Hi non ſe
nos. Sinamus, inquit Biörn, eos praeteruehi. His itaque praetereun
(b) reliqui VI. continuò adferunt. ſimulque omnes deſiliunt ex equi
ſeque ad Karium & comitem vertunt. primus omnium accurrens G
Hillderis filius haſtam in Karium dirigit; at cum hic (d) vno calce
ſe ab ictu auerteret, non figit eum, ſed venit in ſaxum ictus: quod c
catus Biörn, ſimul haſtile Glumi detruncauit. Karius autem (Glumum)
obliquato ſtantem percutit, gladioque femori illabente, hoc ſimul cum
ſubſecat; vnde Glumus oppidò exſpirauit. Tum ſe ad Karium pro

---

(x) *Lacuna duorum foliorum in* F.

(y) uokkvrar ſkædar túngvr.] B. C. G. M. P. uokkurir túnguſkædir menn, aliqui petulantis linguae homines.

(z) hinn er annarr at.] B. hitt er annat at, id. C. G. M. enn, caeterùm hoc ſcio.

(*) ok veria — verdr.] P. þvíat gilldr mun þeim óttinn af mer, namque me haud mediocriter formidabunt (aduerſarii).

(a) medan avdit verdr.] K. M ſem aud. ꝛc. quemadmodum. C. (med þer, vnà tecum propugn.

(æ) þá var — vmfram, *neſcio* l

(b) en hinir — ok hliópv.] P rſda hinir at þeim í þeſſu ok hlupu terea illi (aduerſarii) ad eos ad continuò deſil. &c.

(c) ſnerv.] B. C. G. M. ſóttu Kar. —) petunt.

(d) á hæli.] C. af hæli.

(e) filii Thorbrandi, Vebrandus & Asbrandus: illum aduolans Karius gladio transfadigit; fubinde huic pedem vtrumque deputat. Hoc autem veſtigio ambo, Karius atque Biörn fauciati ſunt. Deinde in Karium irruebat Ketill a Marka, lanceâ petens eum; quae, Kario pedem ſubitò attollente, in ſolum penetrauit; tum in haſtile adſilit Karius, hoc interfringit, Ketilem complexu occupat (f). accucurrit (g) Biörn, eum percuſſurus. Karius autem: Fac abſtineas, inquit; praeſtabo Ketili incolumitatem, & fiat licet, (h) vt vitae ejus poteſtatem habeam, eum tamen obtruncabo nunquam. Ketill, (i) nihil ad haec referens, abiit, & ſocios (itineris) nactus, quibus res nondum erat cognita, reddit certiores. A quibus ejusdem pagi incolae acta edocti, magnâ ſubito concurſatione facta, omnium (k) confinia fluuiorum perluſtrant, tantum in montana borealia ſpatium emenſi, vti duos dies & noctem quaerendo abſumſerint: poſtea verò ſuam quisque domum rediêre. Ketill autem & (l) ſocii Svinafellum orientem verſus delati geſta illic exponunt: quem eorum caſum Floſius ferè ſilentio praetergreſſus, tamen incertum pronuntiauit, vtrum hìc (m) finis foret caedibus; eſt ſanè Karius (addit,) nemini homini, qui nunc in (n) Islandia viuit, comparabilis. A. C. 1013. p. 265.

CAP.

(e) Þórbrandſſonir.] B. C. G. M. Þórfinnſſonir.

(f) ok ſetti hann niðr hiá ſer, apud ſeque humi collocat, *addit* P.

(g) hlióp þá at ok villdi vega.] P. qvadſi dilia drepa, ſe eum velle interficere dixit.

(h) at — liſi Ketils — hann.] B. C. G. M. Ketill aptar at — liſi þínn — þik, Ketill, ſaepius, vt vitae tuae — te tamen &c. P. Ketill at ek drepi þik. þá ſkal mèr þat eigi viliandi verda, K. vt ego te occidam, id tamen mihi volenti non eueniat (volens non faciam).

(i) ungv.] B. C. G. M. fá, pauca.

(k) nordr ok ſudr, boream & auſtrum verſus, *inſerit* P. *ante* med.

(l) felagar.] P. Kompánar.

(m) ſtadar.] B. C. G. M. ſtad.

(n) Islandi.] lid. landi váru, terra noſtra.

A. C. 1013.

CAP. CLIII.

De Kario, Biörne ac Thorgeire.

Jam verò de Kario & Biörne memorandum, quod (o) in Sandum (*Arenoſa*) delati, equis ſub ferax auenae ſupercilium (p) ductis auenam pro pabulo (q) ſecuerint, ne (r) inediâ conficerentur. (s) Karius rem (de perſecutoribus) conjecturâ ſic eſt aſſecutus, vt ſimul atque ſcrutatio deſinebat, illinc ſe mouerit: noctu per pagum (proximum) adſcendebat, atque mox in montana; eandemque viam omnem, quam in orientem permeauerant, relegens, non quieſcebat, donec (t) Markam intermediam peruenisſet. Tunc ad eum Biörn: Nunc tu erga me, quaeſo, amicum age magnum (u) conjuge mea coram; illa enim ne vni quidem verbo, quod ipſe loquar, fidem habebit; (v) jam verò in eo mihi ſunt omnia (ne id fiat); eôque mihi bonam refer gratiam, quod me tibi comitem idoneum praebui. Factum volo, ait Karius. moxque aedibus adequitarunt. Materfamilias eos benignè complexa, quid noui percontatur. Biörn reſpondit: Auctae ſunt, mulier, majorem in modum turbae. Uxor parum ad haec referens ſubridebat: tum verò, Qualem ſe Biörn, inquit, erga te, Kari, praebuit? is reſpondet: *Nudus quisque tergum eſt, niſi fratrem habeat;* (x) & ſane (y) pulchrum ſe in me praebuit: tres homines vulnerauit, ipſe etiam ſauciatus; mihique per omnia, quod potest, auxiliaris fuit vt qui maximè. Poſtquam ibi tres noctes exegiſſent, Hollum profecti

(o) út, extrorſum, *addunt* C. G. M. nordr, boream verſus, *add.* P.

(p) leidá.] P. láta.

(q) ſtárv.] Id rifu, eunlſerint.

(r) ſvlti.] Id. húngri, fame.

(s) Kári — leitinni *negligit* Id. *& mox legit*, En er hætti leitinni reid hann, Vbi autem quaeſtio deſinebat, noctu &c.

(t) Miðmork.] B. C. G. M. Mark.

(u) fyrir húsfreyiv — þer vetta.] P. *tantum*, of hæla framgongu minni, & operam, lauda meam.

(v) nu.] G. þó, attamen.

(x) of gaſt — vel, *omitt.* P.

(y) vel.] C. G. M. allvel, optimè.

profecti ad Thorgeirem, quae geſta erant ſolum edocent; (z) huc enim nondum peruenerat nuntium. Ille (Karío) a) gratias perſoluit; adeò compertum eſt, quod iſta re laetificaretur. Porrò, quid adhuc eſſet infectum, quod deſignare in animo inſtituiſſet, a Karío requiſiuit. qui reſpondit: Gunnarem Lambii filium & Kolum Thorſteinis filium, ſi copia fiet, interimere (æ) certum eſt mihi: ſic XV. homines neci dedimus, quinis illis, quos (b) operâ ſociâ tu & egō perimebamus, adnumeratis. caeterùm nunc (c) habeo quod abs te petam. Thorgeire gratificaturum ei ſe, quicquid peteret, profeſſo: Volo igitur, ait, hunc vt hominem, cui Biörni nomen, quique caedibus mecum adfuit, receptes ad te; ſedeque ejus permutatâ, villam vndique perfectam hìc ei des in vicinia tua; & ſic manu tua protegas eum, nullae vt ab eo poenae repetantur; quod quidem tibi, quae tua eſt auctoritas, integrum eſt. Sic fiet, inquit Thorgeirr. Poſteaque Biörni (d) villam Aſolfsſkalum, omnibus rebus paratam, tradidit, (e) ipſe villam in Marka recipiens; illòque (f) familiam hominis omniaque inſtrumenta domeſtica tranſtulit: & omnes etiam cauſas conficiens pro Biörne, aduerſariis eum ſolidâ fide reconciliauit; (g) vnde hic poſtea, quam ante, vir multò major habebatur. Inde decedens Karius non intermiſit iter, donicum in occidentem Tungam peruenire

A. C. 1013. p. 266.

(z) þvíat — fyrr, *neſcit* P.

(a) þakkadi — feginn.] P. let vel yfir, rem laudibus proſequebatur.

(æ) ætla.] P. villda, vellem.

(b) dráþum bádir ſaman.] B. vágum bádir ſamt.

(c) bænar ſegir K. — hauſdíngaſk. þíns.] P. at ſkipta um búſtadi vid Biorn ok hafa hann í þinni vardveizlu ſvo at þeir fái engri hefnd til ꝛc. te rogabo, vt villam Biörni mutes, ipſumque protegas, ita vt aduerſarii nullas ab eo poenas ſumere queant.

(d) bú algert.] P. *tantum*, bú, I. K. L. N. O. Q. S. búſtad, domicilium (Aſolfsſkali).

(e) en hann — búferli hans, *omitt.* P.

(f) bú.] C. G. M. ſiálfr hión, ipſe familiam.

(g) þótti — fyrir ſer, *neſcit* P.

A. C. niret ad Aſgrimum Elliðagrimi filium. (h) Is Karium inſigni benevolentiâ
1013. excepit, & omnes, qui in cædibus euenerant, caſus edoctus ab eo, magnopere applaudebat; quidque porrò cogitaret, interrogauit. Karius reſpondit: (i) Deſtino aduerſarios peregrè perſequi, (k) eisque ſic imminere, & ſi qua occaſio mihi dabitur, interficere. (l) vnde Aſgrimus eum nemini fortitudine comparabilem affirmauit. Ibi Karius per aliquot noctes commoratus, ad Gizurem *Album* proficiſcitur, ab eoque ambabus vlnis receptus, hic aliquamdiu manet. Dein Gizuri ſe in Eyras (*) deſcenſurum innuit, ab eoque ſub diſceſſum eximio gladio donabatur. Mox in Eyras degreſſus, hìc ſibi (m) copiam nauis a Kolbeine (n) *Nigro* pactus eſt, (o). Erat hic natione Orcadenſis, antiquus Karii amicus; vir in rebus gerendis ardentiſſimus atque ſtrenuiſſimus: qui admiſſo magnis amplexibus Kario, ambos eandem (ſe ac illum) ſubituros fortunam eſſe profitebatur.

CAP.

(h) Þann tók — vel, *negligit* id.

(i) ek ætla.] C. G. M. at Þan ætladi, ſe conſtituiſſe.

(k) at Þeim ok drepa Þá ef ek fæ náð Þeim.] Iid. um at drepa Þá ef Þan náir, id. P. fyrir Þeim ef ek mætta drepa eun einn eda tvo fyrir Þeim, eisque ita inſidiari, ſi forte contigerit mihi unum etiam aut duos eorum interficere.

(l) Aſgrímr ſagdi — nú vſan á Eyrar, *excludit* Idem.

(*) vſan.] C. G. M. út, extrorſum eſſe profecturum.

(m) ok tók ſer Þar fari.] P. Síðan tók Þán ſer far, Deinde ſibi cop. n. &c.

(n) ſvarta.] Id. hvíta, Albo.

(o) *Sequentia ita legit* P. ok fór á ufan mánudi ſeinna enn Þeir Floſi figldu af Íslandi. Þeir Kári komu til Hialltlandz ok Orkneyia ok frettu Þar um ferdir Þeirra Floſa. ok Þat at Þeir væri komnir til Hroſſeyiar. peregrequè abiit poſt vnum menſem, quam Floſius ac ſui ex Islandia nauigauerant. Deuenerunt Karius & ſui ad Hialltlandiam & (deinde) Orcades, ibique de itineribus (nauigatione) Floſii & ſociorum cognouerunt, ſimulque illos in Hroſeyam eſſe delatos. *Ita tota penè duo ſequentia capita ignorat. Confer tamen initia Cap. CLVI.*

CAP. CLIV.

A. C. 1013.

Peregre abitio Flosii.

(p) Interea Flosius in Hornafiördum orientalem proficiscitur, & curiales sui plerique ipsum comitantes, merces suas, & caetera commeatûs, omnia denique, quae secum portaturi erant, illô deuehunt. Mox iter apparant, ac nauim, Flosio ad stationem, donec parati fuerunt, agitante. Idoneam autem nacti ventum pelago se commiserunt: at longinquâ nauigatione (q) grauique tempestate vsi, tandem, quò ferrentur (r) penitus ignorabant. Accidit aliquando, vt tres ingentes fluctus (s) quodam in loco nauim deinceps inundarent: vnde Flosius eos alicubi ad terram accedere judicauit, hosque fluctus e breuibus erigi. verùm caligo incumbebat magna, tempestasque adeò increbuit, vt vehementi hyeme circumfusi, terram haud ante senserint, quam in eam nauis ejecta est nocte aliquâ: & ibi (t) nautas quidem, at naui minutim collisâ, nihil oneris seruare contigit. Tunc paranda sibi calefactione opus habuêre. postridie autem in editum quemdam locum conscenderunt, aëre tunc demum temperato. Flosius, (u) numquis hanc terram recognosceret, percontatus. aderant duo, qui antea (illuc) nauigassent, seque certò noscere affirmarent; ac delati nos (ajebant) ad Orcades, & quidem in Rosseyam, sumus. tum Flosius: Nanciscí potueramus commodiorem terram, p. 267.

(p) *Sic incipit caput in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka er Flosi er at þeir ríða austr ꝛc. Iam verò de Flosio (& suis) repetendus est sermo. hi in — proficiscuntur.

(q) harða.] B. C. G. Chh. illa, foedâ.

(r) hvndvillir.] B. hafvillir, per oceanum, nesciebant.

(s) nokkvr *excludunt* C. G. & M. *hic & infra.*

(t) borgit mannvm.] lid. & B. mannbiorg.

(u) nokkvrr kendi land þetta.] C. M. G. þeir (menn) kendi l. þ. er farit hafðu áðr landa á milli, num ii (homines) hanc terr. recognoscerent, qui ante commeauerant (inter terras l. vltro citroque),

A. C. 1013. quippe Grimus & Helgius filii Nialis, quos ego peremi, ſatellites erant Sigurdi dynaſtae, filii Hlödveris. Dein (v) latebras quaerunt, ſeque muſco tegunt euulſo: atque ſic parumper, at haud ſanè (x) diu delituerant; cum Floſius ait: Ne diutius hîc jaceamus, ita vt compertum incolis fiat. Itaque ſurgunt, quid faciant, deliberantes. tum autem ſuis Floſius: Eamus nos dynaſtae omnes deditum; nihil aliud enim ad ſalutem (y) facit noſtram, cum caeteroquin etiam dynaſta vitae noſtrae habeat poteſtatem, ſi modo perſequi voluerit. Mox omnes inde digreſſi, monente illo, ne cui hominum geſta (z) ſuive itineris euenta prius, quam ipſe dynaſtae diceret, enuntiarent; vſque eò perrexêre, donec qui viam ſibi monſtrabant in (a) oppidum, nanciſcerentur: tum ad ipſum dynaſtam adierunt, eumque Floſius ac caeteri omnes ſalutarunt. interrogat dynaſta, qui ſint hominum? nomen ſuum Floſius eloquitur; ſimul, ex quo (Islandiae) pago ſit, indicat. Dynaſtes, ad quem incendii fama praeueniſſet, continuò agnoſcit homines; & a Floſio quaerit: Quid mihi de Helgio Nialſonio ſatellite meo narras? Hoc, ait ille, quod ego ei caput detruncaui. Tum dynaſta, (æ) Hos omnes, inquit, comprehendite. ſtatim ita eſt factum. Hoc autem veſtigiô Thorſteinn filius Halli ab Sida, cujus ſoror Steinvöra vxor Floſio erat, ſatelles Sigurdi dynaſtae, interueniens, & Floſium prehenſum conſpicatus, ad dynaſtam accedit, ſeque Floſium omnibus, quas habebat, redemturum (b) facultatibus profitetur. dynaſtes (c) maximâ quidem ac pertinaci commotus irâ fuit, ſed tamen eò (d) demum res venit ſuaden-

(v) fylgnis.] B. fylſknis. Chh. fylſnis. C. M. levnis. G. iunis.

(x) lengi.] D. C. G. I. lánga.

(y) gerir.] C. tiár, confert.

(z) eda frá.] C. M. af, de itineribus ſuis. ɔ; quae in nauigatione ſua euenisſent.

(a) biarins.] Chh. bœarins. C. G. M. Jarls, (ad) dynaſtam.

(æ) mælti. taki þá.] Iid B. bad taka þá, eos comprehendi omnes juſſit.

(b) góds, *excludunt* C. K. L.

(c) reidazti.] C. G. M. erfidazti, (diu) prorſus inexorabilis.

(d) um ſidir.] Iid. at lyktum.

tibus vnà cum Thorſteine viris optimis, qui quia gratiâ valebat ami- A. C. 1013. p. 269.
, multi cum eo ibant deprecatum; (e) res eò igitur venit vt Flo-
k reliquos omnes dynaſta in gratiam reciperet, atque incolumes praeſtaret;
ıac in re potentium conſuetudinem (f) ſecutus, vti Floſius eas, queis
s filius Nialis functus fuerat, officii partes (g) obiret: qui ſic in ſatel-
dynaſtae adſcriptus magnam ejus gratiam (h) ſibi celeriter conci-

CAP. CLV.

Peregrè abitio Karii.

dimidium menſem, quam ex Hornafiördo Floſius ac ſui, Karius & ın *Niger* ex Eyris (i) ſoluerant; & ſecundiſſimis ventis per mare breui is ſpatio delati, portum in Fridareya *), quae Hialltlandiam & Orcades ıer, capiebant. Accepit hoſpitio Karium vir quidam nomine (k) Dauid hic eum cujuscunque de itinere Floſianorum factus certior erat, ſingulari ſe in eum beneuolentiâ praebens, apudque illum Karius abat. Interim de omnibus, quae (l) occidentem verſus in Roſſeya ıur, nuntios accepere. (m) Inſtante feſto *Natalitii* Sigurdus dynaſta

---

om þá ſva, *omnes codices, praeter* gunt.

f ſit, ac morem, *add.* G.

ɔeſt i.] C. M. g. undir, ſubiret.

vndir, ſuſciperet.

er bráttr.] B. ſtiótt, celeriter in- in magnam &c.)

tv-út.] G. ſogdu út.

Dávíd.] C. *ſemper*, Dagvidr.

(l) veſtan.] C. G. auſtan, orientem verſus.

(m) *Hoc membrum in* C. G. M. *ſic incipit*: Nú er þar til máls at taka er Sigurdr Jarl (er at han *add.* G.) bavð it. Nunc dicere ordiendum eſt, quod Sig. dyn. inſt. feſt. &c.

*) *Id eſt* Pacis inſula, *quae fortè eadem ac inſula* Ocioſorum; *cujus meminit Buchanans in Hiſt. Scot. p.* 25.

A. C. 1013. Gillium Comitem sororium suum ex Aebudis ad se insitauit; hic (n) Svanlögam in matrimonio habebat sororem Sigurdi dynastae. Tum & rex nomine Sigtryggus ad Sigurdum dynastam ex Hibernia venit, filius Olafi Quaranis. Mater autem Kormlöda nominabatur, quae omnium foeminarum venustissima, omnibusque, quae non ex ipsius arbitrio pendebant, dotibus (o) ornatissima: omnibus rebus verò in sua potestate sitis malè praedita vulgò perhibetur. Rex erat nomine Brian, cujus illa vxor, verum jam (p) ab eo dimissa fuerat. (q) hic omnium (r) regum ingeniô optimus. in Hibernia (s) vrbe Connaciae (capite) residebat. Ejus frater Ulfus Hræda (*Terror*), athleta celeberrimus & homo militaris. Alumno Brianis nomen erat Kerthialfadus: hic fuit filius (t) Kylveris regis, qui praeliis cum Briane rege compluribus gestis hujus operâ ex regno profugus in monasterium confederat: Brian autem Romam pedibus iter faciens Kylverem regem nactus in gratiam
p. 269. eum eo rediit, & filium ejus Kerthialfadum (educendum) recepit; majorique hunc benevolentiâ, quam suos filios complectebatur. idem (Kerth.) cum (u) hac

(n) Svanlavgv.] B. Kormlodu, C. Hvarfaudu, *quae duo idem esse videntur. Verùm suprà Cap. XC. vocatur soror Sigurdi* Mercidr: *adeoque Gillius duas ejus sorores in conjugio deinceps habuerit.*

(o) at ser ordin.] K. at ser báin. C. G. *tantum*, ordin.

(p) skilit.] B. G. Chh. skilin. C. skild.

(q) þvíat, nam, *praeuiisunt.* D. H.

(r) konónga.] D. Chh. manna, hominum.

(s) Kunnáttaborg.] *Ita legis* C. *quod rectissimum videtur. In Vita regis Magni Nudipedis in libro* Hryggiarskycki *semper nudis* Kunnáktir *& nomen prouinciae* (Connaciae, Connaugt) *& opidi ab ea denominati.* || A *& plurimi habent* Kantaraborg, *&* G. Kantarabyrgi; *de qua lectione* G. Pauli *verba sunt: Potest quidem, vt in Hibernia quoque hoc nomen* [oppidi] *fuerit; at nihilo minus credendum, hoc vocabulum, vt vulgò notum, pro altero in cod.* C., *irrepsisse. imò hanc vrbem* [Cantuariam] *huc ex Anglia falsò translatam arbitror.*

(t) Kylfis.] B Kylas, *vtrobique.*

(u) þetta var tídinda.] C. G. M. *hæc var komit sogunni, quae hîc narrantur, euenisse.*

haec gerebantur, adultus, multo (v) maximam virtutis opinionem habuit. A. C. Filii Brianis regis vocabantur Dungadus, alter Margadus, tertius Tactus, 1013. quem (noſtrâ linguâ) (y) Tannum dicimus: hic illorum natu minimus: primaeui autem régis filii (z) maturâ jam aetate fuerant ac longè ſtrenuiſſimi. Nullos ex Kormlöda rex Brian liberos genuerat. ea verò poſt diuortium adeo infeſta regi erat, vt (a) necem ejus ardentiſſimè cuperet. Exilii damnatis ab ſe (æ) eorundem impunitatem criminum ter dedit Brian rex; verùm ſi ſaepius deliquiſſent, tum eos legibus (b) condemnari fecit: ex qua re, (c) qualis ille rex fuerit, colligere licet. Kormlöda filium Sigtryggum vti regem Brianem interficeret, etiam atque etiam cohortata, jam eum ad Sigurdum dynaſtam auxilia petendi gratiâ legauit. Peruenit rex Sigtryggus ante ipſum Natalitii feſtum in Orcades: quò etiam Gillius Comes, vti ſuprà eſt demonſtratum, aderat. Ita diſpoſiti conuiuae erant: Rex Sigtryggus in medio ſolio, huic dynaſta & Comes, alter dexter, alter ſiniſter, conſidebant: intra ſolium ſatellites regis & Comitis Gillii; ab exteriori latere Sigurdo dynaſtae adſederunt Floſius & Thorſteinn Halli Sidenſis filius, omnibus triclinii ſedibus occupatis. Rege Sigtryggo & Gillio Comite, quae circa incendium (Nialianum), quaeque poſt illud factum, geſta fuerant, audire cupientibus; Gunnarr Lambii filius, qui memoriam earum rerum proderet, eligitur, ſella (d) quam inſideret, deſtitutâ.

CAP.

(v) frœknaſtr.] *Ita* B. C. G. M. *ſed* A. D. & Chh. friðaſtr, pulcherrimus, *i. e.* fortiſſimus.

(x) Takkr.] C. Tabkr. G. Tadr.

(y) Tann.] B. G. K. Tanna. *Hujus nominis (nempe* Tanni*) pauci occurrunt in hiſtoriis noſtris; illius verò (ſc.* Tanni*), quod ſciam, nulli.*

(z) fromvaxta.] B. fullvaxta.

(a) feigan.] C. fánga deceptum eum.

(æ) inar ſamv ſakir.] B. C. G. ina ſamv ſok, ejusd. — criminis.

(b) dœma.] B. drepa, ſupplicium de iis ſumi.

(c) hvíliſtr.] I. M. N. O. Q. S. hverr, qui. K. L. hverſu ágætr, quam inſignis.

(d) miſſi, magna, *addit* E.

A. C. 1013.

Cap. CLVI.

Caedes Gunnaris Lambii filii.

(e) Hoc ipso tempore Karius, Kolbeinn & Dauid *Albus* in Rosseyam cunctis inopinantibus veniunt: egressique protinus (f) in terram, paucis nauim custodientibus, (Karius atque socii) ad sedem dynastae continuò ingrediuntur, (g) & ad palatium sub ipsa compotatione adsunt: (h) concurritque, vt p. 270. Gunnarr eodem tempore narrationem incendii proferret ac isti foris constituti auscultarent. haec autem res ipsâ *Natalitii* die accidit. Rex Sigtryggus interrogat: Quomodo tulit Skarphedinn (i) vstionem? Diu quidem fortiter, ait Gunnarr, tamen ad vltimum flebat. adeo hic narratum omnem deflexit in pejus, (k) quin (l) multa est ementitus. Quod haud sanè ferens Karius cum stricto gladio sese intrò corripit, & hoc fundit carmen:

(m) Laudibus extollunt [homines] ad praelia promti
(Quid audiêre fundo eâ de re viri

Quomo-

(e) C. R. M. *praemittunt*, Nú er þar til máls at taka er Kári er. Nunc sermo repetendus est de Kario.

(f) vpp á land — þegar, *omitt.* P.

(g) Þá sat þar Sigurdr Jarl. Þeir komv ꝛc. Tunc ibi sedebat (aderat) Sigurdus Dynasta. illi ad &c. *legit* Id.

(h) Þar var kominn Sigtryggr Konúngr ok Gilli Jarl ok villdu heyra — * stóll (*in fine cap. praecedentis*). Ibi (quoque) aderant Sigtryggus rex & Gillius Comes, iique quae circa — cupiebant &c. *hic inserit* P. *& post* stóll *addit* mikill, magnâ, (*sicut* E. *suprà*). *Tum verò pergit*: Nú er frá því at segia at Kári kom at Hallinni ok Gunnarr * var at sogunni ꝛc. Iam vero dicendum, quod Karius venerit ad aulam, & Gunnarr in narrando fuerit occupatus. * *Ita quoque legit* E. *pro* at segia — savgvna.

(i) í brennvnni.] E. P. brennuna.

(k) en ló — frá, *nescit* P.

(l) mikt, valdè, *inserit* E. þó, imo, *addit* G.

(m) *Ordo verborum, quem hoc in carmine recepi, talis est* α): Hilldar 1) fúst (skatnar) hrósa Miáls brennv. 2) hvat hafa skatnar 3) til 4) fregit, 5) hve ráfála rennendr 6) rákv. Vidheims 7) veti

Quomodò equòs habiles antennis pellere docti
Hoc vindicarint?) Njalianum incendium. A. C. 1013.

veti β) Miorðvm 8) varðat ſíðan 9) at þat 7) golldit 10) ſlæliga. hrafn 11) gat at ſlíta 12) hrátt hollð.

1) Q. fyſir, id. 2) P. hvatt, id. *ſed deteriore Orthographiâ: niſi malis* hvatt *pro* celeriter *capere.* 3) P. vm, id. 4) B. fregnat, id. Q. fregna, relationum (quid, ɔ: quas relationes habent homines de ea re?). 5) P. hvor — rekr, quis — vindicet. *ita ergo* ráſáka rennendr *ad primam ſtrophàm referendum, quod & valet de ſubſequenti lectione.* 6) B. C. I. K. ráðvm, vindicauerimus. R. ræki, vindicarent. 7) B. D. G. vætti, H. L. vætta, *de quibus lectionibus confer not.* β) *infra.* C. E. M. veiti (P. veitti). *quod neceſſitatem adfert, vt* þó víðheims *pro* igne *capiatur, &* veiti Miðir víðheims *ſint* praebitores (l. homines largi) ignis: *ita quidem a ſingulari facto denominati, nimirum incendio Nialiano, adeòque* incendiarii. Veiti *ſaepe malam in partem ſumitur, nam eôdem ſenſu dixerunt veteres noſtrates* veita mein, *ac Latini* damnum dare, malum inferre; *ideoque hìc bene conſiſtit de illatione ignis. Alias idem hic in bonam partem accipi poteſt, ſi per* víðheim ignem, *vt ſupra, at per ignem rurſus* gladium *intelligas.* || F. vetki, nihil; *quando duae negationes* (at & vetki) *non adfirmant, ſed durius modò neganr. Videſis* Hymisquidam *verſ. XXXII. ſtr. 7. & ad hanc Doctiſſ. G. Magnaeum. Caeterùm hìc per prius negatiuum quaeri poteſt,* Contigitne —? || K. víga, caedium, pugnarum. *vnde* víðheims víga-Miðir viri gladiis pugnantes l. caedentes: *vel, quaſi* Viga-menn, homines in caedibus ſtrenui (caedibus dediti, nobiles). || N. veiga, liquorum; *per Synecdochen*, maris, *cujus* ignis (víðheimr) *eſt* aurum. || S. veli (Miðvm víðheims) curantibus ignem (gladios) viris ɔ: *incendiariis l. praeliatoribus. nam* vela vm, curare, *dicimus.* || Q. neti — nyðheims, *penitus obſcurè.* 8) K. varða, id. & *mox vitioſè addit* ek. 9) B. at því, ea de cauſa. E. um þat, propterea *l.* ea de re. || P. at þeim. *vbi* þeim, illis (*qui ſc. gloriantur incendio*) *ad dativ.* Miorðvm *referri debet; ſed* at *eſt ſuperfluum.* 10) I. K. L. N. Q. S. ſlæmliga, nequiter, (ignauiter). 11) F. nam, *verb. auxil.* 12) P. hart, acriter (diſcerpere).

α) *Contrà doctiſſ. G. Pauli priorem carminis partem hunc in modum diſpoſuit:* Hilldar fúſir (ſkatnar) hróſa, hve ráſáka rennendr ráðv (ræki) Miálsbrennv. hvat haſa (ſkatnar) til fregit? i. e. *Promti ad praelia (homines) gloriantur, quemadmodum*

A. C. 1013. Contingebat, iis, ſua qui teſtantia Martem
Ignita geſtant tela, deinde poſtea

(Crudas

modum antennarum equorum (nauium) actores (viri) geſſerunt (executi ſunt) *incendium Nialis*, quid de ea re inaudierunt (viri)? *Quae diſpoſitio mihi non probabatur, cum quod admodum jejuna ſit quaeſtio incidens, neque quò ea tendat, intelligam; tum quia optimi codices illam prorſus reſpuant, & receptum a me vocum ordinem vnice admittant; caeteros taceo, qui aeque vtrumque.* β) *Pro vocabulo* veti *ſuppoſuit G. Pauli* væti, *nullam reliquarum lectionum faciens mentionem; &* vidheim clypeum *explicauit, nulla ratione adducta: quam neque ego video, niſi fortè compoſitam putes vocem iſtam ex* vidr *lignum, quod per homonymiam vocabuli* aſtr (*aeſculus, fraxinus*) *pro* gladio *capere licet, &* heimr *mundus, per Synecdochen* tellus: *tellus enim gladii* ſcutum *denotat. Iadeo per* vidheims væti Nirdi *intellexit eos qui clypeos* madefaciunt (*ſanguine ſc.*) *viros. Alibi ille* vita pyram *pro* veti *ſubſtituit,* vidheim *pro mari capiens, & conſequenter vtrumque ſimul pro* auro. *neutrum quidem ineptè, ſi modò iſtae lectiones in aliquo libro adparerent: at nullibi adparent. igitur, quas habemus, eae ſunt ventilandae.* Veti *quid ſit, nullus ſcio; verùm arbitror hoc & eſſe & accipi debere idem quod* vætti; *nam vt ę pro æ in Textu noſtro hic illic deprehenditur, & alias non rarò ſubſtituitur; ita ſine dubio vel alterum t mendo typographico excidit, vel punctum geminando vnico t adpoſitum in membrana non apparebat. Reſtat igitur, vt videamus de* ƀæ vætti. *hoc hìc variò modò capi poteſt:* 1) *poſitum forte ſit pro* viti, *quae vox proprìè* indicem, *deinde quamlibet* pyram *ſignificat, & deſcendit a verbo* veit *ſcio, ſpecto; a quo verbo etiam profectum eſſe* vættr, *index, teſtis, veriſimile eſt; vnde denique formatum eſt* vætti, *indicium, teſtimonium. Ita* vidheims vætti, *ſ. ignis oceani,* aurum *deſignaret.* 2) *Si deducatur a* vættr cuſtos, *vel, quod forte rectius, a verbo* vega, pugnare, caedere, *tum erunt* vidheims vætti *l.* vætta Nirdr (*viri*) gladiorum cuſtodes *ſ.* conſeruatores, *vel* gladiis pugnantes, *aut* caedentes. 3) *Si denique a* váttr *ſ.* vottr; *notione vulgari* teſtimonium *denotat, atque hoc per Metonymiam* vocem *ſ.* ſermonem; *quae gladiis adſignata* crepitum *&* ſonitum *eorum in pugna, adeoque ipſam* pugnam, *ex regulis poëticis, deſignant. Sic* Nirdi, *o domini, ſ. potentes gladiorum, teſtimonium dicentium, ſunt* homines pugnatores; *per quos hic intelligi debent incendiarii. Sed paenè exciderat mihi rationem reddere, quemadmodum* vidheimr *pro* gladio *accipi queat. id fit per climacem homonymiae, nos* vetit *appellamus: nimirum*

ſcrò

(Crudas obtinuit coruus diſcerpere [eorum] A. C.
Carnes.) referri gratiam haud ignauiter. 1013.

ſverd gladius *etiam vocatur* ellðr ignis; *huic ſynonymum* vágr, *quod* mare *quoque ſignificat* (*ſecundum* Alvíſſmál *in Eddâ Sæmundinâ, de quâ homonymiâ nihil eſt, quamobrem quis dubitet; nam ex ipſa rerum naturâ & vocabuli origine, ſi opus ſit, probari poteſt*: & *illam quoque hoc adſerit, quod* tranquillitas aëris malacia*que eodem nomine ac* nubes *a Vanis adpellata* ſunt, *nimirum* vindflot *ſ.* vindflot; *necnon* mare *ac* frumentum *ab Alfis* lagaſtafr): *hâc autem mare denominatur* víðheimr, *i: vaſta regio, vel* (*ſi mauis compoſitum ex* víðir, *mare, proprie oceanus,* & heimr *mundus*) oceani regio, *quemadmodum illud alicubi in* Skàlda *vocatur* geima heimr, *cum tamen* geimr (*l.* geymr) & geimi *per ſe mare denotent. Caeterum talem homonymiae climacem vt ab recentioribus effictum putet nemo, ſed Veteribus non notum & licitum modò, verum etiam vſitatum fuiſſe, operae videtur documento adferre haec ex Skàlda*:

Hólmleggiar vidr hilmir
Hringſkeglar mik þeglan.

Quae Auctore ipſo duce ita ſunt exponenda: hólmr *inſula, per Synecdochen* terra; *hujus* leggr, *ſ. offa,* ſaxum; hilmir, *ſ. rex ſaxorum,* nanus, *qui nobis* dvergr *audit; & quidam nanus fuerat nomine* Litr, *teſte Voluſpâ:* litr *autem* colorem, *item formam & pulchritudinem, notat, adeò ſenſus iſtarum ſtropharum hic eſt genuinus:* Color ſ. forma mulieris facit me taciturnum. *Aliud exemplum taceam (nam ſi integrum adſcriberem, nimis longus forem), vbi climace homonymiae in nonum vſque gradum adſcendente, vocabulum* tre lignum *pro* ull lana *poſitum inuenitur. Vnde improbaueris nemo, quod ego me hac ratione ex praeſenti necnon aliquot ſupra dubiis locis expediuerim: quin forte multa, ſi eandem agnoſcere nolumus, intelligere potuerimus nunquam.* γ) At þat i: eptir þat, [*quandò ſc.* at *cum accuſatiuo conſtruitur*] poſtea, *vt in* Höfudlauſn [*ſtropha* V.] & *paſſim alibi.* [Gudrunar-quida Ima: at maug (ſuſor) daudan, poſt *virum* (*regem*) *mortuum.* & 2da: at iſfur fallinn, poſt *regem occaſum.*] Síðan, *pleonaſmus, vt* [*in Snorr. Sturl. Tom.* 1. *p.* 132. *ed. Havn.*] Víðfrægr at þat síðan. [*Item in* Völundarquida: Sátu síðan ſiau vetr at þat, *Sedebant* deinde *ſeptem hyemes* poſtea]. & *in quotidiano ſermone* eptir á ſeinna, deinde poſterius. *G. Pauli. At nihilo minus hic requirere videtur ſenſus, vt* at þat *vertatur* de eo: *quod & Doctiſſ. G. Magnaeus obſeruauit in* Höfudlauſn *l. c. & etiam Doctiſſ. I. Olauius in Snorrio l. c. quando* at þat *per* deraf *interpretatus eſt.*

A. C. 1013. Quo dicto introrſum per triclinium decurrit, collum Gunnari Lambii filio percutit, idque tanta (n) violentia, vt caput hominis in menſam ipſam ante regem (o), dynaſtam & Comitem euolaret, totaque menſa & amicula dynaſtae & Comitis ſanguine replerentur. Sigurdus dynaſta, homine qui caedem fecerat recognito, Prehendite, inquit, Karium & trucidate. Hic autem ſatellitis officio apud dynaſtam olim functus quod omnibus longè cariſſimus erat, (p) nemo, quamuis (q) id praecipiente dynaſta, eò magis ſurrexit. ſed ipſe fatur: Pleſique, domine, cenſuerint, hoc me tuo nomine ad vindicandam ſatelliţis tui (r) mortem deſignaſſe. Floſius ſuſcipit: Neque hoc ſine juſta cauſa patrauit Karius, (s) is nullam adhuc nobiscum iniit compoſitionem, atque adeo egit quod oportebat ipſum. Sic digreſſus eſt Karius, neque, vt eum inſequerentur, euenit: ſe cum ſociis ad nauim refert; miti ſecundoque aëre ad Kataneſiam auſtrum verſus nauigant; in Thraſuicum egreſſi nobilem virum nomine Skeggium adeunt, quìcum adeò diu commorabantur. (t) Orcadenſes repurgatis menſis mortuum extulerunt. (u) Caeterum dynaſtae nuntiatò,

(n) ſnart.] C. R. ſnogt (ſuskt).

(o) Sigtrygg, *addit* P. *ſed mox* ok — Jarlanna *excluſis, habet*: Sigurdr Jarl mællti til Kára þvi hann þekkti hann fyrir þetta. ok ſkalltu deyia. ok hand ſinum monnum at taka Kára ok drepa. Kári var ſva vinſæll af monnum at engvir ſtodu vpp ꝛc. Sig. dynaſta Karium interrogauit, quare eum (Gunnarem) hac de re caſtigaret: atque tu (inquit) moritor. ſuisque juſſit Karium comprehendere atque occidere, ſed erat Karius adeò gratioſus, nulli vt — ſurgerent.

(p) ſtód engi vpp.] R. vard þvi eigi vpp ſtadit, ideò, —, non ſurgebatur.

(q) ræddi vm.] B. R. taladi til.

(r) Helga Riálsſonar, *addit* G.

(s) er han aungum manni liſt til atburda, qui (alias) nemini comparandus eſt in rebus gerendis (virtutis operibus edendis) *inſerit* G. *& mox legit* ok er han *pro* han er, & is.

(t) þeir i Orkneyium.] C. R. M. Nú er þar til máls at taka at þeir i Eyiunum, Iam verò de inſulanis dicendum: ii purgatis *&c.*

(u) Jarli — Skotlandz, *ignorat* P.

tiatô, Karium & ſocios meridiem verſus ad Skotiam velificatos eſſe; rex Sigtryggus loquitur: (v) Iſte verò homo fortitudine fuit mirâ, qui adeò (x) ſtrenuè rem egit, neque dubitauit. Sigurdus dynaſta reſpondet: Nemini homini Karius, qua eſt celeritate atque (y) audaciâ, comparandus eſt. Tum Floſius incendii commemorationem ingreſſus de omnibus (z) aequiter referebat, illique habita fides eſt. Poſtea rex Sigtryggus (a) cauſam aduentus ſui Sigurdo dynaſtae innuit, ac belli cum rege Briane gerendi ſocius vt adjungeretur ſibi, poſtulat. hic (æ) diu quidem inexorabilis, (b) tandem tamen operam condicere adductus eſt, his legibus adjectis, vt mater illius ſibi nuberet; ipſeque, ſi Brianem ſternerent, rex Hiberniae fieret. quam ad rem deſcendere omnes dynaſtam dehortabantur; verùm (c) fruſtra. nam ſic ab inuicem diſceſſum eſt, vt Sigurdus expeditionem receperit, rex autem Sigtryggus matrem ei conjugem & ſceptrum deſponderit: ad hoc praefinitum, vti dynaſta ſuis cum copiis omnibus (d) Dublinum die ſolis Palmarum adforet. Iamque rex ad auſtrum in Hiberniam reuerſus, matrem Kormlödam edocet (e) aſſociatum ſibi dynaſtam eſſe; ipſeque quae hujus rei gratiâ promiſiſſet. Laudabat id quidem regina, ſed ampliora tamen ſe filiumque (f) auxilia contracturos oſtendebat. a Sigtryggo, haec vnde ſperare queant, inter-

A. C. 1013. P. 271.

(v) herdimadr mikill.] Id. hardr madr, — homo ſtrenuus fuit.

(x) ravſkliga.] E. P. hrauſtliga.

(y) áræði.] P. hreyſti, fortitudine.

(z) mønnum, hominibus, *add.* B. C. G. M. *Mox poſt* vel *addit* F. orð, (commodo) ſermone.

(a) eyrindi ſitt.] B. C. E. R. M. P. eyr. ſín, cauſas.

(æ) fyrſt, primùm, *inſerunt* Lid.

(b) at ſeinuſtu, *addit* F. um ſídir, C. G. poſtremùm.

(c) tydi.] B. C. R. Chb. tiádi. E. tióadi.

(d) Dyflinnar.] G. Dyflarinnar.

(e) at Jarl hafdi í gengit.] C. — hafdt honom jáð, — operam ſpopondiſſe. E. P. at Jarl mundi koma, dyn. eſſe ad ſe venturum. R. kaup peirra Jarls, contractum ſuum cum dynaſta.

(f) lid.] C. G. afla, opes.

A. C. interroagta; binos piratas (g) ab occidente Monae, classe xxx. nauium, excu-
1014. bare docet; qui quidem (ait) sunt adeò strenui, nihil vt aduersus eos consistere valeat; alter Ospakus, alter Broder nominatur: tu ad hos adeas, & nihil reliqui facias, quod ad (h) conjungendum eos tecum pertinet, (i) qualecumque ob id praemium postulârint. Deinde rex piratas quaesitum it, & vltra Monam inuestigatis, quid sibi negotii sit, maturè profert. Broder verò ad eum sipem recusauit, quoad rex ei regnum, matremque (in conjugium) paciscebatur: quae res (tamen) adeò tacitè habereror, vt Sigurdus dynasta nihil subsentiret. caeterum & Broder (k) Dublinum (l) die solis Palmarum aduenirer. Rex Sigtryggus domum reueniens ad matrem, quò res deducta sit, ei renuntiat. Post, vbi Ospakus & Broder sermonem conferebant, hic illi suum cum Sigtryggo colloquium enarrat; sibi vt socius ea cum rege Briane depugnatum, orat; hoc plurimum sua interesse dictitat, verùm Ospakus se aduersus (m) tam bonum regem laturum arma negat: hinc irâ succensi ambo, communes statim copias diuidunt; hic X. naues, ille XX. retinet. Erat Ospakus religioni ethnicae deditus ac homò longè sapientissimus. Hic suas naues in interiora freti egit; Broder autem ad (n)
p. 272. vlteriora consistebat. Qui religionem Christianam olim amplexus, atque diaconi officio functus, eam rejecerat, (o) factusque Dei maledictor, nunc gentilia numina cole-

(g) veſtan.] B. C. utan, vltra Monam.

(h) ſoma þeim ſ.] K. L. — ſ málit, insinuandum eos in societatem.

(i) hvat ſem þeir mæla til.] R. hv. ſ. loſtar, quanticunque id steterit.

(k) með her ſinn, cum copiis suis, *inferunt* C. M. *auxe* til.

(l) fyrir, ante (diem) *infer.* E R. P. *moxque* E. P. *legunt* pálmadag, diem palmarum.

(m) ſva góðvm.] I. K. L. N. O. Q. S. iafngóðvm.

(n) vtan.] Iid. vſan. *obscurè.*

(o) gerðiſ.] C. F. K. L. M. gerſt (giorſt).

colebat: erat (p) multò omnium artis magicae peritissimus; armaturque instructus militari, qui omne respuebat ferrum; porrò & staturâ grandi & magnis viribus; promissâque adeo comâ, vt eam balteo (q) subtexuerit, colore nigricante. A. C. 1014.

CAP. CLVII.

De Prodigiis.

Accidit nocte quadam, vt sonitus supra Brodere ac suis tantus existeret, vt expergefierent omnes, (r) raptim surgerent, vestes induerent. simul in eos feruenti sanguine pluit, & quanquam se scutis protegebant, multi tamen ardore sunt correpti. (s) hoc prodigium ad lucem vsque tenuit: vnusque homo in singulis nauibus oppetiuerat (t). Sequente igitur die dormiebant. Proxima verò nocte strepitus iterum fiunt; & surgunt etiam vniuersi: tum gladii sua sponte vaginis excurrere; secures & hastae sursum euolantes pugnam facere; quin haec arma tam vehementer homines vrguere, vt tueri se necessum haberent, nec pauci tamen sauciarentur. Vnum etiam singulae perdiderunt naues, eô prodigiô vsque in diem continuato. Subsequenti die rursus dormitabant. Tertia itidem nocte sonitus exstitit; tumque ad eos corui, quorum rostra & vngues ex ferro videbantur, aduolant; ac tanta vi homines impetunt, vt hos a se gladiis defendere, ipsos clypeis protegere cogerentur: quod etiam ad diluculum perseuerabat, vno pariter in quaque naui mortuo. Tum etiam quieti se primùm dabant; dein verò experrectus Broder, ducensque animam

---

(p) allra manna * fiolkunnigastr.] E. P. nú allfiolkunnigr, jam art. mag. valdè peritus. * fiolkynngastr, G.

(q) brap.] C. R. M. vasdi.

(r) spyttv vpp of sórv sín.] K. L. hlupu til vapna of sí, ad arma currerent.

(s) þetta hellz.] F. þessi slódu. *plur.*

(t) en margir urdu sárir, multi autem sauciati fuerunt. *adjicit* G.

A. C. 1014. animam anhelanter, (u) ſcapham de naue demitti jubet; (v) ego enim (ait) conuentum volo Oſpakum (x): moxque deſcendit cum nautis aliquot in ſcapham. Cumque Oſpakum conueniſſet, memoratis ei quae ſibi apparuerant prodigiis (y), rogat vti ſe, quae res portenderentur iis, doceat: verùm hic adeò recuſauit explanare, donec ſibi incolumitatem confirmaret Broder, & eo quamuis pollicito, (z) tamen vſque in noctem diſtulit (a). Tum autem loquitur: Quod in vos ſanguine pluebat, multorum mortalium ſanguinem effunderis tam veſtrum quam aliorum: quod mirum audiebatis ſonitum praemonſtrata vobis fuerit ceſſatio mundi (ɔ: vitae in mundo), vosque omnes celeriter
p. 273. moriemini: quod arma impetebant vos, id praelium portendit: quod denique corui, hôc (æ) daemonia ſignificantur, quibus fidem habetis, quaeque vos in cruciatus infernales ſunt abreptura. His Broder adeò exaſperatus, vt ne verbum quidem reſpondere potuerit, ſtatim ad ſuos redit, (b) naues per totum fretum (in latitudinem) diſponendas, oraſque ad litora deſtinandas curat, poſterô mane Oſpakianos omnes contrucidaturus. Oſpakus perſpectô planè hoc (c) conſilio, ſeſe religionem (d) Chriſtianam recepturum, Brianem regem aditurum, eique ad fati ſui diem haeſurum vouit. porrò eam init rationem, vt ſuas naues omnes contegi velis faceret, oramque (e) ſtringens adhibi-

---

(u) ſkiôta vtan báti.] B. ſkíta báti utanbords, id. C. G. taka bát, adhiberi ſcaph. jub.

(v) þviat ek vil finna Oſpak.] G. C. ok qveſt vilia f. Oſp. bródur (fóſtbródur) ſinn, ſeque oſtendit conuentum velle fratrem (ſodalem) ſuum Oſp.

(x) bródr minn, fratrem meum, *add.* B.

(y) öll, omnibus, *inſernus* C. G.

(z) *Hîc deficit codex* B.

(a) þviat Bródir vá allri víg um nætr, Broder enim caedem nocturno tempore nunquam fecit. *addit* C.

(æ) þat merkir diofla þá er þer trúit.] C. R. þat ero óvinir þeir at (er) þer haft trúat, illi ſunt inimici iſti, — habuiſtis.

(b) ſkipvm.] G. ſtórſkipvm, F. ſtórum ſkipum, nau. majores.

(c) fyrirætlan öll, (hac) deſtinatione &, *addit* G.

(d) retta, veram (rectam), *addit* C.

(e) um nóttina, noctu, *addit* F.

adhibitis comitis, rudentes interscindi classis Broderianae: ita naues rursus in A. C.
vnum contrahi coepêre, (f) nautae vero compositi somnô fuerant: tum Ospakus & 1014.
sui ex freto enauigarunt, (g) itàque ad Hiberniam occidentem versus (tetenderunt); ac deuenerunt ad (h) vrbem Connaciæ. Mox ille Brianem regem quorum rerum certior factus erat, edocuit: receptoque baptismate (i) regi se tradidit. Postea rex Brian conficiundum exercitum curat per totum regnum suum, qui exercitus Dublinum (k) circa diem Dominicam Palmarum cunctus aduéniret.

Cap. CLVIII.

Pugna Brianina.

Sigurdo dynastae Hlödveris filio de Orcadibus ire paranti Flosius cum eo proficisci pollicebatur, quod quidem recusauit dynasta, quoniam illi (l) absoluendum esset pedestre ad Romam iter; sed, Flosio rursus XV. ex suis expeditionis comites offerente, hoc acceptauit. Ipse verò Flosius Comitem Gillium in Aebudas sequebatur; comitantibus Sigurdum dynastam Thorsteine Halli Sidensis filio, Rafne *Rufo*, Erlingo Strömeyensi. Harekum proficisci dynasta noluit, sed ei, quae gesta fuissent, primo se renuntiaturum ostendit. Die Palmarum omni exercitu suo (m) Dublinum tetigit: quò & Broder cum copiis omnibus jam aderat. Hôc per (n) veneficia explorante quemadmodum

(f) en þeir.] C. G. þá er þeir, cum naut.

(g) sva.] E. P. lettu eigi fyrr enn þeir komu, neque cessauerunt donicum — peruenissent.

(h) Kunnáttaborgar.] *Ita* C., & G. Kanocta. *caeteri omnes* Kantaraborgar.

(i) ok fal sik konúngi.] C. G. af honom ok falst honom, ab eo, sese ei tr.

(k) pálmdrottinsdag.] C. E. R. P. fyrir pálmadag (pálsunnudag F.) ante diem (solis) palmarum.

(l) sudrgavungr sina at leysa.] F. sudrg. fyrir heidi. C. G. sudr at gánga, Romam ingrediendum esset.

(m) Dyflinnar.] R. Irlandz.

(n) forneskiv.] C. fornsku.

A. C. abitura esset pugna, (o) responsum oraculi sic talerat: si (p) die Veneris (q)
1014. pugnatum foret, Brianem regem adepta victoria casurum; sin prius confligeretur, omnes, qui hunc aduersum (r) consisterent, occasuros esse. hinc Bro-
p. 274. der ante diem Veneris acie dimicandum negauit. (s) Die Iouis quidam equo scutulato ad Kormlödam & socios aduectus, (t) contum *) in manu tenens (lato breuique) ferrô praemunitum, diu (u) cum illis verba fecerat. Postquam rex Brian omnibus copiis ad vrbem venerat, die Veneris exercitus ex vrbe educitur, & acies vtrinque instruitur. Broder in altero aciei cornu, rex Sigtryggus in altero, Sigurdus verò dynasta in media acie, versabantur. De autem Briane rege dicendum, quod hic die Veneris confligere noluerit: igitur praesidio (coronâ) scutatorum circummuniebatur, acie sua ante id compositâ. hujus aciei alterum cornu tenuit Ulfus Hraeda, parti Broderis aduersum; alterum Ospakus & filii (v) sui, contra quod Sigtryggus constitit; in media verò acie fuit Kerthialfadus, eique vexilla praeferebantur. Deinde concurrunt acies, fit praelium asperrimum. Broder agmen hostium perrumpit, quotquot primi (x) steterunt, omnes dejicit; at nihil ipsi nocebat, ne ferrum quidem. Gradum in eum conferens Ulfus Hraeda, ternis hominem ictibus tantâ violentiâ ferit, vti toties corrueret, ac (y) propius nihil factum, quam vt in pedes eniti nequiuerit: sed simul atque (z) erigi contigit,

(o) En sva gekk frettin.] C. R. var sva sagt, responsum tulit.

(p) fauſtvdegi.] G. friádaginn.

(q) lánga, (*vulgò*) longa, *infer.* E. P.

(r) væri.] lid. F. berdiſt, pugnarent.

(s) Fimtadaginn.] Chb. *praeter* P. Þá, Tunc.

(t) pálſtaf.] I. *ſuprascribit* ſalſtaf, (*ſine dubio ex* B.) *quod forte idem: vel,* contum pro ferreo praemun. H. K. L. pálmſtaf, palmeum baculum, *male.* || F. ſverd, gladium. G. ſpiót, haſtam.

(u) hliótt, ſecretò, *inferit* K.

(v) hans.] F. Brians Konungs.

(x) ſtódv.] G. voru, fuerunt.

(y) var vid ſálſt.] C. hellt vid.

(z) fekk vppſtadit.] G. gat vppkomit.

*) *Conf.* Spec. Reg. *pag.* 386. *not.* †)

tigit, fugâ ſe abripuit in ſiluam. Sigurdus dynaſtes acri certamine cum Kerthialfado dimicabat, (a) qui tanto progrediebatur (æ) impetu, vt omnibus, qui (b) primori conſtiterunt in acie, proſtratis, ipſam dynaſtae cohortem ad (c) ſigna vſque perfringeret, atque ſigniferum interficeret. Tum alio, qui vexillum gereret, a dynaſta ſubſtituto, vehementi etiam diſcrimine conflictum eſt. hunc (vexilliferum) Kerthialfadus ictu peremtorio caedit, vnumque poſt alterum proximorum. Dynaſta igitur Thorſteinem Halli Sidenſis filium praeferre vexillum jubet: quô id ſublaturô, Amundius *Albus*, Noli, inquit, ſignum ferre; hoc enim qui praeferunt, omnes perimuntur. itaque tu, Rafn *Rufe*, inquit dynaſta, vexillum praefer. Hrafn reſpondit: Ferrute peſtem tuam. Tum dynaſtes: Aequiſſimum fuerit, vt (d) *ſequatur ſenem* (e) *culeus*: moxque detractum e pertica vexillum inter veſtimenta condidit (f) ſua. (g) Nec multò poſt Amundius *Albus* caeditur: tum & ipſe dynaſta pilô transfigitur. Oſpakus fuerat per totum aciei cornu graſſatus, multis vulneribus acceptis, filiisque (h) ſuis ambobus perditis; cum tandem ei rex Sigtryggus fugiens cedit. tum etiam totum (hujus) agmen corripere fugam. Thorſteinn filius Halli ab Sida, (i) caeteris fugam maturantibus, curſum

A. C. 1014.

(a) Kerþiálfaðr.] C. þvíat hann, nam hic.

(æ) faſt.] E. G. P. hart.

(b) fremſtir vorv.] E. P. fyrir honom urðu, obuiam illi facti ſunt.

(c) merkivm.] C. E. R. & I. *ſuprascribens* merkinu, ſignum.

(d) allt, vſque (*l.* omnia ſimul pereant, ſenex & ſaeculus) *inſerunt* Iidem.

(e) Kyll.] I. *ſuprascribit* Kyr, vacca, F. kur, id. *quae lectio notior in hoc proverbio eſt, vt videtur ex Olafſ. Trygg.* (*ed. Scalh. part.* 2. *pag.* 166.) *vbi proverbium inde natum perhibetur, quod rex Ögnvalldus vaccam Dei vice coluerit.* || P. Kerling, vetula. *perperam.*

(f) ſinna.] E. G. P. ſer, ſibi.

(g) litlv ſíðarr var veginn.] E. P. þá fell, deinde — cecidit.

(h) ſína *ſubductum eſt in I. & in margine repoſitum*, þeir voru ſynir Bríáns konúngs, hi erant filii Brianis regis.

(i) allir, omnibus, *inſeris* C.

A. C. 1014. p. 275. cursum intermisit, (k) ligulam calceamenti reuinciens: vnde a Kerthialfado, quidni more aliorum decurreret, interrogatus: Quoniam ego, inquit, hac vespera meam domum non assequor, qui in Islandia penates habeam. mox ab illo donatus est incolumitate. Rafn *Rufus* in amnem quemdam a prementibus pulsus, in imo alueo (l) cruciamenta infernalia cernere sibi videbatur, ipsumque daemonia (m) eò rapere conari existimans, Canis tuus, inquit, Petre apostole, Romam bis cucurrit; ac sanè, tu si potestatem dares, tertiùm curreret. sic a daemoniis dimissus amnem peruadebat. Interea Broder milites Brianis regis fugientibus instantes conspicatus, paucis hominibus ad praesidium regium remanentibus, se siluâ erupit; ac toto praesidio disturbato, regem gladio impetiuit: puero Tacto manus, quam sub ictum exporrexerat, regique caput amputantur. sanguis autem regius adspergebatur (n) trunco pueri membro, (o) eique statim obducta cicatrix est. Tum Broder sic exclamare; Referat homo homini Brianem a Brodere dejectum. Mox ad eos, qui in tergis fugientium haerebant, decurritur, iisque occasus regis nuntiatur. reuersi oppidò Ulfus Hraeda & Kerthialfadus Broderem ac suos coronâ circumdant, ingestâ in eos vndique materiâ. sic Broder viuus capitur. rescindit homini ventrem Ulfus Hraeda, tum arbori circumducit eum, itàque omnia intestina corpori extrahit; nec ille prius exspirabat, quam penitus fuit (p) euisceratus. milites Broderis ad vnum contrucidantur. Dein corpus regium accipiunt & componunt (curant). Caput autem regis cum trunco coaluerat. Ceciderunt in

(k) ſkóþveng.] E. ſtúaþveng.

(l) qvalar.] Chh. kvalir. *Pro* helvítis qvalar C. & R. helviti, *ipsum infernum, praeferunt.*

(m) til.] G. nidr, deorsum versus.

(n) ſtúf.] C. E. G. & I. *supraſcribens,* handarſtúf, trunco — brachio.

(o) forir.] E. P. houdin vid, — manus (abscissa) coalescebat (*commissa, conserta est, vt integrum euaderet membrum*).

(p) rakuir.] C. G. E. Chh. raktir.

in pugna Brianina XV. incendiarii; item Halldorr filius Gudmundi *Potentis*, & Erlingus a Strömeya. (q) Die ſupplicationis (vulgò) longâ is in Kataneſia expetiuerat caſus, vt homo quidam, (r) cui Dörrudo nomen erat, foras egreſſus, XII. numerô equites tumulum quendam petentes viderit: quibus illic e conſpectu omnibus abreptis, ad tumulum progreſſus, per foramen, quod inerat, introſpiciens, foeminas intus conſtitutas vidit, quae telam exorſae, humanis capitibus pro (s) pondere (lapidum) ſuſpenſo †), humanis inteſtinis pro (t) trama & ſtamine, gladiô pro ſpatha, ſagittâ pro pectine vtebantur: & quae ſequuntur, carmina cecinerunt, illo diſcente (u). A. C. 1014.

(q) Fauſtvdaginn.] C. fauſtumorginum, Mane ſuppl. — longae.

(r) ſá er Davrrvdr hét gekk út.] C. G. *inſolenti conſtructione*, hét Dorrudr ſá er út gekk. || *Pro* Davrrvdr *praefert* H. *in margine* Þórvddr.

(s) kliána.] Id. *ibid.* kliágriót, ſuſp. lapideo pondere.

(t) viptv.] G. viptur. E. P. vept.

(u) *Reliqua omnia deſunt in* F.

†) *Hoc vetuſtum & nobis adhuc (maximam partem) viſitatum telae genus jam vbique, puto, in aliis gentibus obſoletum eſt. Sectio de Palnatokio in Olafſ. Tryggvaſ. oſtendit illud quoque antiquitus in Dania viſitatum, ac tantum non* [ode] Rigsþula; *& hic noſtri locus, in Scotia quoque, alias non intellexiſſet* Dörrudus, G. Pauli. *Caetera de telae noſtrae antiquitate, inſtrumentis ac texendi ratione, quae hujus forte loci fuiſſet monere, jam praeoccupauit clariſſ.* O. Olauius *Cur. reditt. a ſecr. in libro ſuo, qui propediem in lucem prodibit,* Oeconomiſke Reiſer *inſcriptus; vbi & integra telae iſtius facies aeri inciſa videbitur.* || Spathâ *dixi, non* pectine; *hôc enim noſtrates non vtuntur in antiqua ſua tela; neque vſi ſunt homines longè ante Senecae tempora, ſed paullo ante haec vel per eadem inuentus eſt, quod videre licet ex Epiſtola ejus XC. Tom. 2. (ed. Lugd. Bat. 1639.)* || *Telum textorium, quod nobis* hræll *audit, nusquam inueni Romanis viſitatum aut memoratum;* pecten *igitur vertendum videbatur (non* radius; *hic enim longè aliud eſt), quatenus iſto quaſi pectitur & percurritur tela, condenſandi ſubteminis gratiâ, antequam ſpatha feriatur.*

A. C. 1014. p. 276.

(v) Ampla (x) conſtituta ſunt.
(y) Stragis anteludia.
(z) Vela texori jugi 1).
Sanguinem (a) nubes) (æ) pluit.

Pla

(v) Vitt.] O. Q. S. Vit, id. *vel, ſi legi debeat* Vit, Scito exorſam — telam ſanguine pluere. H. L. Vid, ad. *quaſi* vdpenſa eſt tela. || I. *ſupraſcribit* Viſt er vorpinn, Trama injecta eſt ſtamini (telae). *ſi autem* viſt *per Synecdochen pro ſtamine capias, erit ſenſus,* Stamine tela conſtituitur, *pro* Stamina telae conſtituuntur.

(x) orpinn.] C. orpit, *quod idem effe poteſt, quamquam potius reſpicere videatur vocabulum* ſty *in ſtropha* 3tia: *imò &* reidi (ſtratum), *quod in compoſitis neutrale datur.* O. Q. orpin, *quod tam ad* reidi *quam ad* ſty *referre licet.* G. orbit, effecta, *eodem ſenſu.*

(y) valfalli.] I. *ſupraſcribit* valfalla.

(z) riſs-reidi.] G. reiſsreidi, id. Q. reſsreidi. O. risreidi, excelſa (eminentia) armamenta. H. P. riſs af reidi, *vbi* af *vitioſè inſertum eſt.* I. *ſupraſcr.* riſt í reidi, *obſcure: neque haec lectio cum ſuprà adlata (ſub lit.* v.) *conciliari poteſt.*

(a) ſky.] *Hanc vocem ignorant* D. E. G. I. L. N. S. *ſed loco illius habet* K. vid, aliquantulum (paullum). M. O. þegar, þá, ſtatim, ſimul. Q. ſkin, fulgor, *poëticè* ſol (*an hic* ſanguine pluit?): *vel, ſi legas* ſkín, ſplendet (ſc. tela). *perperam.*

(æ) rignir.] P. reigina, pluuiâ madida (ſanguinis, *nimirum* tela).

1) riſs reidi ſky.] *Haec clariſſ.* A. Magnaeus *vertit*, ſagittarum nubes. *adè* riſ *pro* arcu *cepit*, *&* reida *pro armis ſ. armamentis (arcûs) ꝛc. ſagittis. Verùm hic non ſequendum arbitror Virum doctiſſimum, cum hìc ſine dubio ſermo ſit de tela.* Riſt *m. jugum textorium, cujus armamenta, vela l. ſtrata nihil aliud quam* tela. *deſumitur hìc a navibus metaphora, quarum armamenta omnia* reidi *vocitantur; horum autem non mimimam partem conſtituunt vela: neque non ab equis, quorum ſtrata* ſoðvlreidi *appellantur. Voculam autem* ſky *ad hanc ſtrophan pertinere non cenſeo (quamquam doctiſſ. G. Pauli vertat* riſt reidi ſky, jugi pendulam nubem, *quemcunque ſenſum ſtatuens; praeſertim cum lectionem cod. I. maximè probet, ſub litera* v. *expreſſam.) niſi primitiùs ſignificatu pro eo* quod velat *capiatur, atque ita* reidiſky *pro* explicato *l.* praeparato velamento. *Neque tamen* ſky *pulchrè ad 4tam ſtrophen remittitur, ideoque in poſtui illud in interciſione.*

(b) Pila nunc (c) praesagiens 2) A. C.
(d) Leucophaea tollitur 3) 1014.
(e) Tela (f) militantium 4);
(g) Haece (h) complices (i) replent 5)

Quam

(b) geirvm.] H. *in margine*, gunnum, & P. gunnum, viris (hominibus) coram *l.* in conspectu hominum.

(c) fyr.] Chh. fyrir.

(d) grár.] K. gaur, ɔ: gíor, parata.

(e) vesr.] Id. verdr, prandium, cibus. *nihil ad rem.*

(f) verþióðar.] H. *in margine* valþióðar, electae ad mortem gentis l. prostratorum hominum, *quorum intestinis & capitibus ad telam suam hic utebantur bellonae.*

(g) þær er.] D. E. H. I. K. L. M. N. Q. *tantum* þær. P. & H. *in marg.* þann sem (er) illa, — quam &c. *Hanc lectionem alterâ rejectâ probat* G. Pauli, & *clarissimus* A. Magnaeus *in Antiquitatibus Barthol.* (*pag.* 618.) *rectiorem adfirmat.* O. þar, ibi, ɔ: eam telam.

(h) vinir.] H. I. L. N. O. P. Q. S. vinir, amici. *at erant mulieres.* K. vinna, fateguntur (replere). M. vísir.

(i) fylla.] C. Q. Barth. Antiqq. fylla. P. *l. suprascr.* & H. *in marg.* filla, *corruptè.* M. O. fylgia. *unde* þær vísi (*pro* vísir) fylgia, Hae regis causam sequuntur.

2) fyr geirvm.] *Hic* geirar *per Synecdochen* arma, & *arma* bellum *l.* pugnam *denotant. praepositione autem* fyrir ante (*quae & veteribus* fyr & for,) *vulgò vitiatur, quando* quid portendi *significamus: sic modò* fyrir valfalli, & *Cap.* CXXVI. fyrir fiórtíudum. *Ita quoque exposuit* G. Pauli; *adeòque displicet interpretatio hujus strophae in Barthol. Antiquitatibus, nempe* Iam hastis applicatur. *Nunc ajas pugnam fuisse, cum bellonae cecinerunt: tamen accommodè dixerunt, telam portendere bellum, in remota ora, quò non statim perferri eventus poterat.*

3) vppkominn.] *Ad verbum* suspensa (est). *id nimirum hujus generis telae proprium, vt jugo scapis, qui erecti sistuntur, impositio stamina adpendantur recta.*

4) verþióðar.] *I. e. ex* hominibus *s. partibus corporum humanorum conflatae; isti autem fuerunt milites; & quamquam* verþióð genus humanum *simpliciter denotare videatur, tamen haud absurdè verti etiam potest,* gens gladiis instructa: *quandò quae hic propriè de tela dicuntur, de negotio praeliari, sive ipsa pugna, erunt accipienda.*

5) þær er vinir — blá.] *Hanc constructionem* (þær er *pro* þann er) *intolerabilem notavit* G. Pauli. *at puto verba sic*

A. C. 1014.

Quam (k) rubro (l) ſubtemine
(m) Liuidoque, praelii ſ).

Iſta

(k) *Hae duae ſtrophae abſunt a* P.

(l) veſum, texamus, *inſerit* Q. *hasque duas ſtrophas ad ſubſequens refert carmen, atque ſic omnia turbat.*

(m) randverſk blá.] H. L. randverſko blá, *eodem ſenſu: nam vt* Þydverſka *linguam ſ. ſermonem Teutonum denotat, ita quoque* randverſka, ſermonem (ɔ. *crepitum*) ſcutorum, *qui ipſa* pugna *eſt.* O. & I. *ſupraſcrib.* randverks blá (blám). M. randverkis blá. *de quibus lect. confer num.* 5. || I. N. randvers blá, liuid. clypeorum gigantis (conſumturis) ɔ: militis. *quae viri appellatio hic maximè competit in Broderem, qui munimentum Brianis perfregit, & cujus* amicae *l. ſociae procul dubio bellonae fuerunt. Poteſt quoque vt vocabulo* randvers *adludatur ad nomen* Sigtryggi, *quod verti poteſt* tutus in praelio: *qui enim ſe* clypeo defendit (randverr), *in pugna aliquatenus tutus eſt.* C. Q. Barth. Antt. randves bana, Randveris mortis: *cujus vt violentae participes ſ. ſociae vocari* bellonae *poſſunt; filium enim docent Eddae* Randverem *Iormunreci Potentis, a patre ſuſpendio necatum.* G. randves liſa; *quae idem ſignificare poſſunt ac* Randves bana, *ſi funus* (liſ) *pro morte capiatur. Caeterum vtraque alio modo queunt accipi; nimirum, ſi* þá bana & liſa *ad veſt referas, erit ſenſu,* ſubtemine ex cadaueribus deſumto ſ. parato: & randves negotium *l.* occupationem (*per Metonymiam* laborem) clypeorum ɔ: praelium, *intelligas; & ſic etiam* vinvr randves *erunt* bellonae. *Forſitan* & Randves *ſ.* Randvers *pro* Randvori, *a nomine.* Randvorr *quod eſt vocabulum archipiratae, irrepſerit; cujus (in belligerando) ſociae, vel cujus necis patrandae conſortes, vel denique cujus interfectori participes,* bellonae *intelligi queunt.*

Skauſt, *m.* vulpes (*in* Edda), *cognomen viri* 383. *à* Skauf, caudas *in* Nor. K. Tali. *conf.* Skæfi. *Vix huc pertinet* Skauf, Membrum virile, *in ſpecie* Equorum, *cujus pluralem recentiores faciunt* Skaufir, *gen. f., conv. Gr.* σκεπω, tego.

Skaunúngr, *m.* homo praeter ce-

teros

teros liberalis, *de* femina. *J.* 150. *conf. Ind.* Hungrvakæ, *aliter in* Kvenskrúngv, *supra, quo pertinet* Skrúngr, mulier praeclara, virago 147.

Skavt & Skavz, *vide sub* Skót & Skótz.

Sked, [*Imperf.* skaddi] at skedia, *cum Dativo*, noceo, noxam l damnum adfero, violo. *J.* 85. *Confer* Skadd *supra.*

Skef, *Imperf.* skóf, *Infinit.* at skafa, rado. Han skefr litt af manni, *phrasis ambigue notionis, de* homine liberè loquente. 491. *Conf.* Sker; *item quae dicta sunt sub* Skadd. *In transitu noto, me* skef & scabo *Latinorum pro cognatis habere.* Angl. *shave*, radere, *laevigare*; Belg. *Schaven*, AS. *scafan, sceafan*, idem.

Skegglavsr, imberbis. 52. Skegg *vide in* Glosſ. Eddae.

Skeid, *n.* Curriculum; *it.* pars temporis transiens. 65. *Est et* Skeid, *in pl. nom. propr.* territorii *in Toparchia Arnesensi, in qua notione* Stadium *significat, sive* spatium terræ cursibus aptum. 194. *Lapp.* skeide, *apud* Cn. Leem *exponitur:* Mark imellem tvende Elver, & *hoc fine dubio convenit in* territorium Skeid. *A* skiótr, citus. *Convenire arbitror Lat.* Stadium *et Graec.* σπεύδω. *Exempla permutationis reciprocae literarum* p & k *abundè congessit* Aegid. Menagius *in* Tractatu praeliminari Origg. Gall. *Mutationis* t *in* k *exemplum est* τις, τις, quis, πεντε, κενκε, quinque, *apud eundem.*

Skeid, *f.* navis cursoria, celox. 8. *Ejusdem originis.* [AS. *Sceged, sceigd* & *sceid*, scapha, liburna.]

Skeid, *f.* spatha textoria, 275, *sive instrumentum, quo Islandi & Faroenses utuntur ad vett. Graec. & Romanorum, ad telam densandam, longè diversum ab eo, quod aliae nationes in eundem usum adhibent. De vetustissimo Islandorum telae genere adeas, si placet,* O. Olavium *in* Itinerario *suo* Islandico (Reise-Journal igiennem Island), *ubi illud aeri incisum invenies. Graec.* σπαθη, *idem denotare, an huc pertineat, nescio, neque etiam* AS. *sceadal*, liciatorium. *Optimè referetur, ut credo, ad instrum* skid, *f.* skidi, assula ligni, *Germ.* Scheit, legmentum ligni & *plur.* certa instrumenta lignea, *unde* Grabscheid, bipalium, Richtscheid, norma. *Cognatum quoque nostrum* skeid, *Dan.* Skee, coclear, *quocum haec spatha nonnullam quidem habet similitudinem; primitus scilicet cum cochlearia, tum spathas textorum praesertim, e* segmentis ligni *confecta fuisse verosimile est. Sic etiam* Angl. *Sheath*, Dan. Skede, vagina, *ad* σχιδαξ, assula, *refert* Edw. Lye *apud* Junium.

Skeina, *f.* plagula, vulnusculum. 205. *ubi apertè distinguitur a justo sive graviori vulnere, ut minus a majori, his verbis:* þetta kalla ek skeinu, enn eigi sár. Ek skeini, *imperf* skeindi, leviter vulnero, cutem stringo, *unde pass. imperf.* skeindizt 290. AS. *sceanan, scænan*, frangere, frangendo aperire. G. Pauli *vel ab* at skína (*vulgo* splendere, fulgere), *vel ut credo rectius ab* skinn, cutis, *derivandum putat hanc vocem. Interim conferre licebit Lat.* Scindo.

Skeinisamr, *Adj.* damnosus, detrimentosus,

roſus. Skeinuhættr, id. *vide* Oſkeinuhættr.

Skell, *m.* ictus ſonorus, *aut propriè, vt puto*, ſonitus ſ. clangor ex ictu et colliſione cum impetu factis. 2) Ictus calamitatis, clades, damnum. Sá lavt ſkellinn er ſkylldi. 141. *Dan. aut.* Skiald, id. *Nobis* ſkella, tundere, adfligere, cum ſonitu impingere, *quo ſenſu conferri mereatur Lat.* Cello *in* percello. *ceterum vid* Gl. Eddae. *in hac voce.*

Skelna, *pro* ſkelina (*quomodo* Chh. *more hodierno legunt*) *Acc. ſing. a* ſkel *in Compoſito* Knieſkel. 205. *Confer* Fiolna. *Sic* Gſcevdna *pro* ſtavdina, *eodem caſu in* Harbardz lióð. VI. Skel, *vox multiae cognationis*, *ab* at ſkýla, tegere.

Skemdar-vig, *idem ac* Skammar-vig *ſupra.* 263. 550. Skemd, decurtatio, depravatio; ignominia, deminutio; *hodie* at bera einn til ſkemda, ſugillare quem, *a* ſkemmi, breuio, vitio, *quod iterum a* ſkammur, *in* Gl. Synt. *videndo.*

Skemſt, *Adv. ſuperl. a* ſkamt, *Comp.* ſkemr, breuiſſimum. At vera ſem ſkemſt, quam breuiſſimas (minimas) moras trahere, 251. *A* ſkammur, *ſub praecedente.*

Skemti, *Inf.* ſkemta, tempus fallere, ſibi aut aliis, delectare, oblectare. 619. *Dan.* ſkiemte, ludere, jocari, *ab* at ſkemma, breuiare.

Skepti, *Inf.* ſkepta, manubrio inſtruere, manubrium addere, *in ſp.* haſtile ſpiculo aptare. 66. *Hinc* ſkepti, *n.* capulum, manubrium, haſtile. *a* ſkapt, *Germ.* Schafft. AS. *ſceaft*, haſtile, *alias nobis* Skap, (*in compoſitis quibusdam, e. g.* Skap-ker,) *quocum Graec.* κωπη, *& Lat.* ſcapus, *conferri poſſunt.*

Sker, *Imperf.* ſkar, *Particip.* ſkorit, *Inf.* at ſkera, ſecare, diſſecare. — or einu (máli) litem aliquam ſecare, decidere, dirimere. 522. — lítt af manni, liberè loqui, parum adulari, *ratione phraſeos mihi ſaltem valdè obſcura.* 223. *Hinc Verbum intranſitiuum* at ſkeraz (*Praeſ.* ſkez, *Imperf.* ſkarz, *quae etiam eſt forma Paſſ. ejusdem Verbi*) *pro* ſkera ſig. Skeraz vndan, recuſare, ſubtrahere l. ſubducere ſe (cui negotio); — — at veita einum, auxilium alicui denegare. 180. At skeraz or einu máli, ſubtrahere ſe negotio cuidam, conjurationi l. factioni. 191. — or ſættum, ſubducere ſe compoſitioni l. pacificationi, eam defugere. 248. AS. *ſcaran*, Angl. *ſheare*, Edw. Lye *apud* Iunium *a* χειρειν, ſcindere, *praefixo ſibilo. Nec eo minus in cenſum venire potuerit Gr.* ξυρειν, (novaculâ) radere (*quod. noſtrum etiam ſignificat*), *vnde* ξυρος, acutus, *quaſi* ſkár *apud nos*, & ξειρις ſ. ξυρις, gladiolus, ξυρος, nouacula; *nobis* ſkeri & ſkári, ſecula, ſica, ſecandi telum.

Skeþvengr, *m. ſcribendi modò rariori* 308. *var.* v. *pro* ſkóþvengr, *q. v.*

Skiálfa, a *Ima* et ſkelf, *Imperf.* ſkalf, tremere, quaſſari, moueri. 194. *Act.* ſkelfa, agita, quaſſo. *AS. ſcylfan*, vacillare. *Gr.* σκυλλω, jacto. *add. Lat.* Cilleo, *verto, moveo, apud* Servium *in Commens. Virgilii.*

Skialgr, *Aaj. cum articulo* enn ſkialgi (*Gen.* ſkialga), paetus ſtrabus; *veriſimiliter contractum ex* ſkialeygr ſ. ſkialeygr, *Dan.* ſkiæl-

 eyet,

ajet, *AS.* ſceoloege; ex ſkæll, obliquus, & á ſká, obliquè, & eygr, oculatus. *Gr.* σκελλος, distortus. Skiálgr, *cognomen viri* 157. *Alias* ſkíálgr, *in* Edda *tam* lunae, *quam* piſcis, *hodiè parum noti, vocabulum.*

Skialldа, *Verbum quidem ignotum, ſed ſuo loco intellectu facile, et (quanquam e Codice deterioris notae) benè ſatis quadrans, tam in metro quam ſenſu*; 466. *col.* a *num.* 6. a ſkiolldr, *propr.* tegmen, velamen; *AS.* ſcildán, ſcyldan, Angl. ſhield, *tegere, protegere.*

Skialldborg, *f. ad verbum* clypeatum munimentum, agmen, praeſidium l. corona ſcutatorum circa quem defendendum conſtituta (*non, ut quidam volunt*, Teſtudo, *more Romanorum inſtructa*); at ſkióta ſkialldborg vm einn, tali praeſidio aliquem circummunire. 274. *AS.* ſcildburh, id. Gl. Synt. *in* borg.

* Skiarna, *f. in obliqu.* ſkiarnu, *vox dubia et mendi ſuſpecta, quae tamen accipi poſſet in vocabulo compoſito* Savdaſkiarnv, *J.* 51. *vel pro* grege ferorum pecorum, *quando deduceretur a* ſkiarn *l.* ſkiarr, *mox videndo, l. ſimpliciter pro* grege pecorum, *quando arceſſeretur a* ſkari, caterva, multitudo.

Skiarna, &, ſkiarra, *Acc. pl. m. Adjectivi obſoleti* ſkiarn *l.* ſkiarr, timidus, pauidus, *et de brutis*, fugax, ferus, indomitus. 27. *J.* 51. *Quod autem Acc.* ſkiarna *requiras Nominas.* ſkiarn, *demonſtratur non modo ex* giarn *et* ern, *quae in Acc. pl. uſualiter habent* giarna & erna; *ſed etiam inde, quod finita in* rr *nunquam admittant ſ. interponant* n *in ullo obliqvorum. A* ſkiarr *ſ. inde variato* ſkirr *venit noſtrum* at ſkirra, timere, vitare, declinare, *cum negatione uſurpari ſolitum*, at ſkirra; ecki vid. *Vide* Gloſs. Edd. *in* Skiarr & Skirr.

Skíd, *n.* aſſula, aſſerculus, ſecamentum ligni. At kliúfa ſkíd, lignum in fruſta l. aſſulas diffindere. 130 *J.* 137, A. 2) Aſſer curſorius, xyloſolea, *unde* ſkída bodi, *denominatio viri poetica. Ibid. var.* 4. Hernar hringa ſkíd, nauis & — — ſkída Baldr, *poet. viti periphraſis.* 300. *γ.* 3) Solea ferrea (equorum), & ſkída freki, equus, *poët. interprete* G. Pauli. *conf.* Hernar *et* Freki. 4) Brachium, *per Climacem denominationum, ſecundum* Eddam *licitum*; *unde* ſkída eldar, earum. 299. *var.* 4. Dan. & Norv. Skie, xyloſolea, *Germ.* Scheid & Scheider, ſegmenta ligni, *AS.* ſcide, ſcindula, *Angl.* ſhide, *a Gr.* σχιδη, σχιδος, ſchidium, a σχιζω, findo.

Skif, pro ſkef, *qu. v.* 491. *Sic* if *pro* ef, ſi, & *plura.*

Skick, *n. ſ.* & ſkik, *n. pl.* mos, conſuetudo, receptus in jure agendi modus. 510. *Vocabulum, ut puto, Veteribus ignotum, nec tamen adeo nouum, ut quidam opinantur, cum in Codice Membr. haudquaquam ſpernendo inueniatur; eſt tamen, quare ſuſpiceris,* ſkik, *pro* ſkil, *mox videndo, lapſu calami irrepſiſſe. conf.* ibid. *var.* u. & Gl. Synt. *verbo* ſkicka.

Skil, *n. pl.* juſta, legitima (*ut* Corn. Nep. *loquitur*) in jure obſeruanda; at hafa allt lavgmæt (mælt) ſkil frammi, ea obire, exſequi, conficere. 232.

Skil, *Imperf.* ſkildi, *Inf.* ſkilia, ſeparare, diſjungere, diſcernere. — talit, colloquium dirimere. 48. 103. *Ir. ſimpliciter*, ab inuicem discedere. *paſſ.* 2) Skilia

citt

eitt undir einn, referre, remittere quid ad arbitrium alicujus. 149. *Pro* tilſkilia, ſeorſim nominare, indicere, determinare, definire, certam conditionem. Þat ſkil ek er ek vil. 55. Þat eitt villda ek ſkilia. 321. k. Skilia vm (*forte pro* ſkila vm), *qu.* ſeparatim l. ſpecialiter dicere, *ambiguè* 238. *Conf.* Gl. Synt. v. Skil.

Skil, *pro Verbo auxil.* ſkal, *ſupra adlato et explicato, nusquam mihi, nec quantum ſcio aliis prius obvium; quod non parum corroborat primam ingenioſarum Doctiſſ.* G. Magnaei *conjecturarum de Verbi ejusdem origine. Etſi quidem nunc, re melius perpenſa, ro* ſkil, *F.* 222. *var.* 3, *hoc modo acceptum, haud ne-ceſſariò jungendum eſſe cum ſequenti* V. bœta, *videam; nihil tamen obſtat, quo minus conjunctim, vt l. c. legi et explicaui, ſumatur* ſkilbœta, *niſi forte inſolentia hujus Verbi; nam quod eſt ita neceſſariò jungatur Subjunctiuo, rarum quidem eſt, at exemplis tamen adſeri poteſt, vt ex* Edda *in* Grimnismálum LII. Málgaztu mik, ef þú megir; *& in* Ægis drecka XV. Vega þú gáck, ef þú reidr ſer (ɔ: ſért)

Skila, di, dicere, adſerere; vm at ſkila málit, *pro* at ſkila vm málit, de cauſa teſtimonium ferre. 87. *Cognat. ſubſtant.* Skil, *ſupra.*

Skildagi, m. pactum, conditio pacta ſ. pactô recepta. Skal þeſſi ſkildagi á vera með ykkr. *F.* 44. *var.* o. *Vid. Gloſſ.* Synt. v. Dagr.

Skildr, *Adj.* disjunctus, ſeparatus, *neutr. pl.* ſkild, per divortium ſejuncti, *de Conjugibus.* 590. *var p. a verbo* Skil, *ſupra.*

Skilgreidi, *n.* juſta et expedita ſolutio ſolvendorum, *fere idem ac* Greidſkapr *ſupra.* At leyſa út ſe með hinum bezta ſkilgreida. 18. *F.* 32. var. a. *Conf.* Greidi.

Skilit, *Particip. Verbi* ek ſkil; at ſegia ſkilit vid einn l. eina, divortium conjugi indicare, repudium renuntiare. 13. Skilin *n. pl.* per divortium ſeparati, *de conjugibus.* 590. *var.* p. Skilit, *n. pro* ſkilinn, *maſc.* (*niſi omiſſum ſit* haſa), *F.* 97. ſkilin, *n. pl.* 268. *Sic ſupra* lagit, *pro* laginn, *&* qvedit *pro* quedin. 111. *Prioris ſcriptionis exemplum confirmat* fótit *pro* fótinn, *ſupra adlatum. Poſteriori loco* ſkilit *fortè etiam eſt mera terminatio neutr. ab obſoleto* ſkilidr; *quemadmodum in* Cod. Flat. *Vita* Magni Boni, háit *f. pro* háin, *ab* háidr, *occurrit in his:* Varð fyri Mikels meſſu margrimm háit rimma.

Skill, (*pro magis uſitato* ſkilr), *Verb. imperſ.* diferepar, diſſentitur, diſſidetur. Ef okkr ſkill á (*ubi* Chh. *legunt* ſkilr á), ſi diſſidemus. 17. Skildi þá ecki á. nil diſſentiebant. *Sic* ſell, tradit, *pro* ſelr *bis in* 5 *Cap.* Landsleigv b. *in* Jónsbók membr. Bartholini, Stell, *pro* ſtelr, furatur, in þiófabálki *ibid. obuium, &* kell *pro* kelr, *bodienum multis in uſu. A verbo* ſkil *ſupra.*

Skilning, *f.* ſenſus, ſenſa animi, ſententia, judicium de qua re. At haſa þá eda þá ſkilning, hoc l. illo modo ſentire, judicare. 142.

Skilt, *pro* ſkilit, *F.* 25. *participium rarò obuium. Vide ſupra* ſkilit. *Sic in* Jónsbók *Cap. nuper cit.* nema frá ſe ſkilt, niſi exceptum ſit.

Skinn, 2da & 3tia perſ. Ind. Verbi at ſkina, lucem emittere, fulgere, 142. *In his perſonis nimirum, quantum ego quidem obſervavi, Veteres duplicationem conſonantis finalis, non item in 1ma, frequentarunt. Sic ab* ek ber, ſker, *ſcribuns* þú, hann berr, ſkerr &c. *Vid.* Gl. Eddae.

Skiól, n. tegumen, protectio; ſeceſſus ſ. refugium a tempeſtate; refugium, auxilium, *unde* Nú er ſokit í rll ſkiól, 258, *metaphora a* niuoſa tempeſtate ducta. *Conf.* Ský. *Ejusd. originis ac verb.* ſkýli, *Las.* culo, *in compoſ.* occulo.

Skióta & Skiótaz, *vide* Skyt & Skyti.

Skiótligr, *Adj.* agilitatem et vigorem prae ſe ferens. *Superl.* hinn ſkiótligſti. 315.

Skiótr, alacer, acer, celer. 38.

Skiótordr, *Adj. proprie videtur eſſe* lingua ſ. ſermone promtus, verba celeriter fundens, 38. *quemadmodum alterum noſtrum* ſkiótmæltr, ſkiótyrdtr, id.; *verum tamen ſuſpicor hoc loco potius intelligendum eſſe* dicacem, linguâ petulantem, *indeque nobis forte profectum eſt vocabulum* Skútyrdi, dicteria. *Ex* ſkiótr, citus, *et* ordr.

Skiótrádr, *Adj.* conſilio promtus atque animo in rebus agendis. *J.* 74.

Skipa, di, ordinare, diſponere, componere, conſtituere; — máldaga, pactum. *J.* 6. *it. abſolutè*, mutare, alio modo rem inſtituere. 4 — um lond, permutare fundos *ſi lectio ſana ſit. J.* 48. — til búſ, ordinare rem domeſticam. — um (*ſubaudi* mál), decidere, ſtatuere, ſententiam ferre (de lite) 77. — máli, *in phraſi:* er eigi átti máli at ſkipa, quod ad rem non pertinebat. *J.* 174. — monnum, diſponere, ordinare convivas in ſedes. 50. *conf.* 176. — alla búd, hall, multitudine hominum l. conuivarum implere tabernaculum, triclinium. 180. 269. Dan. beſætte, Germ. beſetzen. *it.* inſidere, occupare locum, konur ſk yddu pall. 11. Skipa, *pro* ſkipa ſer, *intranſitivè*, id. *ibid.* — ſk eir, diſponendo et ordinando ſe inſtruere l. parare. At ſkipa einum ſæmiliga, in honorabili loco aliqvem ponere, conſtituere, honorificè tractare ſ. habere. *J.* 89. *Caeterum de hoc Verbo notandum, quod, vt ex adlatis phraſibus patet, id etiam cum verbo* ſkipta *permutetur.* Gl. Synt.

Skipadr, *Adj.* conſtitutus, comparatus *J.* 299. *pro* ſkapadr, *quod ſi lubet reſpice. A* ſkipa.

Skipan, *f.* inſtitutio, ordinatio, diſpoſitio, *vt* mála-ſkipan. 2) Executio, expeditio, abſolutio rei, *aut forte* mutatio. Med ſeo ſkiótri ſkipan. 309. *Vide ſupra* Skipa ſik *finem.*

Skipqvama, *f.* aduentus nauis in portum. 4. *Ex* ſkip, *et* qvam *pro* kom, veni.

Skipſtiórn, *f.* rectio, gubernatio nauis; Skipſtiórnar-madr, gubernator nauis, nauarchi munere fungens. 123. Stýra, regere.

Skipti, *Inf.* at ſkipta, diuidere, dirimere, diſpertire; — fe, bona, pecuniam. — herfángi, praedam, hoſtium exuuias. 127. — um lond, fundos permutare. 25. — um bú ſtadi vid einn, permutare alicujus habitaculum, i: alterum ei pro ſuo reddere. 266. — ſkapi iſinu og ordum, mentem et verba ma-

e. 217. — Ordum við eina, verba cum commutare, jurgare. 141. *F.* 100. — vopnbý*solutè* arma alternare, conferre, pugnare. — um (mál), dirimere litem, decidere. 1. Er eigi á máli at ſkipta, quod ad nihil pertinet, *de incompetenti conteſtatione teſtimonio.* 87. 241. Mik ſkiptir engu, nihil intereſt, nil ad me pertinet. Pótt engu ſkipta, nihil referre (indifferens videbatur. *F.* 107. Guð ſkipti með okkr, litem noſtram dirimat, decidat, inter judex ſit! 165. Pott því ſe at ſkipta, uis res ita tulerit. 168. etſi res ita ſe , l. comparata ſit. 375. *V.* Gl Synt. *in a verbo* ſkipa, *quod quaedam alternantia ſignificationes innuere videntur; conferatur* Graec. *κοπτω*, ſeco.

Skipti, *n.* diuiſio, diſtributio, *unde* , bonorum diuiſio. 118. 2) Hæſdingia mutatio l. vices principum, quando lteri ſuccedit in regimine. 156. 3) *quod licitur* viðſkipti, *n. pl.* commercium, ne- n mutuum, ratio cum quo habita; Þau ipti mvnvm við eiga. 141. *A praeced.*

Skiptir, *Gen.* ſkiptis, *m. verbale*, diuiliſtributor; Geiſis guð ſkiptir, ſ. fremigantei, ɔ: auri, diſtributor, Viri *appellaet.* 350. B.

Skita, (*pro* ſkióta) jacere, mittere; — tauborðs, demittere ſcapham de naui. *Talis vocalium mutationis, aut potius eliminationis, exempla habemus in* hlið liðð *F.* 27. c. -lið *pro* liðð, *F.* 128. *quoque p.* 619. vax p. & Bldi *ſupra.* ſkita, *praet.* ſkeit, *vulgo* foriare ſ. alnum exonerare *notat.* J. L. Friſchius *Germ.* ſchiessen & ſchriſſen *cognata ponit, neque ego refragor. Cum poſteriori tamen conferri poteſt* Gr. *χεζειν*, *praefixo l. transpoſito ſpiritu ſibilante.*

Skóð, *incerti (mihi ſaltem) generis. F.* 85. *not.* Eſt autem vel faem. vel neutr. ut colligere licet ex his:* herſkóð rodin blódi, (arma l. tela ſanguine tincta), *quae alicubi in Cod. Flat. legere memini.* Hlædir Hildar ſkóða, *denominatio viri poëtica. F.* ibid. *De etymo autem hujus vocabuli, quod ex vulgari ſententia l. c. adſuli, re curatius perpenſa, dubitans, ad eam nunc magis inclino ſententiam, cognatum eſſe* Dan. Skode, obex, peſſulus, clauſtrum, *vel* Skaade, operimentum feneſtrae, quod nobis hodie Skúð, *pl.* ſkúðir, *in f. g. adeòque potius denotare* tegmen, velamen, *et inde* Hildar ſkóð *l.* ſkóðir clypeos *ſignificare.* AS. *ſcead*, *ſceade*, tutamen, vmbella. *Vel* Hildar-ſkóð *denotet* corpora caeſorum, *propter antecedens* hlædir, *quod licite accipi poteſt de* proſtratore, dejectore.

Skogul, *f.* Bellonae *vocabulum, unde* ſkuglar hagl, tela miſſilia; — ſkó, clypeus, *apellationes poët.* 547. *γ. Vide* Skúr. & Gl. Edd.

Skógar-hogg, *n.* caeſio ſiluae, arborum in ſilva. 101. Dan. & Norv. Skovhugſt. *Ex* ſkógr & hoggva, caedere.

Skógarmadr, *m.* exul, proſcriptus, *qui* ad ſylvas damnatus, *ubi ſolummodo confugium aliquod proſcriptis erat.* 110. Skógr, ſilua, *proſcriptorum refugium; unde at leyſa einn ur ſkógi*, proſcriptione quem liberare. 193.

Skóggángs-savk, *f.* exilii s. proscriptionis crimen. Skógsavk, *id. vox rarior.* 509.

Skor, *f.* incisio, crena, ruptura, *in* specie montium, foruli rupium, *hodie* skora, id. *Hinc* Skorargeirr, *Cognomen viri inclyti ab insigni facinore p.* 558. *memorato indicum. Ab sequente.*

Skora, di, postulo, prouoco. — einn til einvígis, ad duellum. 33. — einvm á hólm, in aream. 15. 87. — á einn til liðveizlv, postulare quem auxilium, opem a quo efflagitare, *passim in Historiis nostris. Hinc intransitiuum* at skoraz (ɔ: skora sik) vndan, subducere, subtrahere se alicui negotio, detrectare, subterfugere quid; — at veita einvm, auxilium cui denegare. 180. 400. Skora, *proprie* incidere, crenam secare; *indeque translatè* determinare, *ab* ek sker.

Skorda, *f.* fulcrum, destina, erisma. 2) *poët.* lignum, arbor, *in genere*; *vnde* ellda sika skorda, mulieris *periphrasis poët.* 299. β. 3) Fultura, fulcimentum, stabilimen, adjumentum, praesidium, propugnaculum; rammar skordyr mvnv þyrfa við, valido auxilio, praesidio s. propugnaculo opus fuerit, 88. *Ubi tamen etiam accipi potest* 4) Obex, repagulum, obstaculum, *subaudito* at setia l. reisa; *quemadmodum in his:* rammar skordur eru vidreistar l. móti settar várv máli, valida opposita s. objecta sunt nobis, nostrae causae, obstacula. *J.* 175 *var.* 2. *V.* Glos. Eddae *in* Skorþa.

Skorpnadr, *foem.* skorpnvð, corrugatus, in rugas contractus, *de corio* semiustulato. 208. *Particip. verbi* at skorpna, ab calore nimis corrugari; *ab Adj.* skorpinn, asper, rugosus, *Dan.* skorpen, skrumpen, *cogn.* skrapa, corripi. AS. *screpan*, arescere.

Skotspónn, *m.* scopus, meta; *ad verbum* assula, ad quam fit jaculatio. *in* Spec. Re Markbaki *vocatur.* Transl. at hafa einn skotspæni, aliqvem pro se periculo opponere in altero periculum facere. 222. *Is.* at hafa ser einn at skotspæni, aliquem pro se, l. s in praesidium *aut* propugnaculum, hosti o ponere. 577. Spónn, assula, segmentum li ni. *Vid. Indic.* Hungurvakae *v.* Hornspónn.

Skó þveingr *l.* þvengr, *m.* corri calcei. 74. Skóþvengr, *id. insolenti scriptu* 308 *var.* v. Dan. Skoetvinge, AS. *sceodven* Angl. *Shoestring. Vide* Gl. Edd. *in* Skórr, *infra* þveingr.

Skravti, *m.* splendidus, habitu magnificus, *cognomen Viri.* 174. *A* skravt, *de q adeas* Gl. Synt. *in* skart *&* skrúði, *nec* Gl. Edd. *in* Skraptgiarn.

Skravtmenni, *n.* homo splendidus magnificus, elegantiae et splendori, praesertim circa vestes, deditus. 123.

Skreið, *f.* pisces aridi, copia piscium arefactorum. 16. 18. *Conferri possunt* G ξηρος, aridus, ξηραινω, arefacio, sicco. No skráfa, skráa, aridum crepare, *de persicc rebus.*

Skreið, *Imperf. verbi* at skríða, lab repere. 136. *Hinc* skreiðr, skreiddr, repta me moneo. 290. AS. *scriþan*, *vagari.*

Skrepp, *Imperf.* skrapp, *Inf.* skrepp repente labi, delabi, submoveri. þess skroppo fœtrnir, pedibus subito destitut est 114. *Cogn.* skrapa, male fixum esse, v

c

illare. *Confer Lat.* Crepo, *notione diſſiliendi. i ſupponatur ſt in hac voce, ut in pluribus, extrinſecus acceſſiſſe, merito conferantur Lat.* epo *et* Rapio.

Skridlióð, *n.* fax, taeda, lampas; at inda vpp ſkridlióſi, taedam extollere, profer. 153. *Alias nobis* ſkridbytta, laterna viati. *In* Hálfdánar Eyſteinſſonar Saga, lam adem penſilem *ſignificat* Skridlióð, quae ſur im atqve deorſum, prout opus fuit, trahi otuit, *quod his verbis indigitatur*: Herbergis einar dróu vpp ſkridlióſin — Hálfdán bad aga vpp lióſin. — var þá morkt hid nedra hollinni. *Adeo prior pars vocabuli manifeſtè ab* at ſkrída, labi, moueri, *aut* ire. *Vide* kreid *paullo antè.*

Skrípi, *n. pl.* monſtra; praeſtigiae. erdi þeka ok verdi Skrípi ok vndr mikil *&c. rmula incantationis ab infigui veneratore adhi. 20. Cognatum arbitror* ſkrópar, figmen ludibria, ſkrimſl (*licitè mutato* m *in* p), mon a, portenta, terriculamenta, *et* Dan. ſkræmme, rere, conſternare, *in ſpec. ope ludibriorum et praeiarum.* AS. *ſcremman*, offendiculum ponere.

Skrǿſa, *f.* ſkrava, *f. lect. var. pro* ſkrø- *quae pro* ſkræſa, *in vulgato* maunſkræſa, mo ignavus, ſemivir, *accipi poteſt*, o *etiam referri quiret altera* Skreiſa. *F.* 7. *Niſi* ſkroſa *habendum ſit pro conjugato* Skroſi, *paulo poſt ſequentis.*

Skrǿksmaðr, *m.* homo mendaculus. *F.* 9. Skrok, *n.* fictio, commentum, ſkrok, fingere, comminiſci, incerta pro veris ditare. *Vide* Gloſſ. Synt. *in v.* ſkrok. *Confer m Germ.* Schräg, obliquus.

Skroſt, *m. vſualiter* glacies tenuis, cava *et* multifora, *adeoque* infirma *et* maleſida. *Cognomen Viri* 172. *fortè* Infirmus, invalidus. *Veriſimiliter ejusdem familiae ac* ſkráſa, aridum ſonare. *Lat.* Crepare. *Caeterum* Skróſa, l. ſkroſa, Færoënſ. ſkraapur, *avis quaedam marina*, procellaria puffinus Linn. *Et ſo ſan* ſkroſi *cognomen déflexum ſit a Lat.* Scrofa, *ſicut* Ehr, porca, Dan. Soe, *cognomen Sigurdi Regis, patris Haraldi ſeueri, a Lat.* Sus.

Skruſa, *f. &* ſkruſi, *m. varietates cognominis* Skroſi, *leui vocalium mutatione, quemadmodum in* ſluſa *pro* ſloſa *& plur.*

Skrum, *n.* jactatio, gloriatio, nugae. Troll haſi þitt hól ok ſkrum, 258. Skruma, gloriari, nugari. *Conuenit* Dan. Skrømt, ſimulatio, ſkrømte, ſimulare. *Conf. etiam* Skrípi *ſuperius.*

Skroppo, *vide in* Skrepp.

Skúa, *Accuſ. plur. pro vulgato* ſkó (*quomodo* Chh. legunt, *etſi non adnotatum ſit*) *a Nom. ſ.* Skórr *ſ.* ſkór, calceus. 184. *Vbi* vpphǽfir ſkúar, cothurni, *aut* calcei ſolito altius in crura pertingentes, *vel potius* calcibus altioribus inſtructi, *quatenus Auctor ſubmentione calceamentorum latenter ſ. in tranſitu innuere videtur*, Skarpſhedinem, *licet ſatis ſtatutum, his adhibitis etiam altiorem euaſiſſe, adeoque tam notabilem prae caeteris fuiſſe. Quod autem hi calcei l. c.* ſvartir *dicantur, arguit ex corio arte praeparato confectos, quales etiamnum in Lſlandia* Svarta-ſkór *vocitantur.* AS. *ſco, ſceo, ſcob*, calceus. Gl. Edd.

Skylldlauſt, indebitum, ad quod quis non obligatur, haud neceſſarium, quod ſine juſta

juſta cauſa fieri non debet. Þer er ſkuldlauſt, *at &c.* nihil eſt, cur tu facias, temerè facis. 185. Skuld, Debitum, cauſa, *a* ſkal, *qu. v.*

Skúr, *comm. g.* nimbus tranſitorius. Skeglar ſkúr, praelium, *proba denominatio poët., etſi in metro minus idonea.* 546. *n.* 7. *Sic Lat.* nimbus telorum. AS. *ſcur*, Goth. *ſkura*, imber. *v.* Gl. Edd.

Skúta, *f.* nauigii ſpecies; nauigium onerarium. 18. *Dicit* P. Videlinus *hoc genus naues admodum diuerſae magnitudinis fuiſſe, adeo vt ſcaphae, aut acatia, in vſum magnarum nauium adhibita, quaedam oceàni patientes, nonnullae etiam naues longae mediocris magnitudinis, hoc nomine fuerint apellatae. Vid.* Breuiarium Comment. Ejusdem *de voce* Seg: ſatal, *in* Script. Soc. Lit. Isl. *Tom.* VI. *pag.* 134. Dan. Skude; *noſtrum propr.* Celox *a* ſkiótr, celer.

Skúta, *f.* prominentia, quod prominet, *in montibus, grumis, ripis, parietibus &c. vnde* hamarſkúta, ſaxi prominentia, *metonymicè*, cauum ſaxi, parvum antrum. 581. *Quam haec vox magis vſitata eſt ſubſequens.*

Skúti, *m.* id. *vnde* hamarſkúti, ibid. Geitis gnỳ-ſkúti, *poët.* clypeus. 352. *Col.* A. AS. *ſcyte*, praecipitium. *A* ſkióta (fram, út) protendi. exſerere ſe, *aut a* ſkaga, prominere, *qu.* ſkúgti, *ſicut* ſút *f.* ſótt *a* ſúkr & ſækia, *necnon* ótti *ab* óga.

Skúti, *m. pro* ſkióti, equus; *vnde*, gnỳ-ſkúti, nauis *poët.* 351. *γ.* 2) *pro* skúta, celox; *inde* Geitis gnỳ-ſkúti, nauis piratica l. militaris. *ibid. Vid.* Skúta.

Skuti, *m. Verbale agentis, pro* ſkoti, *vel priſcis vſitatiore* ſkyti, jaculator: *ade* Geitis gnỳ-ſkuti, auri disjector, diſſipa dilapidator, *periphraſis Viri poëtica.* 351. *A verbo* Skýt, *qu. v.*

Skỳ, *n.* nubes. — rignir blóði. (2) *primario et maximè proprio ſenſu*, Vela tegmen; Hilldar-ſkỳ, clypeus. 547. *γ.* Skeggvi. 3) Riſs reidi ſkỳ, *poët.* tela, *p rationibus, videſis* 606 *n.* 1. AS. *ſcua*, vmbra. *Huc componere haud abs re fueri bum at* ſkía (*rectius* ſkýia) *è* Spec. Reg. 208. *verba ejus:* Hvadan ſá reykr kem ſtundum þikir ſkía ok ſkuggia fyri liósit, *verba*: vnde iſte fumus oritur, qui inter videtur obnubilare et obumbrare lucem. *locus egregiè firmat* Ihrei *conjecturam origine vocis* Skot, *adlatam in* Gl. Edda *vocabulo* Skórr.

Skygn, *Adj.* lynceus, ὀξυωπης. *Hinc* ſkygna, polire, ſplendidum et n reddere; ſkygndr & ſkygdr, perpolitus. Skyn *infra.* Skygnleikr, *m.* acutus perſpicacia. *ibid.*

Skyli, *pro* ſkuli. 32. ſkylir *pro* 33. *Praeſens Subjunctivi a* ſkal, *etiam* da Sæmundi *frequenter obvium.*

Skylda, obligo, neciſſitatem imp — til (einhvers) l. ad aliquid facien ſkylda nú til laga, poſtulant leges. 23 ſkal, debeo.

Skyldarmenn, *m. pl.* neceſſarii, nes neceſſario alendi. 2) qui cui aliqu do addicti ſunt, *ex. gr.* obaerati, *qui mina creditoribus ſeruiendo ſoluenda era* pauperes parentes, *qui pro ſuſtentatione*

rum aliis ſeruire cogebantur. Hos poſteriores ſignificatus, quos etiam Grágás, *ſi rectè memini, agnoſcit, ad locum* p. 150. *obuium praecipuè ſenſeo adplicandos.* Skyld, *pro* ſkuld, debitum, neceſſitas, *ſicut* þyrft *pro* þurft, opus; kynd *pro* kunn, in vorkynd, vorkunn, ignoſcentia, excuſatio laedentis *a lineſo.*

Skyldv, *Futurum Inf. a verbo* ſkal; qvad ſkyldv mikit ſlit af leida. 60. qvad langmann ſlita ſkyldv or. 237.

Skyldvlavſt, indebitum. 408. v. *a* ſkylda, obligatio. *v.* Skuldlavſt.

Skyldr & ſkyldugr, debitus, officio alicujus magis conveniens. *Compar. neutr.* ſkyldara, ſkyldugra. Þat er ſkyldara, ſkyldugra, magis debes, tuum potius eſt. 182. F. 135.

Skyndi, *n.* feſtinatio, acceleratio; ſtendr af ſtála ſkyndi ſtrik. 337 g. & n. 3. Skyndir, *m. verbale agentis*, feſtinator, accelerator; vnde ſtála ſkyndir, ὀξυβελης, *denominatio* Viri *poët* ibid. Skynda & ſkunda, AS. *ſcyndan*, Dan. ſkynde ſig, properare, currere, *item tranſitivè Dan.* ſkynde paa, *Germ.* ſchunden, ſchunten, incitare.

Skynn, *pro* ſkygn, *lectio oppido rara*, 569. *neque tamen alterâ, quantum conjicere licet, deterior, quatenus innuere videtur, vocem hanc ejusdem eſſe nationis ac noſtrum* ſkyn, ratio, animi lumen et perſpicacia, *quod vnius ejusdemque familiae eſt ac* ſkoda, Dan. ſkue, Germ. ſchauen, AS. *ſcavian*, videre, ſpectare, contemplari, *vnde* AS. *ſcad*, ratio, diſtinctio. *Gr.* σκοπεω, video, obſeruo. *Adde quod* ſkynn & ſkygn *variare poſſunt, quemadmodum* ſeinn & ſegnis, *licet inuerſè. Conſule etiam* Vocabularium Orkneya-ſagae *ſub voce* Skiávindauga.

Skynſemd, (*alias* ſkynſemi), *f.* intellectus, ratio. 2) ratio legalis, auctoritas, argumentum. at ſynia eins med ſkynſemd, legitimè ſ. legitima ratione aliquid purgare, *ſpec.* jurejurando negare. 80. Skyn, *Gen.* ſkyniar, *f. vide ſub praecedenti.*

Skýr l. ſkýrr, *m. vocabulum Clypei poëticum, auctore* Edda. Skeglar hagl dreif á ſkýivm. 546. e. ſeqq. *A* ſký tegmen, velamen. *Cognatum quoque* Gr. σκιας, umbraculum fornicatum; *it.* tabernaculum, tentorium; *quo reſpectu etiam notandum, noſtratibus* Clypeum *ſemipleno denominatione vocari* tiallð, *vt in* fig-tiallð, Hlakkar-tiallð, & *pluribus. Adde* Dan. Skuur, nubilarium, receptaculum, vbi res ab aëris injuria ſervantur.

Skyrgod, *pro* ſkurdgod, (*recentioribus* ſkúrgod), *n.* idolum. 367. 2. *Videſis* Gloſſ. Synt. *in* ſkurdgod.

Skýt, *Imperf.* ſkaut, *Inf.* at ſkióta, jacere, mittere, *item* ponere, collocare. — báti, *abſol* ſcapham de litore propellere, deducere. 133. — vtan báti (l. báti vtanborðs), de naui demittere ſcapham. 600. — nidr kniánum, ſe in genua demittere. 155. — tiallði, tentorium erigere, tendere 344. — ſkiallðborg vm einn, *vid. ſ. l.* — ſkildi fyrir einn, clypeum cui praetendere, ſcutô quem protegere, *transl. pro* defendere, auxilium ferre. 156. — at ſem fleſtum vm (eitthvat), quam plurimos ſubmittere, ſubornare (*in aliquo negotio*). 139. — nockru til eins, quid

ad quem remittere, referre; contestari f. testem vocare aliquem de aliqua re. 176. *Quod ad hoc Verbum in* ponendi *significatu adtinet, sine controversia convenit Ebr.* Scut, *ponere, collocare.*

Slá, *f.* impages; obex, repagulum, *alias* slagbrandr (Dan, Bom). 44. 125. *A* slá, figere, pangere.

Slæ, *Imperf.* sló, *Inf.* at slá, pulsare, percutere, percellere, verberare. — hring um einn, coronâ circumdare aliquem, undique eum cingere. 275. — vef, telam spathâ percutere, densare. 276. — sótt á sik, morbum simulare. *J.* 25. — á fagrmæli (blídmæli) vid einn, sermonem cum aliquo speciosum excitare, quem blanditiis adgredi. 167. 372. at láta slá citthvert, cedere, converti aliquo, *nescio cujus.* 228. her slær í úefni, hic malum incidit, evenit. 242. AS. *sla, slan. Vid.* Gl. Eddae.

Slædvr, *f. pl.* vestimenti serici genus, stola demissior, syrma, 190, *non virorum modo ornatus, ut ex Nostro et* Egils-Saga *abunde patet, sed etiam mulierum, quod verba Flosii* 418. *innuere videntur, ut etiam ex* Rigsþula *constare adfecit* G. Pauli. *Hodie* slædvr, *in sing.* slæda, subucula serica, *imprimis* tenuia *ante* trita, *quae capiti ornando mulieribus nostratibus inserviunt, vulgo appellantur.* Germ. Schleyer, Kopfschleyer, rica, flammeum, *distinguendum a* Leibschleyer, peplum, *apud* J. L. Frischium, *quod posterius adprimè huic nostro congruit; et laudatus Auctor vocem ducit ab* Schlagen, herum schlagen, corpori (capiti) circumdare, tanquam mantile; *eadem ratio esse potest in voce nostra, ut ea ab* at slá *derivanda sit, quod et quomodocunque firmes vox* Slag ningr, vestimenti genus, *hodiè sub eo nomine ignoti; in* Edvardar helga Saga Cod. Flat. *ii usurpatur peregrinantes religionis caussa, nostratibus* Pilagrímar. *Huc etiam pertinet* Slag, velamentum capitis adversus tempestates, *alias* Kiálka-skiól, *verbo* maxillarum tegmen.

Slægd, *f.* astutia, versutia. 372. Slægleikr, *m. eadem* id. 35. *a seqq.*

Slægr, *Adj.* callidus, versutus, vafer; — í skapyndi (skapferdi l. skapferdum), animo l. ingenio versutiore praeditus. 38. *J.* 74. u. Sveg. slug (sluger), Germ. schlau, versutus, callidus; *mihi, nuncupatum* Frischio *a* Wachtero, *a* slá, Germ. schlagen, (*Imperf. subj.* slæge), *quasi* icundi l. pulsandi peritus, callide percellens; *quemadmodum &* slegr, *de equo*, calcitrosum, refractarium, *denique, qui non sine fraude et versutia hominem is quam proximè accedere sinit, ut hoc certius a tergo feriat. Iisdem nobis* slóttugr, astutus, fraudulentus, *a* slátr, ictus, percussio. *Dicimus quoque vulgo*, at slá úr sér í, huc illuc pro re nata sermonem deducere aut vertere, *itaque* circumvenire. *Adde* slæg, digressio, machina, það er einhverr slægr í honum, aliquid callidè meditatur *aut* machinatur: *Atque hoc* Hallgrimi *nostri in Carmine seculari*; Til og frá slaga, Tálbroguðu haga ꝛc. *i. e. ad verba proximè*, huc illuc consilia versant (et) fraudulentas thecnas adplicant (adtemperant).

Slægr, *m.* emolumentum, fructus, quae-

quaestus, lucrum, foenus. *Alias et* Slægia *f. eodem sensu apud Priscos, sed rarius.* 2) valor, virtus, pondus; mer þikir (mikill) slægr til hans, (magnum) ille pondus habet apud me, magni eum duco. 42. *Haud vero absimiliter ab* at slá caedere; slá af, mactare, *vel* slá til, ictum intendere, *in re venatica*; *unde* slægr *propr. possit esse vel* quaestus e pecore mactato, *bodiè* nidrlag., *vel ex ferarum venatione sive captura.*

Slæliga, *Adv.* ignaviter; — at gialda, gratiam referre, vlciſci. 593. *A* Slær (*alias* sliór), *quod habet* Arna B. saga, *monente* G. Pauli, *necnon* Sigurdar Qvida Fafnisb. *ubi* með slævo sverdi, hebeti gladio. Dan. slöv, obtusus, mollis. AS. *slaulice*, A *slowly*, tardè, pigrè. *Germ. ant.* schlarr, stupidus. *Cæs. v.* Gl. Edd. *in* Slæfr. *Adde* Gr. γλοιος, γλωσσος, inualidus.

Slæmi, di, ma, oblique vibrare, ab latere intendere; — øxi, securim 155. sverdi til eins, gladium in aliqvem. 263. *A* slá; *confer tamen* Germ. schliem & schlám, obliquus, tortus, *obsol.*

Slæmliga, *Adv.* nequiter; — at gialda, rependere, vlciſci. 593. n. 10. Slæmr, Dan. & Sv. slem, vilis, malus, importunus; *Germ.* schlimm, peruersus. *Sine controversia variatum a* slæfr *pro* slær (*sub* Slæliga), *adeò ut* slæmr *primaria acceptione* ignavum *denotaverit, postea verò dilatatum sit vocabulum ad* pravum l. malum quomodocunque. *Eadem ratio obtinet in Lat.* nequam,

Slæz, *Imperf.* slózt, *Inf.* at slázt l. slázt, *Verb. Dep. intrans.* — á tal vid einn, colloquium alicujus petere, *vel propius*, in colloquium se ultro ingerere, insinuare. 129. At láta slázt, cedere, pelli. 500. *a* slæ.

Slánga, *f.* funda, sregir slavngv, fundam torquens *aut* vibrans, funditor, *adpell.* viri *poët. J.* 64 n. 7. Sv. Slunga, Dan. Slynge, Germ. *ant.* Schlinge. *ab* slavngvi, *qu. v.*

Slátr, *n.* recentes carnes, viſcera, viſceratio. 75. Dan. Slaat, *a* slá caedere.

Slavkk, *Inf.* slavkkva, exstinguere, restinguere, — liós, lumen. 187. *Conf.* Sætr. — elld nidr fyrir einum, ignem, quem alter accendere conatur. 199. Gl. Edd. *in* Slokna.

Slavngvi & slongvi, *Imperf.* slongdi, *Inf.* slavngva, jacere, mittere; — stokki, brandvm. 202. 439 e. AS. *slingan*, Germ. schlingen, *a* slá.

Slavngvir, *m. verbale Agentis*, jaculator, vibrator, funditor, *poët.* diſſipator, dilapidator; seima slavngvir, & sandheims-sólar slavngvir, *poët.* viri *periphraſes. J.* 64 x & *J.* 247 g.

Sleginn, in, it, tonſus, meſſus; slegin tún. 112. 2) obductus, munitus, *ex gr.* ferro *&c.* Dan. beſladet. 3) Reſperſus, perfuſus, *ut* aqua, ſanguine *&c. unde* sleginn valdegg, 609 *n.* 6. Dan. overſlaae, perfundere. *A* slá, metere, obducere, fundere.

Slettmálgr, & Slettmáll, eloqvens, blandiloqvus. *Cognom. viri J.* 177. *Ex sequ.* slettr, & mál, *unde* málogr, loqvax, delator, fámálugr, pauciloqvus.

Slettr, *f.* & *n* slett, planus, laeuis. 2) *ad ſermonem transl.* non aſper, *aut* ſale-

brosus, mollis, blandus. 3) commodus, facilis: eigi slettar farir, *qu.* iniquum, infortunatum iter, *l.* malus itineris euentus, *aut potius*: eigi slett før, iniquus casus, infortunium. 254. *Vid.* Gl. Edd.

Slídra, in vaginam condere (ferrum, telum). 185. *A* slídra, slídur, slídrur, slídrar, *foem. generis*, theca, vagina gladii, cultri &c. 272. *Conveniunt Lat.* Claudere, Germ. schliessen, et Gr. κλαίδω.

Slít, *Imperf.* sleit, *Inf.* slíta, dissoluere; — bíngi, conuentum dirimere, absolvere. *J.* 210. — stefnunni, stefni, multitudinem hominum in praesidium accitorum dimittere. *J.* 215. — ør eins (máli), dirimere, secare litem aliquam. 237. *vnde* ør-slítr, *Imperf.* dirimitur, finitur (: lis). 105. *Hinc* slitna, disrumpi, dissilire. 74. AS. *slitan*, discerpere. *vid.* Gl. Edd.

Slóð, *f.* callis, semita. *Vnde* Kialar slóð, mare, — slóða *f* slóðar vigg, & gladr, nauis, *poet. J.* 244, *n.* 3 & 4. *vbi* Kialar slóða glaðs stýrandi *maximè probatur* G. Pauli. 2) Kialar-slóð, arena. *J* 246 *γ.* & 244 *n.* 7. *vnde* Kialar-slóða guðrr, praelium. *J.* 246. *In hac etiam apellatione ra* Kialar slóða *suis benè ac rectè capiuntur, vt prius, pro* mari, & guðrr, *pro* pugna, Edda *in nomenclaturis praelii consentiente.*

Slóði, *m.* traha l. crates virgea, laetamini comminuendo, jumento adligata. *Hinc* Grágás in Landsl. b. at slæða, tali machina laetamen comminuere, *quod Recentioribus audis*, at slóða draga *f.* draga slóða á tun. *Metaphor.* at draga slóða, consequentias habere, incommoda secum adportare. 54. Kialar-slóði *f.* Kialars slóði, Odini crates, scutum, *ex conjectura. J.* 246 *γ. Sed et* G. Pauli Kialar slóða *pro* nani *accipit, idque (si mentem ejus recte conjicio) qu.* traham carinae *aut* carinâ instructam, *apellatione haud fusili, quamquam minus vsitata; dicisque* Kialar slóða guð-stafanda *vocari posse virum, magis tamen* l. fl. glaðr stýranda *approbans. Vox est arcte cognata nostro* sledi, Dan. Slæde, Sv. slåda, Germ. Schlitten, traha; AS. *slidan*, Sax. inf. schlitern, labi, decurrere; *nobis obs.* slíðr, AS. *slid*, *slyd*, planus, aequus. *Holl.* sleuren, hami trahere; *pleraque ex* J. L. Frischio.

Slóngandbaugi, *m.* dissipator annulorum (aureorum), munificus, *cognomen viri.* 38. *Formatum ex* slongvandi baugr, *alias* baugs slongvir; *vid.* Slaungvi.

Slota, (*Imperf.* slotti) inclinare, prependere, demissum esse; at láta slota hendr. 32. *Hod.* slúti, slútti, slúta, id (*quod et quod*, Chh. *ut posterius notaui, praeferunt*. Slotti *quoque* ad finem vergere, remittere, cessare, *vt plurimum de* tempestatibus, *mosas*, cui vedraslot, sioruslot; & *simpl.* slot, cessatio, finis; *Omnia ab* at lúta, inclinare, nutare, lot, cessatio, finis, *a* lá quies.

Slys, *n. pl.* lapsus, casus, offensio, damnum, culpa, delictum. 54. At slysa, sær sa, laedere, slysaz, slasaz, laedi. Gall. *lisser l. glisser*, labi.

Smali, *m.* ovilio, pastor, *sensu olim seriori (testamen etiam in Historia sacris antiqua*, Vatnsdæla saga, *obuio*), *nunc verò vndique frequentato. J.* 164. Smalamaðr, *id ibid. Vet.*

Kete, vſitatius. Vid. Gunnl. S. Ormſt. *in* Smale.

Smalmenni, *pro* ſmámenni, *n.* homulus, homo viribus et animo parum valens. Nýrt mun verda ſvrir hvarvm ſmálmenni mt. *J.* 188. Dan. ſmal. Angl. *ſmall.* AS. *ſmal*; *ſmæl*, gracilis; Schlavon. *malo*, paruus, exiguus; *nobis* ſmálki, res minuta, *Spec. Reg.* ſmælki, fruſtula, quiſquiliae, *poſiſſimum* ligni.

Smámey, *f.* puellula, virgunculo. *J.* 2. *Vid.* Mey *ſupra.*

Smán, *Acc. ſing. m. pro* ſmáan, *a* ſmár *ſ.* ſmárr, paruus, minutus. at brotnq í ſmán mola, minutim frangi, contundi. 253. *vbi notanda eſt Enallage numeri*, ſmán, *pro* ſmá (ſmáa) mǫla, *plur.* G. Pauli *mauult* ſmáu *Lic parageogicè poſitum pro Acc. plur.* ſmá, *quod mihi minus ridet.*

Smá-parmar, *m. pl.* illa 262. *Vide* Gl. Eddae *in voce* Parmar.

Smíði, *n.* opus, fabrile, merx fabrilis (è *metallis concinnata*). 32. *Alias* Smíð, *faem. plur.* ſmíðar, *id. a ſequ.*

Smíða, di, fabricare, concinnare, conficere; — níð, probra fingere, procudere. *J.* 137 A. Smíðandi, *Patricip. praeſ.* ſmíðendr dráparíða, confectores ſ. artifices lethalium conuiciorum. *J.* 132. AS. *ſmiþian*, *ſmitan*, Germ. ſchmieden, cudere, fabricare, *quod* Friſchio *a* Germ. ſchmeiſſen, percutere, caedere. *Conf. etiam Las.* Meto *in* caedendi *ſignificatu*, *item* Germ. *antiqu.* Metzen, concidere, *et inde* Steinmetz, lapidicida.

Snara, di, raptim vertere, torquere, — ſkiolldinn, ſcutum. 43. 2) feſtinare; — inn hiá einum, ab latere cujus intrò ſe corripere. 153. *Sic ea:* — ſnara hiá einum, celeritee praeuertere quem. *In quibus locutionibus ſubaudire eſt Pronom.* ſer, ſe; *quod alias vulgatius intranſitivè exprimitur per* at ſnara, *id.* 335. *A* ſnari, ſneri, *Imperf. verbi* ſnúa, vertere.

Snarevgr, *&* ſnarevgdr (vt Chh. *legunt*), vegetibus oculis praeditus, quodcunque obvium oculis celeriter notans. 30. Snarr, velox, acer.

Snarpliga, *Adv.* aſperè, acriter, ſtrenuè. at gánga ſnarpliga fram, progredi (in pugna). 96. *a* ſnarpr, aſper, acer, ſtrenuus, *quod in re incerta quomodocunque referri poſſit ad* Snara *et* Snyrr; *quemadmodum* ſkarpr, acutus, *videtur eſſe ab* at ſkera, ſcindere; *et* Garpr, vir induſtrius, *in re bellica praeſertim, ab* at gera, facere, rem gerere.

Snavdr, ſnaud, ſnaudt, pauper, egenus; ſnaudir menn, mendici. 53. *Alias nobis* ſnaudinn, glaber, dipilis. Goth. *nauaþs*, *Las.* nudus; *ſic nobis* ſnar, AS. *ſnor*, nurus; ſniór, nix, *νιφος*; ſinapi, *ναπυ*.

Sneid, *f.* ſneidir, *plur.* ſegmen, fruſtum tenuius. 76. 2) Cauilla, dicterium, ſcomma. *a ſequ.*

Sneidi, ddi, da, ſecare, diſcindere. 2) *transl.* at ſneida einum (*bod.* at einum), quem dictis proſcindere, perſtringere. 190. *Hinc* ſneidir, *m.* ſector, ſciſſor, *poet.* diribitor, diſtributor, *aut* diminutor, perditor, — ſeima, diuitiarum, pecuniae, *Viri adpellatio poet.* 65. B. *A verbo* Sníð, *infra videnda.*

Sneſill, *m.* olfactio, ſubſenſio, praeſenſio, *vel* quod cui ſubolet. At ſá *l.* haſa ſneſil af einu, praeſentiſcere, ſubolere. Cog-

pages, famine, quâ aliquid conjungitur *s.* cosgimentatur, coassatur. 2) glacies concreta, ripae fluminis jungens, pons glacialis. 143. AS. spange, *pessulus, seracula. Quod* πηγμα, *a* πηγνυω, Lat. pango, *nobis* spengi; *praefixo sibilo. Germ.* spangé, fibula, Martinio *a* Gr. σφιγγειν, constringere, *apud* Junium.

Spekt, *f. (pro* spekí), ominandi aut praedicendi facultas *s.* donum, sagacitas, sapientia. *J.* 64. *a* spakr, sagus, divinus, sapiens, *in* Gl. Synt.

Spekld, *n.* tabella lignea, curtior atque latior; *tegula (lignea) fenestrarum apud Antiquos, uno clavo fixa atque* rotatilis. 114. *Alias* spiald, *id.* Dan. Spiæld, tabella ferrea in tabis caminorum. *Goth.* spilda, *tabula pugillaris. Germ.* spalten, spellen, discuneare, findere.

Spellvirki, (*in* Chh. *quibusdam* spillvirki, *quod et magis vulgatum*), *m. obliqu.* spellvirkia, praedo, latro, *verbo* maleficus. 183. *Ex* spell, detrimentum, *Gl. Synt. in* spilli; & verk, opus. Virki, operator, *per se solum non invenitur.*

Spengvr, 142. *vid.* spaung, *supra.*

Spenni, *Inf.* spenna, tendere; fibulare; — hring á hönd einum, armillam brachio alicujus adhibere, inducere. 10. AS. spannan, tendere, copulare, *Germ.* spannen, *Dan.* spænde; *a Gr.* σπαειν, σπαν, trahere, (*nobis alias olim* spenia, *hodiè* spana), Junio & Frischio *mecum censentibus.*

Spiót, *gen. incerti*, hastae *vocabulum poet, etiam in* Edda *obvium.* At riódha spiór blódi, *poet.* pugnare. *J.* 166. *In neutro tamen genere occurrit. haec vox in* Skalld braka spiór, strepunt hastae, *in metro* Sexti malli; & *in* Höfudlausn Eg. snaga dreyr spiór; *at secundum variatam lectionis* 447 23. *pro masculina accipi. potest.* Teut. spit lancea, *AS. speore, spiora*, Angl. *spear*, hast *Dan.* Spær, *Lat.* sparus.

Spiótleggr, *m.* pars hastae inter ipsa laminam spiculi & hastile, scapus, pals *J.* 121.

Spiótskepti, *n.* hastile 145. Skepti skapt, *variatione ejusdem nominis olim et hodie, junctim et divisim, Lat.* scapus.

Spor, *n.* vestigium. vndgengin eggi spor, sanguine permeata et perfusa l. ma antia vulnera, *poet.* 445. *coll.* 448 *e.*

Spori, *m.* calcar. 280. AS. *spor* Angl. *spurr*; Junius *confert* Gr. σφυρον, m leolus pedis. Frischius *refert ad. vetus* Ger sperren, pellere, trudere; *nobis* sporna, c care, *a* Spor, *Germ.* Spur, vestigium, *q mihi cum* Frischio *a Gr.* πορος, porus, tr situs.

Spordr, *m.* cauda; *unde locutio me phorica incertae originis*: at standa einum spordi, insistere caudae, premere caudam licujus; superare, praecellere. (*Ad hanc phr sin* G. Pauli *adnotavit:* Vires caudae in serpe te *observavit* Haraldus *rex* Sigurdi f.) 111. 24 Norv. Spoor, Faeroënf. spórur, id. *Sine c troversia a* spor, vestigium, & sporna, calcar

Spottr, *m. pro* spott, *n.* ludibrium cauillatio, contumelia. at draga spott at num. 16. *vbi* G. Pauli *adnotat phrasin eas* spott (*sc. in Masc. genere*) *insolentem o*

nec unquam ſeſe arbitro dicit; at ita tamen legunt duo optimi Codices membranacei. Hinc ſpottſamr, illudere amans, cauillandi cupidus. 61. *A* ſpiá, illudere, *ejusdem nationis atque AS.* ſpivan, *quod mihi ſaltem opinione cognatum Lat.* ſpuo, *&* Gr. πτυω, deſpuo, contemno. *Eſt, cui videatur propius accedere Gr.* σπεω *pro* επω, *dico, ut apud Lat.* Facetiae, *a* fari.

Spretta, *Imperf.* ſprátt, ſubito moueri, repente ſolui, ſalire, emicare; hnum ſpratt ſveiti i eyni, ſudor ex fronte ejus emicuit. 68. Spretta upp, ſubito exiſtere, emicare, exſilire. 130. hoovu ſprettu fæturnir, pedes eiſſubitò labarum. *I.* in lapſum acti ſunt. pedibus ſubitò deſtituebãtur. *J.* 239. Dan. ſpratte, corripi, Sv. ſpritta, Angl. *ſpurt (out)* exilire, proſilire. *In germinandi ſignificatu, quò hoc Verbum apud nos plurimum gaudet (et unde noſtr.* Sprati, furculus) *convenit* AS. *ſpryttan, ſprytteau,* Angl. *ſprouſe,* Belg. ſpruyten, Germ. ſprieſſen *&* Lat. frutex, frutico. *Prioris ſignificationis origo adhuc in incerto verſatur.*

Sprunga, *Imperf.* ſprakk, ſalire, diſſilire; —ſprit (ſc. haggi,) rumpi (a verbere, *de cute*). 16. Spár ſprunga, 618. i *&* 25. *Vid.* Gloſa Bddvr.

Spurn, *f.* quaeſtio, interrogatio. 2) rumor, fama; — fenr til eins, defertur ad aliqvem. 154. *A ſequ.*

Spyr, *Imperf.* ſpyrdi, *Particip.* ſpyrt, *Inf.* at ſpyria, quaerere, interrogare; — eins tiðenda, — at eins, de qua re. 165. 2) audire, fando accipere. ſpyrdu ver hve vardi. *J.* 244. — eitt (til), ſua experientia cognoſcere, ipſe experiri. *J.* 163, *Hinc intranſit.* ſpyrr, ſpyrſtu, *J.* 244. *item reciprocum,* þeir ſpyrduſt tíðinda, quid noui inuicem percontabantur. 227. *De origine adi* Gl. Synt.

Stadna, di, ſiſti, ceſſare, remittere. 459. *A* ſtad *l* ſtadr, locus, manſio, ſtatio.

Stadr, *vide in* Statt.

Stadr, *m.* locus. 2) í annan ſtad, aliorſum, in alium finem. 21. b) altera vice, denuò, iterum. 526. c) è contrario. 247.

Stærandi, *Particip. Verbi* at ſtæra, augere, amplificare; ſtærandi — hrotta hlióm, auctor pugnae. *J.* 137 A. Kialar-ſlóða gnó ſtærandi. *J.* 244. *conf.* Slóð *&* Slóði. *A* ſtórr, *compar.* ſtærri, magnus, major.

Stærir, *&* ſterir, *m. verbale agentis,* auctor, amplificator; gnó-ſtærir geira, bellator, viri *appellatio poët.* 350. *n.* 7. *A* ſtæra, *ſub praecedente.*

Stafadr, *Adj.* ſva ſtafvd *f.* ſtafvd ſavk, cauſa *l.* formula accuſationis hujus l. illius tenoris, his l. illis verbis concepta, *aut* conſtructa. *J.* 229. Stafr, litera, AS. *ſtæv, ſtæv*; ſtafa, ſyllabizare, literas ſcandere l. colligere. 2) Stafr, ſtef, terminus; *unde* at ſtafa ſyrir einu, determinare, conſtituere, inſtituere, Grág. Landabr. þ. *&* ſtafa til, intendere, deſtinare, Thom. S. Erkib. Stafa ſyri, Snorr. *in* Ol. h. Saga, ſtatuere (de captivis).

Stafn, *m.* caput l. pinnaculum parietis terminalis & tranſuerſarii. *ie.* paries terminalis cacuminatus (*alias* ſtafnvegg *dictus*). 430. *Vid. ſequ.*

Stafnliár, *m.* ſalix nautica, manica, Hhhhh har-

harpago. 42. Staſn, *vocabulum tam* prorae *quam* puppis, finis, caput, quid exſtans *aut* proſtans, a ſta, ſtare.

Staſr, *m.* columen, columna, ſtatumen, fulcrum, deſtina. 2) *poët.* (*pro* vidr, arbor) conſector, expertor; geirleiks ſtaſr, viri *denominatio poët. J.* 222. & Valfreyio ſtaſr, id. *J.* 251. *AS.* ſtæf, ſuſtentaculum.

Staka, *obl* ſtaku *ſ* ſtoku, *f.* res mutilata, decurtata. Jonsb. *in* Landsl. b. haſi ſá ſtoku er ſtytti. 2) *transl.* dimidium alicujus metri, hemiſtichium. 552. *Cognata ſunt noſtr.* ſtakr, ſolitarius, ſingulus, primus, D. Sv. ſtakket, curtus; *nobis* ſtycki, pars, fruſtum, membrum, *Germ.* Stück, id. *quorum omnium origo in obſcuro cubat.*

Stakkr, *m.* tunica breuior. 143. Skinnſtakr, tunica, poenula pellicea, in medium ferè femen demiſſa. *Eiusdem familiae ac* Staka, *&c.*

Stál, *n.* calybs, ferrum. 2) *poët.* tela, arma; ſtála ſtórir, viri *peripbraſis. J.* 247, *Conf.* Skyndi. *AS.* ſtal, ſtyle, *Angl.* ſteel, *Sv.* Stål. *A* ſtá, ſtare, *propter* conſtantiam *aut* conſiſtentiam *ſui. Sic indidem formata ſunt* Stallr, ſtatio, ſtabulum; *is.* conſiſtentia, firmitudo, et Stóll, ſella.

Stánga, di, pungere, fodicare 2) — vr tannum ſer, exſculpère dentibus, *f.* ſculpere dentes. 175. *Variatum a* Stinga, *quod v.*

Star-ſýnn, *Adj.* fixè intuens, intentis oculis contemplans; — á citthvat, aliquid. 50. *A* ſtara, *Dan.* ſtirre, *AS.* ſtarian, *Angl.* ſtare, *Germ.* ſtarren, *fixis oculis intueri, a* Germ. ſtarr, rigidus, Gr. στερεος, id, *&* firmus.

Statt (*pro* ſtadt), *n. Adject.* ſtaddr, conſtitutus; adfectus. mer er ſvo ſtatt til cins, ita animo adfectus ſum erga quem. 252. *Dan.* ſtæd, beſtad, conſtitutus. *A* ſtadium, deprehenſus; ſtá, ſtare.

Stavdva, di, ſiſtere, inhibere; — ſt, ſe ab curſu. 144. vard eigi ſtavdvat (blódit). 210. *Vnde* ſtavdvaz, ceſſare, ſiſti. *ibid.*

Stavſa (*alias* ſtuſa, *pro* ſtoſa, *quomodo* Chh. *legunt*) *f.* triclinium, atrium. 176. 197. *Ital.* ſtufa, *Lat. barb.* Stuba, vaporarium, *Gall.* Etuve; *Germ.* Stube, hypocauſtum, *apud* Frischium. *Sed* G. Pauli: *Opinor* ſtoſa *a* ſtoſum *ſ.* columnis *dictam, quaſi* ſtafa; *cum è contrario autumem* ſtála, *primum fuiſſe* εχρ νας, ſtiól, [caulas], a lignis ſuperius curuatis, *aut* oblique ſtantibus.

